DIALECTICA

TODOL

ARS CEP

TIOR DVX

QVÆ NA

TVRA

1578




11 i
484










DIALECTIC
RODOL:
ARS CER
TIOR DVX
QVÆ NA
TVRA
1538
94
II.
484a.

sD 7482 I

RODOLPHI

AGRICOLAE PHRISII DE INVENtione dialectica libri tres, cũ ſcholijs Iohannis Matthæi Phriſſemij: & marginalibus annotationibus nunc auctis paſſim ac recognitis, ſublatis etiam multis erroribus, qui cum in Rodolpho ipſo, tum etiam in ſcholijs hactenus animaduerſi non fuere.

Cum indice in omnes libros locupletißimo.

II. 484. a.



Collegii Dispanensis Societatis Jesu Bibliotheca D. Thomas Kitchin Episcopus Hanmerensis 1661

Eucharius Agrippinas excudebat,
Anno M. D. XXXV.
menſe Martio.

BIBLIOT. UNIWERSYT. POZNANIU

DIALECTICA

RODOL.

ARS CER-
TIOR DVX
QVAM NA-
TVRA

1538

3926814



Dar Kuratorj. Okr. Szk. Pozn.
Z księgozb. Gimn. im. M. Magd.
w Poznaniu. 1930.

SD 7482 I
II. 484. a
p. 221

RODOLPHI

AGRICOLAE PHRISII DE INVENtione dialectica libri tres, cũ ſcholijs Iohannis Matthæi Phriſſemij: & marginalibus annotationibus nunc auctis paſſim ac recognitis, ſublatis etiam multis erroribus, qui cum in Rodolpho ipſo, tum etiam in ſcholijs hactenus animaduerſi non fuere. Ioha

Cum indice in omnes libros locupletißimo.



M. Adami Adamy
Collegii Lesnanensis Societatis Jesu ex dono R. D. Thomae Kretkowski Posnan. Canonici: 1661

Eucharius Agrippinas excudebat,
Anno M. D. XXXV.
menſe Martio.

BIBLIOT. UNIWERSYT. POZNANIU

HVMANISSIMO AC INTEGERRI
mo uiro domino Matthiæ wagener, ædis D. Antonij
apud Coloniam Agrippinam præceptori dignißimo,
Iohannes Matthæus Phrißemius S. D.



ENTIO non defuturos mihi, uir humaniſſime, qui q̃d dici à Græcis ſolet, nihil referre, ſis ne planè inimicus an importune beneuolus, id in neminẽ pinde atq; in me hoc tpe cenſeant dici poſſe, neq; id fortaſſe immerito. Impulit eñ huc me amor erga te meus, impulit ſingularis quædã tui beneuolentia: ut quæ Scholia per æſtatẽ hãc ſucciſiuis (ut aiunt) operis nõ tã ſcripſi q̃ effudi in dialectica Rodolphi Agricolæ, ea & dedicarẽ tibi, & ſub tuo nomine, ſi quã forſan ea re utilitatẽ ſtudioſis afferre poſſem, ſinerẽ in uulgũ pdire. Sed eñ quis nõ uideat, q̃ hic importunus ſit amor? q̃ non apta tẽpori beneuolentia? Solent alij, ſi cui ſuas uigilias nuncupãt, ea id facere de cauſa, ut illius, cui eas inſcribunt, nomen reddãt illuſtrius poſteris q; cõmendent: ego, tñ abeſt ut ſplendorem aliquẽ acceſſurũ hinc credã nomini tuo, ut uerear etiã, ne quid exiſtimationi decedat, néve minore alij poſthac tui admiratione teneant, quod nõ magis te ſuſpexerim ego, q̃ ut tam uile hoc munuſculũ uel inuito obtruderem: haud ſecus, atq; ruſtici quidã ineptiores ſolẽt, qui cũ egregie à ſe honoratũ uolunt hoſpitem alij quem, ita illũ licet inuitum deprecantem q; piris, malis, alijſq; id genus nugis à ſe oneratũ dimittũt, ut nec ponderi ferendo ullo mõ ſit par, & oñino non habere hoſpitẽ ruri malit, q̃ eiuſmodi ſubinde xenijs honorari. Et pſtabat id quidẽ. Quanquã

926814
N. 236 936
1924. 1737
II 484. 8°

& in accipiendo liberalitatē quandā ineſſe aiunt, * putantq; nō min' regiū eē, parua interim ab amicis tenuioribus exporrecta hilariq; frōte cū offerunt accipere, q̄ uel maxima dare. Ita laudari ſolet magnus ille Perſarū rex Artaxerxes, cognomē to Memor: q cū ruſticus ei, neſcio qs, aquā utraq; manu è proximo hauſtā flumine obtuliſſet, benigno illā iucundoq; uultu accepit: & de ruſtico alte ro, ingens ſibi ma'ū porrigēti, p Solē (inqt) hic uir Is mihi cē uidet, q ex parua etiā urbe magnā poſſit efficere: aīm uidelicet eius à q̄ dabat magis ſpectandū ratus, q̄ quod offerebat munus. Quod ego ut & te factu nūc ſperē, tua iſthæc toties iā cognita mihi ſpem facit hūanitas: cui uni aſſignes licet, qcquid à me peccatū hic eſt, qñ ſola ea hos nobis aīos fecit, ut quo affectus uocabat, quo inclinabat uolūtas, ab eo ne nos pudor aliqs reuocaret. Hoc ſi intellexero nō fuiſſe uſq; quaq; ingratū tibi, cauſa erit profecto, quamobrē ipſe mihi debeā nō im merito gratulari: ut cui tanto ea res futura ſit gratior, tanto maius gaudiū allatura, quāto minus ulIis meis in te meritis datū id erit. Neq; abs te peti turus ſum aliud p̄terea quicq̄, niſi ut alijs per hoc cōmendatiora eē hæc ſinas, q̄ nō ſint excluſa à te: agiq; gratias tibi, ſi qs forſan exiſtet è multis un', qui non oēm plane operam his legendis perdidiſſe ſe arbitret. Nam patrocinio cuiuſquā uel ob id mihi credo nō fore opus, q̄d hæc mihi etiā ipſi huIiora uident, q̄ aduerſus q̄ uires ſuas experiri uelit alqs ex albo eruditorū. Quocirca ſatis (ut dixi) erit ſub tectū recipi: ſatis erit, munus hoc leuidēſq; nō excludi à te. Et q̄ id fronte excludas, pro q̄ etiā eſt cur habeas gratiā, quoquo tandē tu id aīo complectare? Placebit eſſe, eo ipſo gratia habenda erit.

Artaxerxes

q̃d placeat. Non placebit: nihilo minus erit quam obrem mihi habeas gratiam tu, cui semel ego documento futurus sim importunitate hac mea, obesse etiã solere nonnunq̃ humanitatẽ nimiã: atq; proinde ita esse hanc temperandã in posterũ, ut ne alijs q̃q; idoneꝰ uideare, quẽ & ipsi, meũ exemplũ secuti, eiusmodi xeniolis nõ tã honorẽt q̃ onerẽt. Vale Coloniæ. Anno 1525. Nonis Augusti.

IOHANNES MATTHAEVS

Phrisemius candido lectori S. D.

INter omnia ea quæ mihi hunc diẽ præter opinionem mihi accidêre, candidissime lector, nihil tã uel insperatũ uel nouũ fuit, q̃ quod ubi ad calcẽ iam perducti à typographis essent hi libri, neq; qc quam supereſſet adhuc, nisi ut index rerũ insignium cũ breui totius operis argumento p̃poneret, tum repente ad me allatũ eſſe, esse nescio quem in hac urbe, qui demirari se dicat, quid sit quamobrẽ tanti hodie à nõ paucis fiat Rodolphus Agricola, qñ nihil is tradat tribus hisce libris tam longis, q̃d non succinctius dilucidiusq; in 5. tractatu summularum suarum doceat Petrus Hispanus: aut certe q̃d non facile intellectuꝰ sit is, qui illius probe teneat sumulas. Quo ego dicto nihil neq; impudẽtius neq; imperitius audiui unq̃. Et tñ aiũt hęc istũ, mirum qua grauitate, quo supercilio, inter rudem illã puerorũ q̃s docear turbã: qui & doctiorẽ eum credãr esse, q̃ qui sua ipse opinione ijs in rebꝰ fallat, & meliorẽ uirũ, q̃ qui, ppter quæstũ alioquẽ suũ, aliud loquat q̃ sentiat: tanq̃ ex tripode quodã, q̃tidie penè detonare solere: ea maxime occasione fretũ, q̃d ij apud quos ista audet, neq; intelligãt fraudẽ adhuc, & se ita instituant, ut confidat etiã

nunq̃ esse intellecturos. Qui sit, nõdũ licuit resci-
scere ex ijs, qui hęc ad me detulerunt. Quocirca ni
hil est quod in p̃sentia à me dici possit de hoïe, ut q̃
albus ille an ater sit, plane nescią. De iudicio dicã,
& quidem eo audenti⁹, q̃ & ipsi olim plus satis in
Petro isto Hispanienſi attriti sumus: longe melius
consulturi studijs nostris, si illo longũ ualere iuſ-
ſo, initio ad meliores literas cõuolasſemus. Nunc
quod factũ est semel, id infectũ ut sit, fieri nõ põt,
& in hoc certe iuuentuti, p futuris est error hic me
us, q̃ & credere tutius licet experto, & perquã iu-
cundum esse id solet, sapere malo alieno, & alteri
us (quod aiunt) frui insania. Quid est, inqt Arist ar
chus hic noster, quamobrẽ tanti hodie sit à qbus-
dam Rodolphus? cur hũc Petro Hispano p̃ferim⁹?
quid noui docet, qd tradit, quod nõ citra negoci-
um intelligat is, q̃ audierit summulas Petri Hispa
ni? Quæ cũ apud ruc●s adhuc auditores deblacte
rat hõ impudens, parũ candide sentire mihi uidet
de ingenijs ac profectu discipulor̃ suorũ: ●s si qñ
eo euasuros speraret, ut discernere atq; dijudicare
possent ea, q̃ nunc à p̃ceptoribus citra iudiciũ audi
unt, nõ tam amens esset, p̃fecto, ut tã uersute, tam
fraudulenter, à melioribus eos studijs auocaret.
Nam quid ego primũ hic mirer? qd cog●● qd di-
cam? Tu ne ò os impudens, nihil eẽ ais in Rodol-
pho Agricola, cui intelligẽdo satis nõ sit Petr⁹ Hi
spanus? Tu hoï lõge doctissimo, cui haud scias, ec-
q̃d unq̃ tulerit Germania parẽ, certe maiorẽ elo-
quentia atq; eruditiõe nõ tulit: ei tu cõparas ulla
ex pte audes hoïem barbar̃, indoctũ, & q̃ sub sole
nõ est alius scriptor ineptior? Pudet me lector, pu
det, in tã ipudẽti fraude detegẽda uersari diu. Sed
qñ hoc tpe ita Pythagorissare cõgunt boni studio

ſiq; adoleſcentes, ut q̃cqd uel p ſomniũ excidit ſo
phis iſtis, ei nefas ſit uerbo ullo obſtrepere: ſatq;
rationis ſit, iſtos ita ꝓnunciaſſe: iccirco uel inui-
to mihi hac de re dicẽda ſunt aliqua nõ in uniuer
ſum quidẽ, nimis em̃ q̃longũ hoc foret: ſed de cau
ſa tm̃ iſta Hiſpanienſi, hoc eſt, de impudentia hoĩs
iſtius, q in hac urbe, hoc ſeculo, tam fraudulenter,
adoleſcentes ſtudioſos ac probos, ab optimi auto
ris lectiõe conaꝫ auertere. Quẽ ego hoĩem cũ hęc
agit, tale quiddã aĩ agitare exiſtimo, q̃le pictorẽ
olim neſcio quẽ machinatum fuiſſe ſcribit Plutar
chus. Is cũ gallos aliq̃t ſatis q̃infeliciter pinxiſſet,
puerũ aſſidere tabulæ iuſſit, q ueros gallos q̃lon-
giſſime inde abigeret, ne ſi illi ꝓpius acceſſiſſent,
rum ineptitudo gallorũ ſuorũ facilius deprehendi
à quis poſſet. ita etiã nũc iſte, cũ ipſe aliud nihil, niſi
nugaciſſimas nugas quaſdã ex ſuo iſto Petro Hi
ſpano pueris inculcet quotidie, mira q̃dã arte, mi
ris impoſturis id agit, ne quid tam q̃ ueræ ſolidæq;
eruditiõis auribus illorũ admoueaꝫ, quã ſi contin-
gat illis guſtare ſemel, actũ fuerit de regno ipſius.
Hinc illæ lachrymæ, hæc illa eſt Helena, pro qua
iſte, tam q̃ pro aris ac focis, extrema oĩa ſibi ferẽda
putat. Timet paruis logicalibus, timet copulatis:
ꝓter q cũ ipſe nihil in uita literarũ attigerit, miſere
timet, ne quẽ admodũ olim inuẽtis frugibus glan
des negligi cõtemniq; cœpere: ita nũc ipe uera eru
diriõe accedẽte, cũ ſua iſthac merce cõtemptui ha
beaꝫ. Alioqui quis tã cæcus quin uideat, q̃ ne ma-
tulam quidẽ porrigere Rodolpho poſſit Petrus
Hiſpanus? q̃ ego neq; ineptiorẽ neq; magis indo-
ctum ſcriptorẽ ullũ extiriſſe puto ab orbe cõdito,
tm̃ abeſt ut hũc cõferendũ ulla ex parte putẽ Ro-
dolpho. Nã ut inciꝑiamus à fine, & cõtra hoĩem ꝑ

Pictor quidam

posterum, ꝑposteró itẽ ordine ipſi utamur: qd tã-
dem ad intelligentiã eoꝝ, q̃ toto 3. lib. ab Rodol-
pho traduñ, faciẽt ſummulæ iſtæ Hiſpanienſes?
Quod in his uerbũ ineſt de mouendis affectibus?
Quid de oblectãdis auribus auditoꝝ, qd de diſpo
ſitiõe habẽt? qd de breuitate & copia? quid de aliꝭ
multis? q̃ cũ uel in primis oĩa neceſſaria ſint diale-
ctico, nõ ei, cui uulgus hoc nomẽ hodie falſo tri-
buere ſolet, q aliud nihil, q̃ in umbra nugaꝝ, diſpu
tatꝭ quotidie, ecqd tm̃ ſeptẽ ſint artes mechanicę, Abuſum ſtarum Dia
lectices notat.
ecqd adiectiua appellẽt, ecqd terminus in ꝓpoſi-
tione poſitus, poſſit ſupponere ꝓſonaliter. Num
ſint hęc uera ſophiſmata, oẽ aĩal fuit in arca Noę,
ego bis fui, Roc & Romæ uendit piper, totũ q̃d eſt
in mundo, eſt in oculo meo. Ecqd inter axiomata
iſta interſit: bis comedi offam, & offam bis come-
di: bis audiui miſſam, & miſſam bis audiui: aliaꝙ
id genus penè innumera, q̃bus cũ neq; eruditio ne
que utilitas inſit ulla, ita tm̃ hoc tpe data opa hiſ-
ce nugis miſera obruit adoleſcẽtia, uti nõ mõ id p
dar tps q̃ hæc ſummo cũ labore pdiſcit: ſed in po-
ſterũ q̃q, aliꝭ, hoc ẽ, melioribus literis inepta red
dat. Niſi forte deſipuiſſe planè exiſtimamus lauda
tiſſimũ illũ int muſicæ ꝓfeſſores Timotheũ: q du Timotheꝰ Muſicꝰ
plici docere mercede eos ſolebat, quos alius prior
inſtituiſſet, q̃ q nullo añ ſe ꝑceptore uſi fuiſſent:
ꝓpterea, q ut color ille primus, cãdidæ adhuc la
næ imbibitus, elui ita nunq̃ põt, qn aliq̃d in ea ſui
relinquat ueſtigiũ: ita q̃ rudibus adhuc animis in-
ſtillant, ſiue optima ea ſiue peſſima ſint, altius fige
re ibi radices ſolẽt, q̃ ut facile inde poſſint reuelli.
& tm̃ his reuulſis eſt opus, priuſquã meliora inſeri
queãt. Ergo ut dicere inſtituerã, ſi cui decreui eſt
cõſeneſcere in leptologijs iſtis, ei ego nõ uideo q̃r

sum magno opere opus sit iis, q̃ III. de inuẽtiõe lib. docet Rodolphus. Sat ẽ, si pfricta frõte sit egregie impudẽs, si fortiter clamet, si oia sursum ac deorsum uerti malit, q̃ cõcedere aliqd aduersario. Quę tñ miror cur tã magno hodie emant multi, cũ uel gratis discipossint à paulo impudẽtioribus mulierculis. At dialectico, hoc est ei, q̃ ꝓbabili accuratą de re quauis uti uelit oratione, & in umbra ac schola discere ea, q̃ postea de ciuilibus causis differenti aliquẽ allatura sint fructũ: ei ego (quẽadmodũ dicere cœperã) tã eẽ hæc necessaria duco, ut nihil magis: qppe sine quo accessiõe parũ admodũ ꝓfutura ei sint oia ea, q̃cunq; uel de argumẽtis inueniendis, uel de usu argumentorũ tradunt. Et qd de his rebus uerbũ facit Petrus Hispanus? Vbi horum illi in mentẽ uenit? Quid de his affert? qd docet? qd monet? Quid de motione affectuũ pcipit? Quid de oblectatiõe? Quid, quõ collocãda dispondaq; oro? Quæ oia cũ nõ erudite minus q̃ copiose ac elegãter explanet Rodolphus, q̃ tu frõte illud mihi dices hõ impudẽtissime, nihil eẽ in libris uiri huius, qd in summulis nõ doceat Petrus Hispanus? nihil eẽ, qdnõ facile possit assequi is, q̃ pclaras istas audierit summulas? Quid tu? ecquid unq̃ legisti libros uiri huius an nõ legisti? Si legisti, qd sceleratius, qd cruce dignius, q̃ ꝓ sciẽs uolens q; pdis eos, qꝝ tibi cura mãdata est, nõ ut pdant à te, sed ut erudiãt, nisi forte hoc pdere illos nõ est, ab ineunte eos ætate instituere pessime: & cũ aliud possis nihil, eiusmodi eos offucijs, mendacijs, nec dicã dolis, ab utilissimis optimi autoris libris abducere. Sin aũt nõ legisti, qd audacius, qd impudẽtius excogitari te põt hõ leuissime, q̃ tã temere, tã impudenter, ea de re apud pueros ferre ausis sniam,

q̃ cuiuſmodi ſit, neq; noſti adhuc ipſe, neq; unq̃ in
tellectur⁹ te ſperas? Qui ſperes em̃? quem unũ eſſe
aiũt de grege iſtor⁹, q nec ipſi p inertiã ſuã aſpira-
re ad meliora poſſunt: & ſi quẽ aliũ nõ oĩno infeli
citer conari id uidẽt, ei id q̃d unũ poſſunt egregie
inuidẽt: exiſtimãtq; memorabile aliq̃d à ſe facinus
edi, ſi in hũc dicta dicãt: ſi apud pueros, apud ſimi
les ſui, in cõuiuijs p̃ſertim, obliqs interim oꝰ onib⁹
hũc p̃ſtringãt ac mordeãt. Sed bene habet, q; & pu
eris tãdẽ aliqñ innoteſcũt arte impoſturę q; iſtę, à
q̃bus tũ te audio irrideri maxime, cũ tu minime ri
dicule in Rodolphũ ueliſari tibi uideris: q̃nto me
lius cõſulturus famæ atq; exiſtimatiõi tuæ, ſi non
toties inſulſiſſimis iſtis iocis tuis ea, p̃ſcinderes ſtu
dia, q̃q; iccirco te ſuggillatorẽ eẽ nouerũt oẽs, q; tu
ea aſſeq; nequeas: haud ſecus, atq; uulpes olim ne-
ſcio q̃, pira ea uituperaſſe dr̃, q̃ ex arbore decute-
re ipſa nõ poſſet. Liber 2. q̃tuor in ſumma ſunt q̃ Libri ſecti ſumma
docet Rodolphus, q̃d dialectica & q eius ſit finis,
q̃ ſit ei ſubiecta materia, q̃ inſtrumẽto utat̃, deniq;
q̃ rõne ex loc⁹ parãda ſit diſſerẽdi facultas. Quor⁹
oĩm, q̃ntulũ eſt, q̃d uel extremis (ut aiũt) digitis at
tigerit Petrus Hiſpan⁹? Finit is dialecticen q̃dem,
ſed ita finit, ut ſi tu dicas, hõ eſt animãs animãtiũ,
creatura creatur⁹, in cęteras creaturas oẽs domi
niũ ac imperiũ habẽs. Q̃d qui dixerit, uer⁹ dixerit
fortaſſe, ſed tñ inepte finierit. niſi forſitã ſat eſt, cõ Petrum Hiſpanum taxat.
uerti utcũq; finitionẽ cũ eo q̃d definit, etiãſi natu-
ram eius parũ commode explicet. Et q̃d ſi huc ad
das ſomnia copulator⁹? Scientiã (inquit) ſcięntiar⁹ +
dialectică uocat, nõ rõne dignitat̃, ſed miniſterij.
Quid? an nõ etiã dignitate ea ars cęteras p̃ſtat, qua
iccirco apud Platonẽ Socrates oĩbus p̃fert, q̃ ſit
dña & regina q̃dã artiũ oĩm? Verũ miſſa faciamus

hæc, quę́q; alia circa hãc finitionẽ pene innumera philosophant, hoc ẽ, nugant isti, q̃ cũ sint tã multa ut uel mille plaustris uehi uix possint, nullã tñ afferunt utilitatẽ discẽtibus, & oĩno aliud nihil, q̃ tps, rem unã oĩm ꝑciosissimã, pdũt. Certe nihilo plus momenti attulerũt ad intelligẽda ea, q̃ de finitione dialecticæ tradit Rodolphus, q̃ si in clara die, fumosam aliquã facẽ, lucis causa accẽdas. Et adhuc tu illud nobis obgannis hõ impudentissime, nihil esse scriptũ à uiro hoc, q̃d nõ æque doceat in summulis Petrus Hispanus? Aut q̃d tandẽ is habet, cui uel tãtillũ sit cõmerciũ cũ ijs, q̃ de fine ac officio dialecticę ab Rodolpho traduntur? Quid de q̃stiõe, de statu, & istorũ diuersitate ac discrimine docet? Quę cũ nõ mõ utilia, sed & necessaria in primis sint differenti, q̃d q̃so de ijs oĩbus habent tuæ istæ ꝑclaræ summulæ? Nã de expositiõe q̃d hoc loco dici possit nõ uideo, qñ huius ne persomniũ quidẽ unquã in mẽtẽ uenit summulario isti, tm̃ abest ut q̃d recti de ea ꝑceperit. Tradit de argumẽtatiõe q̃dam, sed ita tradit, ut nec ipse ea q̃ ex Aristotelis Boethijq; libris sublegit, satis intellexisse uideat, nedũ ea doceat alios. Et poterãt tñ minore cũ dispendio legi ista. poterat, quanq̃ exiguus, tñ aliqs inde fructus sperari: nisi ineptissimis istis cõmentarijs undique cõspurcata sic forẽt, ut facilius multo fuerit restitutẽ tergiuersantem̃q; educere ab inferis cerberũ, q̃ ut hinc sibi utilitatẽ aliquã expiscari possit iuuẽtus. Et nos tñ adeo etiãnũ miramur nenias istas, ut cõtinuo nobis ruitura uideat facultas artiũ, nisi eiusmodi nos cã colũnis fulciam⁹. Id q̃d æque erat timendũ nobis, ut si cælũ aliqs olim collapsum fuisse credat, nisi humeros illi suos supposuissent Atlas & Hercules. Quorũ alter etiã laudari solet, q̃

tabula nescio q̃ fimo eo repurgasse dicat quẽ mil lia aliq̃t boũ per cõplures annos fecissent: q̃nto idẽ laudandus magis, si & hæc tabula repurgare sic queat, ut si qd forsan nõ usq̃q̃ inutile deliteſcat sub fimo tã alto, id qñq̃ se exerat, in apertum q̃re ferat. Quæ sequunt apud Rodolphũ, de solutioni bus argumẽtationũ, de orõnis partibus, de usu lo corũ: de ijs oĩbus mirũ q̃ddam agunt silentiũ istæ plus q̃ summatæ summulę, & quidẽ adeo firmũ, ut uel ranæ illæ Seriphiæ citius uerba facturæ uideant, q̃ de his rebus ullũ illis uerbũ exp̃sseris. Adeo inueniri nihil illic q̃d, pst põt, adeo nugis occupa ta sunt oĩa. Qua de re ut nc plura in p̃senti dicẽda putem, illud mihi in causa est, q̃ uerear, ne & hæc multa nimiũ uideant in re p̃spicua. Sed ignoscere par est, qñ iuuenturi scribunt hæc, cui nimis q̃ fa cile imponi solet p̃stigijs istis, p̃sertim cũ Rodol phum ea nondũ attigerit, atq̃ tantos ei iampridẽ fumos tenebrasq̃ offuderit iste, ut caligãtibus ad huc oculis, lucẽ etiãdum ferre uix queat: haud se cus, acsi nunc primũ è specu illo Platonico in hũc nr̃um orbẽ egrediat. In quo q ab ineunte usq̃ æta te uincti sederũt, eos aiũt umbris illis q̃s ex aduer so contuent, ita assuetos eẽ, ut oĩno ullas alias res eẽ negẽt: neq̃ ullo mõ p̃suaderi sibi id p̃tiant, ut à quo q̃ in meliorẽ aliquẽ locũ uelint inde abdu ci. Porrò si quẽ tñ eor q̃quo mõ inde abduci con tingat, eũ principio ægre admodũ ferre solẽ hunc nr̃um: neq̃ aliud q̃ incusare eos, q ex felicitate tã ta, in tãtas se miserias cõiecerint. Sed paulatim tñ id ei minus ac minus graue esse, adeoq̃ in dies sin gulos dolorẽ hũc minui, ut & ipse tandẽ aliqñ da mnet sententiã suã, nihilq̃ minus, q̃ in pristinũ illũ uitę statũ uelit reuerti. Qui aũt in specu illo degãt

adhuc, ab eis ita defleri casum huius, q̃si nõ mõ meliora adeptus nõ sit, sed in summas etiã calamitates & miserias p̃cipitatus. Quo mõ nũc etiã uociferat iste, pditũ iri iuuentutẽ, si qs illã ab inanibus illis umbris ipsius, ad res ipsas uelit educere, si quis ad meliora hortet. Sed fallet eũ (scio) opinio sua: q̃sq; hactenus in specu isto suo miris q̃busdã pedicis uinctos detinuit, ij si uolẽt cõsultũ sibi, exitum inde q̃rent: p̃optabuntq; in clarissima luce, inter res ipsas degere: q̃ in istis plus q̃ Cimmerijs tenebris, inter umbras mõ ac simulacra rerũ uersari. Sed de his alibi. Interim ad id, q̃d huius, pprie instituti est, reuertamur. Vbi ut initio p̃tereã illud, q̃ multa de origine atq; utilitate locor̃, definiendi legibus, de partiũ causarumq; natura, de adiacentibus, actibus, cõnexis, loco, tpe, alijsq; locis dialecticis habeat I. libro Rodolphus, q̃r uel nullã, prsus mentionẽ facit Petrus iste Hispanus, uel sic facit, ut oĩno nõ didicisse, q̃ quo ille mõ docet didicisse p̃stiterit. q̃d quod tã referta sunt apud hũc oĩa, poetar̃, historicor̃, oratorumq; exemplis, ut nec pagina ulla sit, q̃ nõ ex optimis q̃busq; autoribus abditissimos difficilimosq; locos adducat? Quoties nũc Vergilij, nũc Ciceronis, nũc alterius cuiusquã locos integros affert, & q̃d illic artis, q̃d ingenij insit demõstrat? Quoties oratorũ in orõnibus cõsilia aperit? Quoties uel totar̃ orationũ uel partium singular̃ artificiũ uelut digito indicat oculisq; cõtuendũ exponit? Quoties interim exẽpla p̃ceptis, interim rursus p̃cepta exẽplis accõmodat? Quãta ubiq; cura id agit, ut ita ex p̃ceptis intelligamus uirtutes autor̃, ut illor̃ rursus uestigia insistẽtes, ipsi in similibus rebus cõmode p̃ceptis ijsdem utamur? Quàm accurate, q̃ diserte hoc docet, qua

Optimos auctores Rodolphi. sus locos illustrauit.

ṫõne, quaq; uia id cõsequi liceat, ut ex tpe etiã &q̃ uis subito, de re q̃uis, probabili uti orõne possim. Quarũ rerũ si qs petendũ sibi quicq̃ putat ex Petro Hispano, is eadẽ opa, & ab asino lanã, & è pumice * aquã petat. Vt desinat aliqñ tam thrasonice loqui iste, desinat iniuriari Rodolpho, cui iniuriã facit, q̃ties ei conferendũ ulla ex parte censet hoiem in doctissimũ, ex quo illud mõ refert iuuentus, ut cũ fuerit egressa scholã, tũ qd pter barbarismos acso lœcismos inde abstulerit nesciat. Quanq̃ nõ desinet ille qdẽ: & q̃ desinet minus, hoc & maiorem ignominiã sibi, & Rodolpho maiorẽ pariet gloriam: qñ & pueris psuasum iã est, nõ posse illud non eẽ optimũ, à q̃ iste, partim inuidia stimulãte, partim ne qd suo decedat q̃stui, rudẽ adhuc iuuentutem q̃q̃ mõ auocare conet. Quã obrẽ pgat licet q̃ cepit hõ candidus, & salsissimis salibus istis ludat, q̃ties libet in hoiem dissimilimũ sui, hoc est, eloquentissimũ. si quidẽ ita demũ certo sciet iuuẽtus maxime dignũ eẽ lectione Rodolphũ, si isti eũ minime ꝓbari intelligat. Tu mihi illud expende lector, q̃ntum fidei talibus hoibus sit habendũ in rebus alijs, quibus ad facienda hæc, sacra illa auri fames est in causa ut uelint, impudentia ut ausint.

περιφρασις αμαυρωσεως

ARGVMENTVM OPERIS.

Reliquum est, ut de argumento operis pauca dicam. Nam de utilitate uel ob hoc mihi nihil dicẽdum est in præsentia, quòd certum illud esse sciam apud studiosos oẽs, non posse illud non utilissimum esse, à quo isti bona ingenia tantopere studeant auocare. Fiet autẽ id non incommode, si quędam paulò altius repetendo, à uulgatissima illa artium diuisione incipiamus.

¶ Artium igit̃ (inquiunt) tria in uniuersum sunt

genera. siquidem aliæ earum ad cognoscendas re-
Artium tria genera. rum naturas, aliæ ad uitã formandam, aliæ ad ar-
tificium oratiõis dicendiq; regulas pertinent. Pri-
mi generis quæ sunt, eæ à Græcis physicæ, à Lati-
nis naturales dicuntur. Quæ secundi, has illi ethi-
cas, nos morales uocamus. Quæ tertij, eas λογικὰς
illi, q; circa orationis artificium uersentur, appel-
lant: ex nostris sunt qui uocent rationales.

Tria in oratione quaq; exigi. ¶Iam in omi oratiõe, quę mõ digna sit legi, tria
hæc exiguntur, ut sit emendata, ut elegans, ut pro
babilis. Quocirca tres etiam artes circa huius cu-
ram uersantur, grammatica, dialectica, & rhetori
ca, quarum prima, quo mõ emendate loquamur,
docet: altera, quo modo probabiliter: tertia, quo
modo polite atq; ornate seu eleganter.

Dialectica quid. ¶Claret ergo ex ijs, dialecticen esse artem pro
babiliter de una quauis re differendi, quatenus na
tura eius rei qua de agit, probabilitatis est capax.

Duo necessaria differẽti. ¶Quisquis autem probabili uti uult oratione
de re aliqua, ei duo cum primis necessaria sunt: al
terum, ut inueniat ea quibus res proposita in hãc
aut illam partem probari queat: alterum, ut inuẽ
ta illa uelut indice quodam probet, cõueniant ne
instituto suo an non cõueniant: ne qua fraus aut
decepti enter dicendum suboriatur.

Dialecticæ partes duæ. ¶Hinc fit, uti tota hæc differendi facultas, quã
dialecticen dicimus, in duas diducatur partes, unã
inueniendi, alteram iudicandi. Inueniendi pars ea
est, quæ certos quosdam ostendit locos, è quibus
uelut thesauris quibusdam, in rem q̃is confirmã
dam refellendámue argumenta ducantur. Iudicã
di, quæ formulas ac præcepta quædam argumen
tandi tradit, quibus ceu perpẽdiculis atq; normis
quibusdam facile explores, idonea sint argumen-

tā quę inueneris instituto tuo, an non idonea, pro sint an officiant magis, apta sint an inepta. Neque enim ut quærenti quicq̄ primum occurret, ita & commodissimum erit in causam eam, de qua erit dicendum nobis: non magis, q̄ aut lapis quiuis te mere oblatus, ad unamquamuis ædificij partē ful ciendam est aptus: aut uniuersis morborum gene ribus, una aliqua salubris est medicina. Ergo quē admodum fabri, nihil nisi examinatum explora tumq; prius, operi suo solent inserere: ita ne nos q dem, temere unumquiduis operi nostro, hoc est, oratiōi q̄ fidē facere uolum⁹, infulcire debem⁹: sed uelut delectu q̄dā, inspiciēda oīa optima eligēda.

Simulatio

¶Harum partiū quemadmodū prior, ita & diffi cilior ea est, qua doceī inuētio. Quocirca etiā hāc sibi initio explicandā existimauit Rodolphus: de inde traditurus & alterā, si uita longior cōtigisset.

Quā dialecticæ partē tradat Rodolphus.

¶Porro inuentionem continent loci quidam. Vt enim piscator, uenator, auceps, certos quosdā definitosq; locos habere solent, in quibus & si nō semper, tamen plerunq; id quod quærunt inueni ant: ita & dialecticus certos quosdam habeat lo cos oportet, è quibus ceu latebrȷ quibusdam argu menta in rem omnem ducant. Atq; hos locos pri mo libro copiosissime describit Rodolphus, sin gulos ita explicans ac diducens, ut facilime quid ex quoq; duci in rem quamuis possit, dispiciatur.

Primo libro quæ doceātur

¶Sed enim tanq̄ militi parum profutura sint quamlibet bona arma, qui quemadmodum uten dum ijs sit armis ignoret: ita ne loci quidem utili tatem aliquam afferent nobis, nisi qua uia, quoq; mō, ex ijs copia dicendi sit paranda, sciamus. Hęc causa fuit, cur eōdm librū adiecerit de locorū usu.

Quæ secundo.

Etiāsi in eodē libro tradūtur & alia multa, quēad

modum cũ ad eum locum uentum erit, dicemus.

¶Fit autem hoc sæpenumero, uti parum admodum profuerit causam docuisse, nisi præterea & affectibus moueatur auditor, & uoluptate quadam demulceatur. ac ne doceri quidem causa commode queat, nisi quæ inuẽta à nobis sunt, ea sic dispo nantur, ut sint ad fidem faciẽdam idonea. Proinde accessit his liber tertius, q̃ de his tribus ita disserit Rodolphus, ut nec eruditius nec elegantius ijs de reb⁹ dissert posſit. Est q̃res plane digna, cuius cũ primis ratio habeat ab eo, qui cũ laude aliqua uel dicere uel scribere uelit, & quod cupiat dicendo efficere. Quid enim admirabilius, quid potentius, quid efficacius, quàm & in spem cõm libet oratione erigere homines, & in metum deijcere, & lætitia ipsos sibi auferre, & dolorẽ lachrymas q̃ uel inuitis exprimere? deniq; dicendo consequi illud, ut non cum uelint ipsi, sed cum tibi libeat, misereantur, indignentur, inuideant, faueant, irascantur? Quid dulcius, quid iucundius, quàm honesta quadam uoluptate ita afficere animos hominum, ut quamobrem ita afficiantur ipsi nesciant, & tamen afficiantur: ita q̃ extra se positi sint, ut cum nulla sit manendi necessitas, tamen perinde ut si catena illa Herculis Gallici alligati sint, discedere à dicente non queant? Quid ornatius, quid decentius, q̃ quæ longo labore inuenta sunt, ea sic collocare, ut pulcherrimo omnia ordine tanquam in domo diligentis patrisfamiliæ disposita uideantur? Atque hæc sunt quæ cum alijs quibusdam non copiose minus quàm erudite tertio libro docet Rodolphus: ne quis rerũ ignarus, ea modo de causa minoris putet facienda hæc, quod non habeat eadẽ Petrus Hispanus.

Quæ tertio.

Eloquentia mira, ab his ꝙ

RODOL.

PHVS AGRICOLA PLINIO SVO S. D. P.

ABSOLVI tandē libros, quos de inuentione dialectica tuo suasu rogatuq; aggressus sum scribere. Scis tu quidem eos partim parāti iter, partim in itinere, excidisse mihi uerius quàm scriptos esse. Suntq; uni tibi scripti, cui si satisfaciēt, defuncti erūt munere suo. Non addo huc, si non satisfacient, quippe cum tibi beneuolentia nostra omēs etiam nugas meas approbare possit. Quanquam autem uni tibi destinauerim eos, ut qui populi os iudiciumq;, in re præsertim tam scrupulosa, reformidem: memor tamen eius quod dici solet, oratorem nulla alia re tam excitari ad dicendum, quàm audientium corona, scripsi eos tanquam populum mihi lectorē adhibiturus, quo maiorem ipse mihi diligentiam solicitudinemq; operis circundarem, minusq; indulgerem desidiæ cauſis, & conarer (si qua possem) non solū iudici tibi fidere, sed in causa spem aliquā habere. Quod si, quemadmodum Lucili

Oratore gēmanu

ūs dicebat, Consentinis & Tarentinis se scribere, sic ego possem dicere, solis meis Phrisiis meis ista scripsisse, minus esset uerendum fortasse, ut populum admitteremus. Nunc quando studiorum partem, mentione potius quàm usu peruulgatã, tractauimus more minimè puulgato, et cõtra ueterẽ uulgatamq; persuasionẽ ausus nonnũquam sum liberè proferre, qd mihi uideretur: multoꝝ fortasse subeunda nobis esset cẽsura. Quod si quis eos in manus sumpserit, uel philosophus, uel ex magnis professoribus his patronisq; linguæ latinæ: qd ni nõne tibi ptinus uideris audire, Quis nouus hic nr̃is successit sedibus hospes? Ergo (ut initio dixi) tibi destinati, tibi dediti sunt, hæc opa tibi est impẽsa. Et quẽadmodũ scdm iuris cõsultos, filius qui in adoptionem datur, oĩa sanguinis gẽtisq; exuit iura, & in alterius transit nomen, alius in eum uitæ necisq; accipit potestatẽ: sic ego istos manu mea emissos, tuo posthac permitto arbitrio. Ego omnem pro eis solicitudinem depono. tu si uoles, emittes. Quod si benè cesserit, nec laudem putabo meam: nec dedecus, si secus: tuum in utranq; partem æsti

mabitur cõsilium. ego dicar obsequutus 5
tibi, dicar præstitisse quod potuerim, plu
rimũ certe si potuissem, præstiturus. Cæ
terum in hoc opere, præterquam q̃ sti=
lum exercui, planè uideor mihi operam
perdidisse. Nam nisi qs meliores literas
attigerit, nõ uideo magnopere quid pos
sit prodesse ei, propter multitudinem ex
emplorũ, quæ ab eruditioribus scripto=
ribus erant eruenda. & idcirco negli=ge=
tur ab eis, ut qui balbi præter balba nihil *
intelligant. Contra eos qui eruditi sunt,
uel uideri uolunt, quotusquisq; ulla artis
p̃cepta attingit? aut si attingat, nõne tibi
uideris ad primũ protinus conspectũ au
dire, unde nobis ex ultima barbarie no=
uus Anacharsis iste, qui post Aristoteles,
Ciceones, Quintilianos, aliquid inuentu
rum se credat? Quemadmodũ apud poe
tam tamen scriptum est, Victurus genio
debet habere liber, ita multos libros hoc
solo credo uiuere, quia genium habeant.
Qui si nobis sit, uiuemus etiã. sin minus,
ferã æquo animo interitum eius, quẽ tot
tamq; p̃clara subierũt ingenia, q̃bus ut la
borẽ eruditiõis diligẽtiæq; suæ impartí=
rẽt, mortaliũ ignauia fuit indigna. Vale

ABsolui tandem.) Scopus totius huius epistolæ hic est. quanq̃ hi de inuentione dialectica libri, uni Plinio scripti destinatiq; sint, non minori tamẽ cura eos elaboratos esse, q̃ si euulgãdi sint omnibus. quocirca etsi ipse premi eos quàm edi malit, facere tamẽ se potestatem Plinio, ut pro suo is arbitratu, eos uel emittat uel supprimat. Porrò qui sit Plinius is, cui hosce libros dedicauit Rodolphus, ipse in epistola quadam ad Iacobum Barbirianũ his uerbis docet: Est oppidum, inquit, uicinũ nobis, quod Campos Theodori uocãt. Eò pridie decollationis Baptistæ, negocij cuiusdam, tum animi quoq; leuandi causa, domo profectus eram. Illic redduntur mihi literæ ex Theodorico Plinio, ornato homine, & mei amãtissimo: qui iuris ciuilis doctor in primis eruditus, in cõsilio est comitis Palatini. Credo te uidisse illum superiori anno, in comitatu domini Augustensis. quia perpetuò magistrum Adolphum nostrum assectabatur iuuenis decora facie, & flauis crispantibusq; capillis insignis. Hæc Rodolphus. Ego coniectura quadam adducor, ut credã cum Plinio hoc in Italia familiariter uti cœpisse, cum ingenij excolendi causa ageret Ferrariæ.

Eus Plinius iurecõsultus.

In quo itinere hi libri scripti sint.

¶Scis tu quidẽ eos partim paranti iter.) Fui ego aliquando in ea opinione, ut putarem eo de itinere hic loqui Rodolphum, quod cum Iohanne Dalburgio episcopo Vormaciẽsi fecit Romam, cũ is à Philippo comite Palatino orator missus esset ad summum pontificem Innocentium eius nominis octauum, nouam illi gratulaturus dignitatem. Sed cum in epistola quadã

quam Groningæ adhuc agens Rodolphus scripsit ad Alexandrum Hegium, mentio horum librorum fiat, & in alia item epistola ad Iacobum Barbirianũ, cui titulus est de formãdo studio, necessum profectò est, ante profectionem illam absolutos eos fuisse: cum & posterior hæc epistola ante annũ missa fuerit ex Heidelberga, quàm oratio illa quæ inter Rodolphi opuscula extat, apud Innocentium habita sit, modo ne lector imponat ascriptus utrobiq; annorũ numerus. Quod ut sit ita, ex ea tamen epistola quæ est ad Hegium, satis constat ante id temporis scriptos fuisse. Mihi dum rem expendo diligentius, de itinere eo loquiuidetur, quo ex Italia, ubi aliquot iam annos abfuerat, est reuersus in Phrisios. Quanq; utinã de tempore quo scripti sint parum constaret, libri omnes extarent. ¶Excidisse mihi uerius quàm scriptos esse.) Excidere Excidere ea dicũtur, quæ subitò neq; considerate satis effusa, rudia impolitaq; adhuc, in alienas manus perueniunt. Hinc Antonius apud Ciceronẽ libro de oratore primo: Tum ego, inquit, hac eadem opinione adductus, scripsi etiam illud quodam in libello, qui me imprudente & inuito excidit, & peruenit in manus hominum. Et apud eundem Crassus, Petimus ab Antonio, inquit, ut ea quæ continet, neq; adhuc protulit, ex qbus unum librum excidisse iam dudũ quæstus est, explicet nobis, & illa dicendi mysteria enunciet. Ac rursus in eodẽ opere, libros rhetoricorũ iu- Orator ueni sibi excidisse Cicero ait. ¶Oratorem nulla alia multitudine &c.) Quid in excitando oratore posit corona ne gaudet

aſtantiũ, Cicero explicat in libro de claris oratoribus, ubi poſt multa alia: Nec enim poſſet idem, inqt, Demoſthenes dicere, quod dixiſſe Antimachum clarum poëtam ferunt, qui cũ conuocatis auditoribus, legeret eis magnum illud quod nouiſtis uolumẽ ſuũ, & cum legentem omnes præter Platonem reliquiſſent, legam, inqt, nihilo minus, Plato enim mihi unus eſt inſtar multorũ millium. Et rectè. Poëma enim reconditum, paucorum approbatione: oratio popularis, aſſenſu uulgi debet moueri. At ſi eundẽ hũc Platonem unum auditorem haberet Demoſthenes, cum eſſet relictus à cæteris, uerbũ facere nõ poſſet. Quid tu Brute poſſes, ſi te, ut Curionem quondam, cõcio reliquiſſet? Ego uero, inquit ille, ut me tibi indicẽ, in eis etiam cauſis, in quibus omnis nobis res cũ iudicibus eſt, nõ cum populo, tamen ſi à corona relictus ſim, nõ queam dicere. ¶ Quod ſi quemadmodum Lucilius dicere ſolebat.) Aemulatus eſt locum Ciceronis primo libro de bonorum atq; malorum finibus: quo in loco uerba illius ſic habẽt. Nec uerò, ut noſter Lucilius, recuſabo, quo minus omnes mea legant. Vtinam eſſet ille Perſius, Scipio uerò & Rutilius multò eſſent magis, quorum ille iudiciũ reformidans, Tarentinis ait ſe & Conſentinis & Siculis ſcribere. Meminit eiuſdem rei, quanquam paulò diuerſius, ſecundo libro de oratore. Cur autem Lucilius Tarentinos, Conſentinos ac Siculos, ſcriptorum ſuorum iudices non formidaret, illud nimirum in cauſa fuit, quòd ij homines luxu perditi, paſtũ (quemadmodũ dicere ſolebat Cæ

platonis ac cellentia

Lucilij ſatyrici poëtæ uerbũ.

to)sapientius haberent q̃ mentem. ¶Vt populum admitteremus.)Ductũ ab ijs qui publicè ea quæ elucubrassent,recitare solebant populo,illiusq; iudiciũ ac censuram subire. ¶Mentione potius quàm usu peruulgatam.)Verißimum hoc est,siquidem nomen quidem dialecticæ identidẽ omnes occinimus,usum eius tam pauci norũt,quàm multi eũ nosse se arbitrãtur. Vsum dialectices pauci nouerunt.

Ausus est dicere quidam,utinam non tam uere q̃ falsè,bonam partem eorum qui hodie dialectica docẽt, non intelligere id ipsum studiorum genus quo alantur.Nolim tam acerbè ego.Tantum illud demiror,q̃ fiat,ut cum sciãt utiq; uiri longè doctißimi,aliũ quẽdam esse dialecticæ usum,quàm ut perpetuò graculorum more in umbra garriamus: ita tamen ipsi totos triginta annos artis tradant præcepta,ut de uero interim usu eius ne uerbũ quidẽ.Disputatur quotidie, uersetur ne dialectica circa primas an secundas intentiones,sit ne speculatiua an practica,realis an rationalis.Et ut hic quisq; clamat fortißimè,ita maximè à præceptore laudari solet. At si quis interim roget illud,quemnam finem statuamus uociferationum istarum,aut quisnam fructus expectandus sit ex studio dialecticæ scholã egreßis,hoc tam nescimus oẽs, quàm scire omnium referebat. ¶Vel ex magnis profeßoribus his.)Ἀεροντικῶς dictum aduersus istos,q̃ cum ne nomen quidem bonarum artium quid sibi uelit,satis intelligant,harũ tamen professores patroniq; haberi uolunt: quales sumus ferè, qui uocamur magistri artiũ. Professores inepti

ac proinde ita placemus nobis, quasi unà

Contra Magistros

cũ purpureo illo pileolo conferatur & eruditio: aut quisquis philosophicam gestet cucullam, is continue idoneus sit eruditĕdæ iuuentuti. Satis ad docĕdos alios esse putamus ipsum magistri nomen. cui postea q̃ addiderimus tria ex Petro Hispano sophismata, iam uel cælum digito contingere nobis uidemur. Teneas liceat historias omneis, poëtas cunctos intelligas, nihil sit in rhetorum libris quod non excusseris, nisi tamen huc accesserit magisterium, nihil es. Cõtra si diebus aut tribus ad summum syllogismis instructus, aureis aliquot mercatus es magisterium in artibus, hic demũ cristas licet erigere, hic repĕte doctus euadis: neq; ita longè iam abest, quin cum poëta Horatio, sublimi ferias uertice sidera. Id quod ànemine ita accipi uelim, quasi ego contemnĕdas censeã promotiones, sed quod nolim ad has aditũ patere indignis, optemq; eruditionis illas testimonium esse, non pecuniæ. Si quis reclamantibus nobis probatum aliquem autorem iuuentuti audet prælegere, hic iam parum reuerĕtialiter se habet aduersum seniores, huic præcluduntur gymnasia, hunc periurum & destructorem facultatis artium uociferamur, planeq; dignum esse censemus, quem oderint omnes, qui saxis obruatur. Quasi uerò quisquã æquè obsit facultati artiũ, atque nos ipsi, qui, dum dolosi spes refulgeat nummi, dignos iuxta atq; indignos ad promotiones admittimus. Hinc est, ut qui nosse aliquid sibi uidentur, ij quod pecunia sola comparari uident, contemnant: qui autem plane sunt rudes, ij studia negligant: &

indignos promouemus pecunia propter.

quemadmodum dicere solebat Alexandri pater Philippus, nullam urbem inexpugnabilē esse, in quā ingredi posset asinus onustus auro, ita uulgò iam dicitent isti, nullam se timere repulsam, dum loculos habeant differtos pecunia. Hæc est pestis illa, qua ad extremā propè internecionem est redacta facultas nostra. Hanc de medio tollamus oportet, si qui illam cupimus reuiuiscere. Digni modò à nobis promoueantur, repellātur indigni. ita breui futurū est, ut in pristinam illam dignitatem suam facultas nostra restituatur. Fallimur quidē uicinitate uerborum, et quicquid nostro officit quæstui, id facultati artiū obesse interpretamur. hoc desinamus facere nos, et aut nullos aut paucissimos certe aduersarios habebit facultas artium. cui is demum ex animo fauere mihi uidetur, qui id agit, non ut diteſcat ipse, nō ut sit plenum erarium, sed ut quàmplurimi sint, qui in ea docti euadant, quiq; uelut supellectile quadam bonarum artium instructi, non modo unam facultatem hanc nostram, sed uniuersitatem totā apud exteros reddant illustriorem. ¶Quis nouus hic nostris.) Verba Didonis sunt de Aenea, libro Aeneidos quarto. ¶Secundum uos iuriscōsultos.) Hoc est, secundum iurecōsultos, in quorum albo & tu es. Vt ad uniuersum referatur iureconsultorum genus, nō ad unum Plinium. Sic Terentius: Quæ uestra libido est, id est, uirorū. ¶Filius qui in adoptionem datur.) Hac de re agitur apud iurecōsultos, primo digestorū libro, capite de adoptionibus & emancipationibus. Et institutionū

philippus ait se timere solebat.

imperialium libro primo, titulo, quibus modis soluatur ius patriæ potestatis. Quod autem addit Rodolphus, patrem adoptiuum uitæ necisq; in filium adoptiuum habere potestatem, id fortasse accipiendum cautius, quando huc nequaquam se extẽdit potestas patris. ¶ Sic ego istos manu mea emissos.) Ductum à seruis, qui manumitti dicebantur, cum eis à dominis concederetur libertas. Siquidẽ manumißio aliud nõ est quàm datio libertatis. Instit. capite de libertinis. Et ff. de manumißiõibus. ¶ Nouus Anacharsis iste.) Qui talis uideri uelit, qualis fuit Anacharsis: qui cũ natus cẽt apud Scythas homines omniũ maxime barbaros, insignis tamen studijs philosophiæ euasit. Vita eius est apud Diogenem Laërtium, & Plutarchus mentionem de eo facit in uita Solonis. Dicere is solebat, leges sanè quàm similes esse telis araneorum: & quemadmodum hæ infirmiora animalcula retinẽtes, ualentiora transmittunt: ita legibus humiles quidem pauperesq; constringi, diuites autem & præpotentes non alligari. ¶ Post Aristoteles, Cicerones.) Longè hoc festiuius, longè etiam acrius, quàm si numero singulari idem dixisset. ¶ Sed quemadmodũ scriptum est apud poëtam.) Martialem libro epigrammaton sexto. Est autem carmen longè festiuißimum. quare non pigebit totum adscribere:

Anachar sis.

Rem facta Pompilius habet, Faustine, legetur,
Et nomen toto sparget in orbe suum.
Sic leue flauorum ualeat genus Vsipiorum,
Quisquis & Ausonium non amat imperium.

Ingeniosa tamen Pompilli scripta feruntur,
Sed famæ non est, hoc mihi crede, satis.
Quàm multi tineas pascunt blattasq; diserti.
Et redimunt soli carmina docta coci.
Nescio, quid plus est quod chartis secula donat,
Victurus genium debet habere liber.

RODOLPHI AGRICOLAE PHRI sij de inuentione dialectica Liber .I.

¶ Quæ origo loco3, & quæ eorundem utilitas. Cap.I.

ORATIO quæcunq; de re quaq; instituitur, omnisq; adeo sermo, quo cogitata mentis nostræ pferimus, id agere, hocq; primum & proprium habere uidetur officium, ut doceat aliquid eum q audit. Cuius rei quod certius quis propiusq; capiat indicium, quàm q; soli oim animantium homini, ut rationis doctrinæq; capaci, parẽs ille & autor rerum deus, loquendi atq; orationis indulserit munus? Quod si est signum rerum, quas is q dicit animo complectitur, oratio, liquet hoc esse proprium opus ipsius, ut osten-

Propriũ orationis munus eẽ, ut doceat

Oratio propria opus hominis

dat id atq; explicet cui significando desti-
Obiectio. natur. Nec me præterit maximis auto-
rum placuisse, tria esse quæ perfecta ora-
tione fiant, ut doceat, ut moueat, ut dele-
ctet, & docere quidem, rem facilem esse,
& quam quisq; tantum non inertissimæ
mentis præstare possit: concutere uero
affectibus audientem, & in quemcunque
uelis animi habitum transformare, allí-
cere itẽ, audiendíq; uoluptate tenere sus-
pensum, nõ nisi summis & maiori quodã
musarũ afflatu instinctis contingere in-
Dilutio. genijs. Nec sane inficias iuero, eẽ ista præ
cipua bñ dicendi præmia sequíq; oratio
nem, uerũ sequi uerius q̃ effici, potiusq;
accessionem esse ipsius q̃ propriũ opus.
Sed de his alio loco explicatius dicendũ
erit. Hoc in p̃senti a dixisse sufficiat, posse
docere orationem, ut non moueat, nõ de
lectet: mouere aut delectare, ut nõ doceat
nõ posse. Itaq; p̃cãtes, cõquerẽtes, sed et in
terrogãtes quoq;, quanq̃ aliud agere ui-
dẽtur, hoc tamẽ primum efficiunt, ut di
scant audiẽtes, cuius desiderio teneãtur,
quo urgeantur dolore, quid sit quod sci-
re uelint. ¶ Docemus autem nõnunquã

hoc tm̃ pacto, ut intelligat auditor: qñq;, ut fiat illi fides. Fidē facimus, uel credēti, & uelut ſpōte ſequētē ducimus: uel puin cimus nō credentē, atq; repugnātem tra himus. Alterꝫ expoſitione fit, alterꝫ argumentatione conficitur. Expoſitionem uo co orationem, quæ ſolam dicentis mentē explicat, nullo, quo fides audiēti fiat, adhi bito. Argumentationem uero, orationē, qua quis rei de qua dicit, fidem facere co natur. ¶ Cum uero nulli dubiæ rei que at ex ſe conſtare fides, ſed ex alijs quibuſ dam notioribus atq; magis exploratis de unoquoq; certitudinem colligamus ne ceſſe eſt: iamq; alīj mentis acumine freti, huberius expediusq; argumētum, id eſt, ut inquit Cicero, probabile inuentum ad faciendam fidem excogitent: alīj cōtra hebetiore mentis ui, ad rerum obtutum caligent, & uel nihil uel ſero quid quaq; de re dici poſſit, inuenire queant: utiliſſi mum uidentur feciſſe, qui ſedes quaſdā argumentorum (quos locos dixerunt) excogitauere: quorum admonitu, uelut ſignis quibuſdā circūferremus per ipſas res animum, & quid eſſet in unaquaque

Duplex docēdi rō

Expoſitiō quid.

Argumen tatio qd.

Cur loci inuenti.

Argumentū

probabile aptumq; iustituto oratiõis nostræ, perspiceremus. ¶ Vtilem autẽ esse hanc locorum rationem apparet, cũ magnæ parti humanorum studiorũ (quandoquidem pleraq; in ambiguo hærẽt) & dissentientium certaminibus sunt exposita. Exigua enim portio eorum quæ discimus, certa & immota est: adeoq; si Academiæ credimus, hoc solũ scimus quod nihil scimus. Certè pleraq;, procuiusq; ingenio, ut accõmodatissime ad probandũ quisq; excogitare potuerit, alio atq; alio trahuntur. Tum uero eis præcipue confert, qui tractant illa, quorum nullæ traditæ sunt artes: dico, qui consilio rempublicam gubernant: quos de pace, bello, cæterisq; ciuitatis negocijs in rẽ præsentem, sæpe senatui, sæpe populo fidem facere oportet: quiq; in iudicijs item accusare, defendere, petere, abnuere, quiq; populũ docere iustitiam, religionem, pietatem, in professo habent. Quanquam enim & istorum nonnulla comprehensa sint artibus, subtiliora tñ illa & ex medijs scholis deducta, uelut exilia nimium, uel non intrant crassiorũ uulgi animos, uel non hæ

Locorum dialectico rum utilitas prima

Secunda.

rent: rudioribus & ex medio deprõptis, tanquã popularibus robustioribusq; mo uentur magis. Vt delicatiores aures lyra citharave delectat, ita militẽ non nisi tuba accẽderis. Crassis enim (quod in prouerbio est) crassa cõueniunt. Nec instruere solum os facultas ista, & tantum dicendi copiam subministrare, sed prouidentiam animi, & rectè consulendi quoque aperire uiam uidetur, quando non alia re prudentiam constare apparet, quam perspicere quid in quaq; re sit positum, et cõsentanea repugnátiaq;, & quo quidq; ducat, q̃ due euenire possit, colligere. Indicio fuerint duo utriusq; linguæ disertissimi, Demosthenes & Cicero: quorum ut prudentissima fuit oratio, ita quanq̃ nonnulla æmuli reprehendenda sibi in ipsorum uita sumpsere, consiliorum tamen prudẽtiæq; laus ipsis est uel inuidia consentiente concessa. Nanq; dicere prudenter, nisi qui prudenter cogitarit, non potest. Fit em̃, ut quod prouiderit q̃s nõ faciat: dicit certè, quod nõ prouiderit nemo. Sed hæc de origine locoꝝ, deq; ipsorũ utilitate, hactenus p̃fatos esse sufficiat.

Crassis Crassa conueniunt

Tertia.

¶ Scholia in caput primum.

ORatio quæcũq;.) Tametsi(inquit)ad perfectã illud pertinet orationẽ,ut doceat,moueat,delectet:proprium tamen eius munus atq; officium est, docere.reliqua duo,potius accessio quædã eius sunt, quàm proprium opus. Quisquis autem docere cupit rem aliquam,ita ut & fidem de ea faciat,is argumẽtis id conetur oportet. Quæ cum non cuiuis semper ad manum in promptu sint,utilissimus nimirum labor eorum fuit,qui locos quosdam descripserunt argumentorum, è quibus ceu receptibus ac thesauris quibusdam ea erui in rem quanq; possent. ¶ Nec me præterit,maximis autorum &c.) Id Cicero his uerbis docet in Bruto: Tria sunt enim,ut quidẽ ego sentio,quæ sint efficienda dicendo: ut doceatur is apud quẽ dicetur,ut delectetur,ut moueatur. Idem in Oratore: Erit igitur eloquens is,qui in foro causisq; ciuilibus ita dicet, ut probet, ut delectet,ut flectat. Probare necessitatis est,delectare suauitatis,flectere uictoriæ. Habet eadem Fabius libro tertio: Tria sunt, inquiens,quæ præstare debet orator,ut doceat,moueat,delectet. ¶ Sed de his alio loco.) Is locus ẽ libro secundo,capite quarto. Et rursum libro tertio de affectibus atq; oblectatiõe agitur per capita aliquot. ¶ Docemus autem.) De hac duplici ratiõe dicendi fusius libro secundo capite 12. ac deinceps per cõpluscula capita. ¶ Argumentũ,id est,ut inquit Cicero.) Cicero in partitionibus hoc modo argumẽtum definit. ¶ Vtilem esse hanc.) Tria paucis attingit,ad quæ

cõducunt in primis loci. Primum ad omnia humanitatis ac bonarum artium studia. Deinde ad tractandas res eas, quæ nullis etiamnũ comprehensæ sint artibus. Postremò, ad prouidentiã animi, rectèq; cõsultandum. ¶Si academiæ credimus.) Nam academici ἀκαταλη-ψίαν illam suam probabant adeo, ut nihil certo cõprehendi cognoscíq; posse arbitrarentur. Sed de his rursum libro secundo capite quinto. ¶Hoc solum scimus, quòd nihil scimus.) Socrati in more fuisse aiunt, ut diceret, hoc se unum scire, quòd esset insciꝰ atq; omnis scientiæ expers. Lactãtio uisum est, hãc Socratis sententiam esse ἀστοχαστον, hoc est, incõsistentẽ, quæq; ipsa se iugulet, ac falsam cõuincat. ¶ Crassis enim ut est in prouerbio.) Id quàm sit uerum, docet Plutarchus exemplo Ateæ regis Scytharum. Is Ateas siue (ut quædam exemplaria habent) Anteas, Ismeniam optimum tibicinem bello captum, tibia canere in cõuiuio iusserat. Quem cum cæteri, qui in cõuiuio eo aderant, ad stuporem usq; admirarentur: at mihi, rex ait, longè iucundior foret uox hinnientis equi. Notum est græcum illud, ἀμαθέστερόν πως εἰ πὲ καὶ φίστερον. Quantumuis rudius dicito, dum planius. ¶ Demosthenes & Cicero.) Nõ defuisse qui in horũ uita aliquid reprehenderint, id constare uel ex Fabio potest, qui ita & in Demosthenem multa falsò cõficta fuisse, & Ciceroni nulla in re optimi ciuis uoluntatem defuisse contendit, ut aliorũ tamen interim sententiam non dissimulet. Notus sanè in Demosthenem locus eius, q̃ dicebat nõ ἀνιάχειν cõquod paterctur

Ad triã utiles loci

ἀκαταλη-ψίαν

academicorum.

Socratis uerbum.

De fortuna Alexãdri, & in apophthegmatis.

Quintilianus lib. 12.

Angino

Argetangma

Gellius li. 11. cap. 9. Macrobius libr. 2. & 7. Gellius li. 12. ca. 12.

Demosthenes, sed ἀργεφάτχαν, quo minus dicere posset cõtra legatos Milesiorum. Iam quæ & quanta illi obiecit Aeschines? quæ ut maxima ex parte mendacia fuerint, omnia tamẽ falsa fuisse, mihi ego persuadere non possum. Quin uerò & Ciceroni duas illas sellas, quibus solitus esset sedere, obiecit Laberius: illud nimirum significans, parum integra cum fide fuisse inter Pompeium & Cæsarem. Vt taceã interim, quòd in aperto idem mendacio deprehensus, ita elapsus est, ut diceret, prudentis & cauti patris familias esse, quod emere uelit, id se empturum negare, propter competitores emptionis. Sed quis est, cui ignota sint hæc?

¶Quæ quibus probandis conueniant, quomodo inueniendum dijudicandumq; medium seu argumentum, & quid locus. Caput II.

QVando igitur de locis dicturi sumus, commodissimũ fuerit, definire quid sit locus. Id quo cuncta magis in aperto sint, altius repetẽtes, paulo huberius explicemus. Dictum est nobis paulo ante nullã rem de qua ambigitur, ipsam per se probari posse, quod clarius sane arbitror esse, q̃ ut ostendendum sit: non minus, q̃ tenebras si uisum oculosq; admittere debeant, illato alicunde lumine indigere. Relinquitur ergo, quicquid confirmandum est, ex aliquo alio fidem asse-

qui. Nec tamen probandis omnibus omnia conueniunt. Quid enim differēti de optimo ciuitatis statu, & utilius ne sit eā principis unius arbitrio, q̄ populi consensu regi, pfuerit scire, respirēt, nec ne sub aqua pisces? Quid item suadentē Cæsari ut inferat bellum Pompeio, adiuuerit, ecquid habitent ex aduersa nobis regione orbis terrarum homines, quos ἀντίχθονας Græci uocāt? Itaq; differentibus à re præsenti abhorrentia, neq; ulla ex parte cōiuncta instituto orationis suæ, dici solet, Quorsum hæc? Et, Video quid dicas, quid uelis dicere non uideo. Quanquam autē sit apud Aristotelem, omne uerū uero consentire, neq; possint plura uera discrepantia esse: aliud tñ est consentire ipsa, aliud fidem astruere. Ergo ut ad alterius confirmationem aliquid possit adhiberi, coniunctum quadam ratione, & uelut cognatum esse oportet illi, cui probando adhibetur, taleq; uideri, ut nō subsistere res sine illo, si affirmes: non subuerti, si neges, possit. Id quò facilius accipi possit, crassiore quidem, sed apertiore exemplo ostendamus, Videmus in metiēda re magni

Non oīa oībus probandis cō uenire.

antipophora

Rē quāq; per ea tā tum posse probari, quæ ipsi mō quodā cognata sint.

tudine, si duo sint ꝓposita quæ æq̃lia esse uel inæq̃lia oñdere uelimus, si hmõi res sint, ut applicari altera alteri nequeat, accipitur tertiũ aliquid, quod possit utriq; adhiberi: neq; temere illud aut quoduis, sed quod alteri saltem illorũ sit æquale. Id deinde alteri adhibitum, si fuerit & illi æquale, iã æqualia illa inter se dicimus: sin inæquale, inæqualia. Quoniam certũ exploratumq; est, eam magnitudinũ esse proprietatem, ut quæcunq; duæ cuiquã tertiæ sint æq̃les, sint & inter se æquales: & quarũcunq; duarũ altera tertiæ alicui æqualis sit, altera inæqualis, sint & inæquales inter sẽ. Quorsum hæc? ut oñdam, quemadmodũ in magnitudinibus dixi, sic in omni rerum natura esse, ut quæcũq; duo cuiquam tertio cõsentanea sint, inter se quoq; esse cõsentanea. Consentanea autem uoco, quorum possit alterum de altero dici. Vt homini & substantiæ cõuenit in animali, quoniã omne animal est substantia, & oñis homo est animal. sequitur ergo cõuenire ipsis inter se, hoc est, oẽm hominem esse substantiã. Et contra, quorumcunq; duorũ alterum cõsentaneum

est alicui tertio, alterum dissidẽs, ea quoq; inter se dissident. Vt lapidi & homini: lapidi quidem animal dissidet, homini uero cõuenit: certum igitur est, lapidem & hominẽ inter se dissidere. ¶ Si qua duo itaq; cõueniãt inter se nec ne, uelis pspicere, si sint eiusmõi, ut quẽadmodũ magnitudines diximus applicari nõ posse, sic et ista cõsentanea sint an dissentanea, ex ipis pspici nequeat, necesse est tertiũ aliquod inuenias, quod alteri horũ cõsentaneum esse certum sit, idq; alteri deinde comparatũ, proinde ut illi fuerit consentaneum uel dissentaneum, ita esse inter se ambo, quæ proposita fuerant sciamus. Id tertiũ, tum mediũ argumẽtationis dicitur, qm̃ propositа uelut extrema duo coniungit. tum quia probabiliter propositis iungitur, instrumentumq; est faciendæ de illis fidei, uocatur argumentum. Hanc partẽ excogitandi uel medij uel argumenti, uocãt dialectici inuẽtionis. Altera est pars, quæ iudicãdi uocatur. Ea cuiusmodi sit, ex p̃dicta eadem similitudine indicemus. Cum mensuram aliquam metiendarum duarum magnitudinũ sumpserimus, ea

Quem in modũ inueniẽdum dijudicandũq; sit argumentũ.

Mediũ & argumentum idem

si proba debeat esse, necesse est certa & firma sit. q; si aut extendi possit, aut in arctũ contrahi, & quemadmodum ait Aristoteles de regula Lesbia, quæ ad parietis flecti tur formam, sic ista aptetur magnitudini metiendæ, fallax nimirum erit. Hoc pacto, unum illud, cui uel consentanea uel dissidentia ea quæ proponũtur diximus esse debere, id si opinione solum atq; aspectu, non reuera sit unum, fallemur argumentatione: euenietq;, ut quæ cõsentanea esse ostendi argumentatione credimus, dissideant maxime: & cõtra, pro dissidentibus consentanea capiamus. Vt si dicamus, aliquod animal est irrationale, homo est animal, ergo homo est irrationalis: uidentur quidem iungi in animali irrationale & homo, sed perspicuũ est, non esse idem animal, de quo irrationale dicitur, & quod dicitur de homine, sed nominis tantum ambitu & generis similitudine idem uideri. Quod si adhibito iudicio legem syllogismi obserues, dicasq;, oñe animal est irrationale, homo est animal, ergo homo est irrationalis: iam quando pro cõsentaneis accipiuntur ea quæ dissi

dentut, oīe animal irrationale esse, nihil mirū est, homo & animal quanquā consentanea sint, hominem tamen & irrationale dissidere. Vt ergo certū sit atq; liquidum, id quod in argumentū assumimus, non facie, sed reuera unum esse, adhibita est inuentioni hæc iudicij pars, cui omnis de modis figurisq; syllogisinorum præceptio, & cautio omnis captiosarum argumentationū, quas fallacias dixere, subseruit. Sed nos de priore illa quæ ad inueniendum pertinet, his libris loquemur.

Inquiritur quid sit locus.

¶ Intuentē ergo illa quæ dixi de ea, nō latebit uerū esse quod proposuimus, oīa quæ uel pro re quaq; uel contra dicūtur, cohærere, & esse ea quadam (ut ita dicā) naturæ societate coniuncta. Res autē numero sunt immensæ, & proinde immensa quoq; proprietas atq; diuersitas earū. Quo fit, ut omnia quæ singulis conueniant aut discrepent figillatim nulla oratio, nulla uis mentis humanæ possit complecti. Inest tñ omnibus, tametsi suis quæq; discreta sint notis, communis quædā habitudo, & cuncta ad naturæ tendunt similitudinē, ut quod est omnibus substan

tia quædam sua, omnia ex aliquibus oriuntur causis, & omnia aliquid efficiunt. Ingeniosissimi itaq; uirorum, ex effusa illa rerum uarietate, cõmunia ista capita, ut substantiam, causam, euentum, quæq; reliqua mox dicemus, excerpsere. ut cũ ad considerandã rem quampiam animũ aduertissemus, sequentes ista, statim per omnẽ rei naturam & partes, perq; omnia consentanea & dissidentia iremus, & duceremus inde argumẽtum propositis rebus accommodatum. Hæc igitur communia, quia perinde, ut quicquid dici ulla de re potest, ita argumẽta omnia intra se continent, idcirco locos uocauerunt, q̃ in eis uelut receptu & thesauro quodam, omnia faciendæ fidei instrumẽta sint reposita. Non ergo aliud est locus, q̃ cõmunis quædã rei nota, cuius admonitu, qd in quaq; re probabile sit, põt inueniri. Sit ergo nobis locus hoc pacto definitus.

Loci cur appellati.

Quid locus.

¶ Scholia in caput secundum.

Quando igitur.) Toto capite hoc dicit, *Argumẽta quibus cõfirmare aut refellere uolumus aliqd, ea cõiuncta modo quodã ei rei esse oportet, quæ in disceptationem uenit. Iam cum infinita rerum multitudo ita faciat, ut singulatim ea quæ singu-*

iis coniuncta sunt rebus, explicari non queant: hinc est, quòd excellenti ingenio uiri, omnem hanc multitudinem in cõia quædã capita digesserẽt, eaq; uocarunt argumẽtorum locos, propterea quòd in ijs ceu thesauro atq; receptu quodã, argumenta cuiusq; rei confirmandæ refutandæue lateant reposita, ut cum usus fuerit, inde promantur. ¶De optimo reipublicæ statu.) Tres enim formæ sunt rerum publicarum, monarchia, aristocratia, democratia. ¶Respirent ne sub aqua pisces.) Hoc Aristoteles negat, ait Plinius, libro naturalis historiæ nono, capite septimo. ¶Suadentem Cæsari ut inferat bellum Pompeio.) Id facit Curio apud Lucanũ pharsaliæ libro primo. ¶Quos ἀντίχθονας græci uocant.) ἀντὶ contra seu ex aduerso est, χθὼν terra. Hinc ἀντίχθονες dicti, quod in aduersa nobis terræ pte habitẽt. Sunt enim ij, q alio uocabulo dicuntur ἀντίποδες, eo quòd contraria atq; aduersa nobis figant uestigia. Lactantius & Augustinus esse hos negant: asserunt præter alios multos Plinius & Macrobius. Hodie certò esse à plerisque creduntur. ¶Quorsum hæc?) Diuus Hieronymus in epistola quadam aduersus errores Iohannis episcopi Hierosolymitani: Vetus (inquit) narrat historia. q. dam cum disertè diceret, ferreturq; impetu & uolubilitate uerborũ, causamq; omnino non tangeret, prudex auditor & iudex: Bene, inquit, benè, sed quò istud tuum tam benè? ¶Quemadmodum ait Aristoteles de regula Lesbia.) Verba Aristotelis hac de re quinto libro moralium sic habent:

Lactanti. lib. 3. Augu. de ciuitate dei ca. 16. Plinius libro 7. Macrob. in somniũ

Regula Lesbia.

τοῦ γὰρ ἀορίστου ἀόριστος καὶ ὁ κάνων. ὥσπερ ἡ μολυβδίνου οἰκοδομῆς ὁ μολύβδινος κάνων. πρὸς δὲ τὸ σχῆμα τοῦ λίθου μετακινεῖται, καὶ οὐ μένει κάνων. Ea uerba hunc in modum uertit Eraſmus. Siquidem infinitæ rei infinita item regula, quemadmodum plũbea Leſbiæ ædificationis regula. Ad lapidis enim figuram tranſmouetur, neque manet regula. Dicitur itaque regula Leſbia, quoties præpoſterè, non ad rationem factum, ſed ratio ad factum accommodatur.

Loci definitio.

¶Communis quædam rei nota.) id eſt, ſignum, index. Vt enim quondam ſtatuæ illæ mercuriales, nunc ferreæ iſtæ aut ligneæ manus, quas crucibus in biuiis affixas uidemus, indicant uiatori, quà uertendum ſit iter: ita hi loci cum qui inuenire cupiat argumenta, ueluti manu apprehenſum, ducunt eò quò tendit. Venator is qui incertus uagatur, ignarus quibus in locis feræ deliteſcere ſoleãt, raro onuſtus præda domum reuertitur: at qui latibula earum cognita habet, qui ſedes nouit, is etſi unum fortè aut alterũ domicilium uacuum inuenit, nunquã tamẽ diſcedit ita, quin aliis luſtratis locis ſinõ omnino, certè quadam tenus uoti compos redeat domum. Hunc in modũ & argumenta inuenire qui uelit, nunquam ei ex ſententia opus procedet, niſi certos quoſdã definitoſq; habeat locos, è quibus ea ceu latebris quibuſdã ducantur. Quocirca rectè dictum illud, locum eſſe notam ac ſignum, quod nos admoneat eorum, quæ probabiliter de re quaq; in hãc aut illam partem dici poſſint. Porrò quemadmodum nõ omne mare omnem gigni

piscem, neq; in una quapiam terra omnis herba nascitur: ita neq; fieri potest, uti uno ex loco oẽm in rẽ suppetãt argumẽta. Quãobrẽ desperandum nõ erit, si excusso loco uno aut altero parũ succedat. Inspiciendi sunt oẽs, & quod negabit primus, id alter, tertiúsue, aut etiã quartus suppeditabit. Erit fortaßis, cũ lustratis omnibus, nihil tamẽ quod sit in rẽ nostrã inueniemus. at ne sic quidẽ abijciẽdus erit clypeus, nec arena cedendũ. imò uerò redeundũ ad caput, & per singulos rursum locos euntũ, uidẽdumq;, si quid forte prius oculos nostros subterfugerit, siquid minus diligẽter expẽnsum sit. Quod si faciemus, nunquam erit res ulla, in quã non aliquot certè argumenta habere poßimus. qua de re plura libro secundo.

¶Se post Aristotelem, Ciceronem, Quintilianum, Themistium, Boethium, de locis scripsisse, non ut scriberet aliquid melius, sed ut explicatiores fusiusq; de ijs ageret, & ad captum iuuentutis magis sese accommodaret. Caput III.

POssum equidem uideri, crassius effusiusq; aggressus esse istis de rebus dicere, q̃uel pro natura ipsarũ, uel pro more illorum, qui ante nos ista tradiderunt. Nec ego quidem sum tam rudis ueri, ut nesciam posse subtilius ista spinosiusq; dici: cũ sit nihil alioq facilius, q̃ suæ quodq; relinquere naturæ, & de obscuris obscure differere: contra uero magni sudoris

Difficile esse de rebus obscuris, nõ obscure differere.

esse, Cerberum ab inferis extrahere, hoc est, abstrusa & in rerũ interiore recessu latentia proferre in lucem, & tanquam spectanda proponere. Sed cupio explicare ista meæ turbæ, id est, crassioribus atq; harum rerũ imperitis, quando doctis quidem superuacuus est præceptor. Vellẽ itaq; me nõ dicere modo ista, sed uel pingere si res id caperet, uel sculpere etiam posse: & tum quoque pulchre mecum agi putarem, si nõ sic etiam mihi soli ista uiderer elaborasse: sed aliquibus profuturus labor meus, aliquorum esset studia iuuaturus. Quæ mens utinam fuisset plerisq; maximis & pari ingenio facundiaq; uiris, haberemus apertiora illustriora q; in philosophia profecto omnia. Vt enim eos transeam, qui rerum omnium naturam uel ad numeros conati sunt, uel ad figuras redigere: ut eos etiã, qui omnia inuolucris atq; ambagibus quibusdã uelut mysteria texerunt. iam qui obscurita tem in dicendo secuti, rerum lumen orationis tenebris obruerunt, credas eos illa quæ sciebant noluisse prodere, & reticere nequiuisse, De Aristotele dicam. Hic cũ

Aristote.

propemodum solus omnium priscæ ætatis philosophorũ permansit in manibus, hunc solum qui philosophiæ destinãtur attingunt, hunc primum pueri discunt, huic ultimum senum studiũ immoritur. hunc artes omnes, omnia studiorum genera, terunt, trahunt, discerpũt. Magnus utiq; uir, & quem iure oĩis miretur posteritas. Nec enim uel memoriæ uiri absoluẽdis oĩis philosophiæ partibus optime de studijs meriti, obiectum quicquã uelim: uel laudi, quam tot seculorum firmauit opinio, putem quicquam detrahi posse. ¶ Sed uidetur mihi dolendum esse, sediſſe illud animo grauissimi hominis, ut non simpliciter atq; aperte proferret, quæcunq; inuenerat: ut præter laborem quam ipsa rerum esset habitura obscuritas, alia nobis etiã ex ipso obijceretur difficultas, quo necesse haberemus mentem ipsius uelut oraculi suspensam & ambiguã, indagine perquirere. ¶ Themistius itaq; autor est, longe aliter oĩa foras esse edita ab illo q̃ sint domi tradita. dementiæq; simile esse, si qs legẽdis libris ipsius speret illius se sententiam cõsecuturum.

Aristo. in scribẽdo obscuritas.

Aristotelẽ aliter docuisse domi, q̃ libris euulgauerit.

Sed qd Themistium dico? Ipse de se locu pletissimus est testis. Scribit em quadã ad Alexandrum epistola, edidisse se quæ ad philosophiam ptinẽt: sed perinde tñ, nisi q ab eo audierint eadẽ ista, ac si edita non essent, futura. Nos tñ omis illius nõ snias mõ, sed uerba etiã ptinacissime & mordi cus tenemus: ac si quis mouere qequã ten tet, aut discedat transuersum (quod aiũt) digitum ab eis, non aliter atq; qui secanẽ urũturq;, clamam⁹: facilius q; tulerimus, de mysteriis summaq; religiõis aliqd au ferri. ¶ Ego Aristotelẽ summo ingenio, doctrina, eloquentia, rerum peritia, pru dentiaq;, & ut semel dicam, summũ qui dem hominem, sed hominẽ tamen fuisse puto, hoc est, quẽ & latere aliquid potue rit, quiq; ut nõ omnia primus inuenerit, ita alios post se inuenienda aliqua reliquerit: qui etiam non omnia quæ inuenerat, crediderit in uulgus ꝓdenda: & nõnunq; fortasse contradicendi studio, quo maxia fere tentantur ingenia, non tam quid ipse sentiret, q; contra quod alius sensisset, dicendum putaret. Pluríma ille recte, sed & alius aliquid nõ male. Quo iustiorem

Censura Rodolphi de Arist.

ego uenia credo illis esse oportere, si qui fuerunt, qui putarent, non utiq; illi tanq; scopulo usquequaq; adhæresce dum esse, neq; de suis desperarũt ingenijs: cum ingrati possit & inique de parente omniũ natura existimatis uideri, credere ipsam omnia sua in uno illo partu effundentem munera, reliquæ posteritati humani generis in omne æuum sterilem effœtamq; manere uoluisse. ¶ Verũ ut de re nra dicamus, scripsit de locis octo libros, erudite & diserte, sicut oĩa: sed angustius uidet eos cõclusisse materiam. Voluit em̃ cuncta de qbuscunq; dissereremus, intra quatuor quæstiones contineri: ut quæreret, definitio ne esset, an genus, an proprium, an accidens: ut sint hæ quæstiões eiusmodi, sit ne aĩal rõnale diffinitio hois, sit ne hois genus aĩal, sit ne ꝓprium hoĩ docibile esse, sit ne accidẽs eius albũ esse. Sane qcqd ulla de re quærimus, intra aliquod horũ quatuor recidit. neq; em̃ plura sunt quæ pñt ulla de re dici. Sed nõ id agimus, ut de istis sp quæramus sub noibus illis, quæ ab Aristotele sunt posita: nec em̃ quæro sp sit ne albũ accidens hois: sed simpli

Causa prima, cur topica Aristotelis minus satisfaciunt studiosis.

citer, sit ne homo albus. Sic etiam, non, sit ne definitio defectus solis, interpositio lunæ inter solem & aspectum nostrũ. sed, sit ne solum hoc illud. Nam fuerunt etiã, qui aliud aliquid crederẽt esse defectum solis. Sic de alijs etiam non quærimus, sit ne hominis genus animal, & proprium docibile: sed per se, sit ne homo animal, et sit ne docibilis. ¶ Verum hæ quæstiones omnes, de quibus nos loquimur, quoniã solũ id agũt, ut sciamus, sit ne hoc in illo: ut cũ quæro, sit ne homo animal, id percontor, insit ne animal in homine, & reliqua in hunc modũ. quia etiã insit nec ne, de accidente primum solet quæri: poterat idcirco uideri, quod ad has quæstiões pertinet, satis esse accidentis tractatu explicatũ. ¶ Esset hæc aliqua ratio, si omnia quæ ad ostendendũ ineſſe aliquid accommodata sunt, recensuisset Aristoteles, cũ de accidente loqueretur. ¶ Sed neq; locos describit, neq; numerum ipsorum facit, aut nomina. sed deducta ex locis argumẽta quæstioni propositæ applicat. ¶ Deinde pleraq; pro locis ponit, quæ nullius propria sunt loci, ut cũ dicit, inspiciendũ esse

Obiectio.

Dilutio, cõplectẽs causam secũdam.

Quarta.

quibus insit aliquid omnibus, uel quibus nullis, i. de quibus uniuersaliter aliqd affirmetur uel negetur. Ea de quibus affirmatur, dicit esse species. Quid ergo? definitio, genus, proprium, non omnibus insunt? Iam pleraq; etiam accidentia, si debemus accidens uocare quicquid non est aliquid trium illorum, insunt omnibus. Nam quod non de aliquibus nõ negetur uniuersaliter, nihil propemodũ est. quicquid em̃ affirmatur de aliquo, de aliquo etiã diuerso naturæ suæ negat. Iam quod dicit, præscribendum esse differenti, quas res oporteat uocare ut uulgus, quas contra: sic etiã, si proposita sit res tenuior ad differendum, quo pacto ad huberiorem aliquam elabendum: sic pleraq; alia, quæ nõ res nobis subiiciũt unde possimus deducere argumentum, sed differentis tm̃ astus artesq; continent: haud uideo, quo pacto ista possint loci uocari. ¶ Quid ergo? non utiliter præcipiunt ista? Vtilissime certe. Quis neget? Sed nõ tamen quicquid differenti utile est, locus erit. Nisi & didicisse multa, & diligenter id quod in disceptationem uenit perspexisse, & con

Cauilli submotio

tentiosius aliqñ aliqd affirmare, locos credere uelimus, cum sine prioribus illis nemo commode disserere queat, & cõstans asseueratio pſæpe argumenti impleat fidẽ. ¶Adde quod uidet nimis arctos dedisse fines dialecticæ, q̃ ijs quatuor quæstionibus terminauit eã. Cũ doceat em̃ rationẽ argumentãdi, uel (quod idẽ est) pbabiliter disserendi dialectice, uidetur tam late distentos habere terminos, q̃ sunt omnia de quibus rõne atq; uia aliqua disseri possit, neque ullã certam sibi præfinire materiã: sed arma tm̃ dare, q̃bus parati instructiq; simus in om̃e certamen. ¶Sed de his q̃sq; ut uidebitur, statuat: illud res ipsa cõuincit, magni & immensi laboris eẽ, a nulsos ab illis quæstiõib⁹ quas ipse instituit, locos, in aliũ aliquẽ disserẽdi usum traducere. Quiqui itaq; philosophiæ hodie nomẽ usurpãt, cupiũtq; paulo uideri doctiores, libros illos legũt qdem, cumq; peripateticos & haberi se & dici uelint, quæ pcipua semp pipateticoꝝ fuit laus, de q̃libtt re ppoſita in utrãq; partẽ apte expediteq; disserendi: eã tm̃ ut pstent, multum utiq; abest. ¶Dictata potius (ut inqt

Quinta causa.

Causa sexta.

Cicero) & in scholis multis iã seculis per manus tradita decãtant. Qua id causa credam fieri, nisi id (quod opinor) difficilimũ est maximiq; negocij, ex instituta Aristotelis locor̃ ratione, facultatem prõpte copioseq; differendi expedire. Secuti ergo alij, certos definitosq; in omnẽ usum disputãdi fecere locos. E qbus Cicero, & in libro quem ad Quintũ fratrẽ de oratore scripsit, & in partitiõibus ad filiũ enumerare eos satis putauit. Ad Trebatiũ autẽ, libro, uni huic rei destinato, copiosius omia executus est. Sed uir ut multarum magnarumq; artium, ita iuris etiam peritus, habita præsertim Trebatij rõne ad quẽ scribebat, q & ipse inter primos ius profitebatur, oĩa ex iure ciuili exẽpla deduxit. Quo fit, ut nõnulla paulo obscurio ra sint, non assuetis auribus. Quintilianus deinde in qnto institutionũ, tradidit eos, magis (q̃tum uidet) ut obseruatũ alijs sequeret morẽ q̃ quia putaret ad institutũ suũ magnopere ptinere. Itaq; ẽ uidere, ab dialecticis rhetoribusq; acceptos locos, pmixtos ab eo, & in unũ cõfusos aceruũ. Themistiꝰ post hos et Boethius, eandẽ rẽ

Ciceronis loci cur non satisfaciant rudioribus.

Quintilianus de locis confuse.

Recẽtiores oẽs cur in locis nõ satisfaciãt.

tractauerũt Boethius nõ aliud sane uidet egisse, q̃ ut relatũ Ciceronẽ & Themistiũ, quẽq̃ p se primũ, deinde cõferret: & singulos utriusq̃ locos, alterẽ alteri hinc inde coaptaret. Themistiũ, q̃ post Boethiũ scripserunt, maluerunt sequi. Omnes tñ satis crediderũt, locos uel nominare, uel pauciſſimis uerbis ſignare, quid essent. Credo, quod arbitrati sint, altiorem locorum notitiam, ex penitiore philosophia petendam. Haud dubie uerum est: sed longum id est, nec omnibus uacat. & breuius aptioreq̃ compendio, quantum ad consonam rem necessarium est, id confici potest, ut dicatur hic in huiusmodi opere, quæ sit proprietas uniuscuiusque. Ego, ut qui in nullius iurauerim uerba, ut quisq̃ placuit autor, aut ſicubi nemo satis, pro autore rationem sum secutus. Non equidem, quod melius aliquid effecturum me sperem, quàm maximi illi doctiſſimiq̃ uiri (qui possem enim?) sed ut cautius effusiusq̃ ista (ut p̃ dixi) tradam: assequarq̃, ut ſi minus hæc subtiliter disputata esse, saltem (quod uoto meo sufficit) apertius explicata uideantur.

Cõsilium Rodolphi in tractãdis locis.

¶ Scholia in caput tertium.

Cerberus extractus ab inferis

CErberum ab inferis extrahere.) Id Herculem feciſſe ſcribunt poëtæ tragici, qui cum ab Euryſtheo abducendi canis gratia miſſus eſſet ad inferos, Palladis beneficio id quod iuſſus erat perfecit, quemadmodum apud Homerum octauo libro Iliados refert Pallas ipſa. ¶ Nõ dicere modo iſta, ſed uel pingere.) Vt qui aurium ſenſu capere hæc non poſſent, ſaltem uiſu perciperent. ¶ Ad numeros.) Hi fuerunt Pythagorici, de quibus in placitis philoſophorũ ita Plutarchus, Rurſus ab alterius auſpicatu philoſophiæ Pythagoras Mneſarchi, Samius, q̃ primus philoſophiam hoc nomine appellauit, principia rerũ numeros eſſe cenſuit, & eorum ſymmetrias, id eſt, accõmodatas proportiones. ¶ Ad figuras.) Ab hac ſentẽtia nõ ita longè uidẽtur diſtare ea, quæ diſſerit apud Platonem Timæus. Ariſtoteles certè tale quiddã Platoni aſſcribit in libris de cælo, aduerſus illum (ut uideri uult) docens, corpora ex planiciebus cõſtare nõ poſſe. ¶ Qui omnia inuolucris atq; ambagibus.) Mirum ni ad Pythagorica illa alludit ſymbola. Ac uetuſtiſſimi quidem illi philoſophi, ſacratiora eſſe philoſophiæ myſteria arbitrabantur, q̃ quæ temerè proferenda eſſent in uulgum. ¶ Qui obſcuritatem in dicendo.) Horum ex numero tantum nõ primus ſit Heraclitus ille Epheſius, qui & cognomẽ inde inuenit, dictus σκοτεινὸς apud græcos, hoc eſt, tenebricoſus. ¶ Hunc omnes artes.) Quæ enim ars hodie ita docetur, ut non crebro inſulciantur placita Ariſtotelis?

Numeri Pythagoricorum.

Plato.

Symbola pythagorica.

Heraclitus.

Ariſtote.

Quanquam hac in re longè primas tenent quidã cõcionatores, qui ita demum egregiè instituí credunt rudem plebeculã, si quàm sæpissime eis in ore obambulet gẽtilis ille (ut uocãt ipsi) magister. ¶ Veluti oraculi.) Oracula enim inuolucris quibusdã obscurari solebant, & per hunc modum multis imponere. Notissima est responsio data Epirotarum regi Pyrrho, Dico te Aeacida Romanos uincere posse. Quo facto & Alexandrum illum Molossum, & Annibalem Carthaginensem deceptos fuisse, referunt Appianus & Liuius. Adriano quoq; imperatori deum consulenti de euentu belli aduersus Parthos, quàm inuolutè responsum sit, explicat Macrobius libro saturnaliorũ primo, capite uicesimo tertio. ¶ Quadam ad Alexãdrum epistola.) Ea epistola est eiusmodi:

Oraculorũ obscuritas.

Ἀριστοτέλης βασιλεῖ Ἀλεξάνδρῳ ἐν πράξει. ἔγραψάς μοι περὶ τῶν ἀκροαματικῶν λόγων, διόμενος δεῖν αὐτοὺς φυλάττειν ἐν ἀπορρήτοις. ἴσθι δὴ αὐτοὺς μὴ ἐκδεδομένους, μὴ μᾶλλον ἐκδεδομένους. ξωστοὶ δ' εἰσὶ μόνοις τοῖς ἡμῶν ἀκούσασιν, ἐξέρασω.

Eorũ uerborũ sententiã ita reddidit Gell. Ἀκροαματικοὺς libros, quos editos quereris, non perinde ut arcana abscõditos, neq; editos scito esse, neq; nõ editos. quoniã ijs solis qui nos audiunt, cognobiles erũt.

Gel. libro 20. cã. 4.

¶ Ac si quis mouere.) Cõuellere, arguere, minus probare. ¶ Trãsuersum quod aiunt culmum.) id est, uel minimum, tantillum. Similia sunt, latum culmum, latũ pedem, transuersum digitum discedere. ¶ Nõ aliter

utq; qui secantur uruntur q;.) Clamamus, inquit, præ indignatione haud secus ac solent ij, quos medici secant aut cauterio adurũt. ¶Ego Aristotelem.) Summus nimirum, inquit, uir fuit Aristoteles, at non is tamen, cui oporteat adhærere per omnia. Cuius rei triplicem affert causam. Primum, quòd quemadmodum multa nouit, ita quædam etiam ueri simile est ipsum nescisse. Deinde, quòd non omnia quæ inuenisset, putarit esse proferẽda in lucem. Postremo, quòd maiori cura interim fuerit contradicendi alijs, quàm ueri inueniẽdi. ¶Verũ ut de re nostra dicamus.) Sex in summa causas enumerat, propter quas topica Aristotelis minus uideantur satisfacere studiosis. Primum, quòd materiam eorum librorum angustis nimium sepserit terminis. Alteram, quòd non omnia ea enumerat Aristoteles, quibus ineſſe aliquid aut non ineſſe ostenditur. Tertiam, quòd locos neque describat neq; in certum aliquem cogat numerum, ac ne nominet quidem. Quartam, quòd quædam pro locis ponat, quæ nullius proprie sunt loci. Quintam, quòd totius etiam dialecticæ, nedum horum librorũ, arctos nimiũ terminos esse uoluerit. Postremã, quòd tam inuoluta obscuraq; sint apud illũ omnia, uti summæ difficultatis sit, ex ipsius quæstiõibus ac locis, disserendi usum copiamq; parare. Ex his secunda, tertia & quarta, non ponuntur à Rodolpho ut principales causæ, sed ut particulæ dilutionis cuiusdã, quæ occurrẽtem dimouet obiectionem. ¶Voluit enim cũcta &c.) Fuit qui hũc locum ita acciperet, quasi Ro-

Censuræ Rodolphi de Aristotele.

Censura de topicis Aristotelis.

dolphus plura uelit esse prædicata (ut uocant) dialectica quàm quatuor. Verum longè aliud agit Rodolphus, quod ut intelligatur, nosse debemus, tria esse genera quæstionum. Vnum quo quæritur an sit res: ut, sint ne antipodes, sint ne aliquid manes & subterranea regna. Alterum, quo quæritur num hoc illi insit: ut, sit nec ne deus omnipotens, noceat an prosit plus eloquẽtia. Hic enim illud in dubium uertitur, ecquid omnipotentia insit in deo, & in eloquentia plus ne insit commodi an incõmodi. Tertium, quo ambigitur, quo modo unũ alteri insit, num ut finitio, ut genus, ut proprium, ut accidens. Quod genus sunt illa, nũ animal rationale sit definitio hoĩs, sit ne uirtus genꝰ iustitiæ. Iam Aristoteles in topicis ita loqui uidetur, quasi ad dialecticũ pertineat solũ postremũ hoc quæstionum genus, non etiam duo illa priora. Atq; hoc est quod conuellit Rodolphus, putãs omnia hæc quæstionum genera ex æquo ad dialectici munus pertinere: qua de re plenius libro 2. capite 7. ¶Pleraque prolocis ponit.) Quæ hic recenset Rodolphus, apud Aristotelem in secundo libro sunt topicorum. ¶Cõstans assẽueratio.) Hoc ipsum & Quintilianus docet libro undecimo, uim persuadẽdi constare assẽuerationẽ, quæ interim plus ipsis ualeat probatiõibus. ¶Adde quod uidetur nimis arctos.) Vide libri secundi caput quintum. ¶In utranq; partem aptè expediteq; disserendi.) Cicero in secunda Tusculana. Itaq; mihi semper, inquit, peripateticorum academiæq; cõsuetudo, de omnibus rebus in contrarias partes dis-

Tria quæstionũ genera.

Laus peripateticorum.

ſerendi, non ob eam cauſam ſolum placuit, quòd aliter non poſſet, quicquid in unaquaq; re ueriſimile eſſet, inueniri: ſed etiam, quòd eſſet ea maxima dicendi exercitatio: qua princeps uſus eſt Ariſtoteles, deinde qui eum ſecuti ſunt. Eadẽ fermè ſententia apud eundem Ciceronẽ eſt quinto libro de finibus. ¶Dictata potius, ut inquit Cicero.) Verba Ciceronis quarto libro de bonorum ac malorũ finibus ſic habent: Cũq; duæ ſint partes, quibus perfectè ratio & oratio cõpleantur, una inueniendi, altera diſſerendi, hanc poſteriorem & Stoici & Peripatetici, priorem autem illi egregiè tradiderunt, Stoici omnino ne attigerũt quidem. Nam è quibus locis quaſi theſauris argumẽta depromerẽtur, ueſtri ne ſuſpicati quidem ſunt, ſuperiores autem artificio & uia tradiderunt. Quæ quidem res efficit, ne neceſſe ſit ijſdem de rebus ſemper quaſi dictata decantare, neque à commentariolis ſuis diſcedere. &c. ¶Ad Trebatium autem.) De his topicis Cicero ipſe libro familiarium epiſtolarũ ſeptimo, ad Trebatium ſcribens: Itaq; ut primum, in gt, Velia nauigare cœpi, inſtitui topica Ariſtotelica conſcribere, ab ipſa urbe commonitus amantiſſima tui. Eum librũ tibi miſi, Regij ſcriptum, quàm planiſſimè res illa ſcribi potuit. Sin tibi quædam uidebuntur obſcuriora, cogitare debebis, nullam artem literis ſine interprete, et ſine aliqua exercitatiõe percipi poſſe. Fabius quoq; libro quinto inſtitutionũ de Ciceronis topicis loquens: Et ille quidem, inquit, non his exemplis utitur, quia ad Trebatium ſcribens, ex

Dictata ẽ ſcholis cõnere.

Ciceroĩs topica.

iure ea ducere maluit. ego apertiora posui. ¶ *Magis quantũ uidetur, ut obseruatum alijs sequeretur morem.*) Hæc uerba quid sibi uelint, planius intelligi potest ex decimooctauo capite libri secundi. Quo in loco docet Rodolphus, tractatum de locis ad solũ dialecticum, non etiam pertinere ad rhetorem. ¶ Ego *ut qui in nullius.*) Sic Horatius:

Nullius addictus iurare in uerba magistri.

¶ Loci quomodo diuidantur Caput IIII.

Locorum alios ĩternos eẽ, alios externos.

CVm (ut diximus) nihil ad faciendã de altero fidem possit assumi, quod nõ aliqua parte cum ipso sit cohærens, illud in primis sciamus oportet, quædam ita cohærere rebus, ut ipsis insint fixa rebus, alia ut extra ipsas sint. In ipsis sunt rebus, ut si probẽ moritur Ciceronẽ, quod hõ est, q̃ ex corruptibilibus cõpositus est elementis, quod doloribus morbisq̃ obnoxius sit. Hæc oĩa planũ est inesse Ciceroni. At si dicã, mortali patre mortalíq̃ matre natũ, & oẽs ante ipsum hoĩes mortuos esse, nihilq̃ nisi deũ & diuina, esse immortale: hæc omnia, pr̃ materq̃, & cuncti ante ipsum hoĩes, & deus diuinaq̃, extra Ciceronẽ sunt. Hãc itaq̃ faciamus primã diuisionẽ locorũ, ut alĩ interni sint, alĩ

externi. ¶ Rursus ea quæ in rebus sunt, alia in substantia eaꝝ ipsaꝝ, alia circa substantiã sunt. ¶ In substantia sunt, è quibus res idipsum quod sunt accipiunt, qualis definitio, quanquam ea non tam in substãtia uideatur, q̃ ipsamet rei esse substantia. Præterea illa quæ complectitur definitio, ut est genus, & ppria rei notio, quã differentiam uocamus. Atq; ea quoniam uel idẽ est ei quod propriũ dicimus, uel pro ea proprio maxime utimur, locum illius ppriꝫ quoq; significemus nomine. Partes etiam in substantia sunt totius, q̃ nisi ex ipsis confici res non põt. Tum etiã quæ coniugata dicuntur. i. quæ solo noĩs quodam deflexu distant, ut sunt sapiẽs & sapientia, candidum & candor. Tametsi enim sapientia non insit in substantia sapientis quatenus homo est: cum tamẽ de sapiente disseritur quatenus sapiens est, certum est esse in substantia ipsius sapientiã, & nec intelligi quidem, nedũ esse sine ipsa posse. Addamus etiã istis, speciem & totum. E quibus species, q̃is non uideatur in substantia esse generis, tamẽ quia pars ipsius est, & genus quamuis sine singulis

Interno-rũ locorũ diuisio.

Propria rei notio & differẽtia

Coniugata

ſpeciebus fortaſſe, ſine oñibus tamẽ eſſe non poteſt: & totũ itidem, quamuis poſſint ſine ipſo permanere partes nõnullis in rebus, hoc ipſum tñ quod partes ſunt, ſine toto habere non poſſunt. Pleræq; etiam partes eius ſunt cõditionis, ut manere ſine toto nõ poſſint. neq; enim deſectã manum, neq; euulſum oculum magis dixeris eſſe id, quod ante fuerunt, q̃ eadem uel picta, uel ære aut alia quauis materia expreſſa. Verum hæc utcunq; ſint, haud ita multũ in p̃ſentia retulerit noſtra. Id quod ſufficit, qñ cognatiſſima ſunt iſta, iunctumq; habent tractatum, nos in eundem ea ordinẽ redigamus. ¶ Circa ſubſtantiam ſunt ea, quæ cum rei inſint, modum quendã ipſi affectionemq; afferunt. Ea duplici eſt conditione accipere. Aut manent enim quietisq; habent faciem: ut ſunt decor, robur, ſanitas. Aut in agitatione fluxuq; quodã ſunt poſita: ut pugnare, dormire, currere. Vocemusq; illa adiacẽtia, hæc actus. Iungam⁹ iſtis illa, q̃bus hæc inſunt. Ea ſunt quæ ὑποκείμενα Ariſtoteles, nos uſitato ſane uerbo ſubiecta dicimus. Sic eloquẽtiæ ſubiectũ dicimus

Circa ſubſtantiã quæ ſunt.

Ciceronẽ,& seuerítatis Catonẽ,& quãq; rẽ ,put quodq; adiacens aut actus in ipsa est.Internorum itaq; locoꝝ,hæc sit nobis enumeratio.Externi uero ad hũc maxie sese modũ habẽt. Quædã nanq; eoꝝquæ sunt extra rẽ, necessario quodã uinculo cõiũcta sunt rei.Eaq; aut sunt hmõi,ut p ipsa res fiat,quæ causæ uocãt:uel efficiẽs, ut ædiũfaber:uel finis,ut ædiũ habitatio. Quibus etiã iũguntur ea, quæ Cicero tũ effecta uocat,tũ euẽta:mihi maxie placet euẽta dici. Vt sint ,prie,quæ ab efficiẽte fiũt, effecta,ut á sutore calce°:quæ ,pter finem,destinata,ut calceus ob tutãdos pedes. Hæcq; uno noie pñt uocari cognata. ¶ Alia sunt quæ dicimus applicita, quæ sunt eiusmodi,ut non fiat quidẽ per ipsa res,sed habitudinẽ quandã nomenq; accipiat ab ipsis.Eorumq; aliud rẽ ipsam cõplectitur, ut locus. Aliud actus ipsius metitur,ut tẽpus. Aliud alio quodã mõ cum ipsa re cohæret.ea sunt quæ cõnexa dicere placuit, q̃lia sunt, diuitiæ, regnũ, amicitia. ¶ Rursus aũt,alia eoꝝ quæ extra rẽ sunt,necessitate nulla rei cohærẽt. Quorũ quædam eius sunt generis, ut ea

Diuisio externorũ locorũ

ipſa & res, cum altero alterꝫ & ſine altero, eſſe & non eſſe poſſit. eaq; dicimus accidentia. Alia ſunt, quoꝝ alteri infeſtũ eſt alterꝫ, inq; mutuam uiciſſim pniciem tendũt. ea repugnãtia uocam⁹. Et accidẽtiũ quidem, aliqua hoc pacto ſe hñt, ut unũ uni conferat. Idq; uel res rei, ut iurgiũ cædi, pallor ægritudini, ea dicimns cõtingẽtia. Vel uerba rei, quod uel ſingulis fit dictionibus, ut cũ nomẽ rei cũ re cõponimus, uel onem rei, ut laus uiro forti, uitupe ratio ſceleri, ea uocamus pnunciata. Aut duo conferunt in uno tertio, quoꝝ alterꝫ altero uel maius ẽ, ut rex populari opib⁹ uel minus, ut diſcipulus mgro eruditiõe. uel par, ut iuſtus iuſto pbitate. Aut duo in duob⁹ cõferũtur, ut hyems et ſenecta, in frigore & ſegnitie, tẽpeſtas & ira, in ia ctatiõe maris & ptubatiõe mẽtis. uocanturq; hæc ſimilia, illa uero cõparata. ¶ At repugnãtium, quædã dicũtur oppoſita, quoꝝ unũ aduerſat uni, & certa reſiſtitle gent frigidũ calido, cæcitati uiſus. Quædã uel ut uulgus, diſparata: uel ut Seneca uidetur uelle, diſtantia dicuntur. Ea ſunt quæcũq; nõ poſſunt id ipſum eſſe alterũ

quod alterũ, ut homo,equus,bos, Item hõ & candor,cãdorq; & uelocitas,distãt, quia nullũ eorũ aliud est alij idem. ¶Hæc est ergo locorũ summa,ut sint interni qui in substãtia,definitio,genus,species,propriũ,totũ,pars,coniugata. Qui circa substantia sunt,adiacentia,actus,subiectum. Externi autẽ: quæ cõgnata dicunt,efficiens,finis,effecta,destinata.Quæ applicita: locus,tempus,cõnexa.Quæ accidunt:cõtingentia,pnunciata,nomẽ,cõparata, similia. Quæ repugnant,oppositia,distantia. ¶Non ignoro aũt alios autores alia nonnullorũ locorũ q̃ nos noia tradidisse: quosdam plures, etiã pauciores quosdã fecisse.Qui si qbus magis placebũt, nihil impedio,habẽt quos sequantur .mihi naturam ordinemq; rerum sequẽti, uisum est apertissime eos simul & distinctissime hoc pacto posse explicari.

Huius capitis epilogus.

occupatio

¶ Scholia in caput quartum.

CVm ut prædiximus,) *Quam initio diuisionem locorũ affert Rodolphus,eã habet & Cicero. Themistius triplices locos fecit, internos, externos, & medios. Quo autem facilius memoriæ commendari possent loci Rodolphi, sequenti eos descriptione uelut ob oculos spectandos exposuimus:*


LOCORVM
Alij interni sunt, & hi rursus
Partim in substantia rei, ut
Definitio
Genus
Species
Proprium
Totum
Partes
Coniugata
Partim circa substantiam rei, ut
Adiacentia
Actus
Subiecta
Aut cognata sunt, quorũ
Alia causæ sunt, ut
Efficiens
Finis
Alia euenta, ut
Effecta
Destinata
Alij externi, atque hi
Aut applicita, quod genus sunt
Locus
Tempus
Connexa
Aut accidentia, quorum quinq; sunt genera
Contingẽtia
Pronunciata
Nomen rei
Comparata
Similia
Aut repugnantia, ut
Oppositæ
Differentiæ

¶ E quibus ſpecies quamuis non uideatur.) Neq; ſpecies, inquit, proprie eſt in ſubſtantia generis, neq; totum in ſubſtantia partiũ: fecit tamen arctiſſima quædam horũ cognatio uelutiq; neceſſitudo, ut et generi ſpeciem, & totum partibus, in explicandis locis coniungeremus. Cætera quæ dicũtur hoc capite, partim ſatis aperta ſunt, partim ſuis quæq; locis explicabũtur, quare his miſſis, reliqua aggrediamur.

DE LOCIS INTERNIS, qui ſunt in ſubſtantia rei.

¶ Quid definitio, quid genus, quid ſpecies, quid differẽtia, quid inter finitionem deſcriptionemq; interſit. Ad quem modum rei uniuſcuiuſque inquirenda ſit definitio. Et de generalibus aliquot legibus definiendi. Caput V.

IN hũc modum uelut ſemina quædã, & initia, & numerus locorum deſcriptus ſit. Nũc rurſus à capite ordientes, ſingulos exactius & huberius exequamur. Primus locus (ut diximus) eſt definitionis. Ea eſt oratio, qua quid ſit res explicatur. Conuenitq; inter omnes, debere conficí eã ex genere & differentia, ut ſit definitio hoís, animal rationale: in qua animal, genus eſt. rationale, differẽtia. homo, id ſcilicet quod definitur, ſpecies dicitur. *Definitio quid ſit.*

¶ Genus eſt quod de pluribus ſpecie differentibus in quid eſt, prædicatur: ut quæ *Genus qd*

renti, quid est homo? quid est asinus? qd est bos? bene rñdetur, homo est animal, asinus est animal, bos est animal. ¶ Species, es, in quam sub se comprehensam diuidi-
Species. tur genus: ut homo est species animalis. Comprehenditur eñ sub animali. Nam qui omne animal dicit, etiam dicit & hominem, & diuiditur in ipsum: animaliũ enim dicimus, aliud homo est, aliud bru-
differẽtia tum. ¶ Differentia est propria rei nota, qua secundum idipsum quod talis est, ab alijs distinguitur rebus. Estq; nobis uel maxime omnibus è rebus uerarum differẽtiarum penuria: adeoq; putant nõnulli, non cognosci ullius à nobis rei propriam ueramq; differentiam: habere autem nos, q; ferè in reliquis rebus facere solemus, pro uera, quæ proxima ueræ uidetur accedere. Ea est in homine, rationale. Est enim rationale propria hominis nota: nulli quippe animali nisi homini ineſt, conuenitq; homini, quatenus talis est, hoc est, homo eo maxime uidetur homo esse, q; sit capax rationis. Reliqua enim, ut est bipedem esse, & erectum ingredi, & manus habere, aut non sunt propria soli ho-

mini,aut ut sint propria,non tũ hominis, sed partis,hoc est,corporis sunt notæ.Et de rationali paucisq; admodum alijs, sint nec ne ueræ differentiæ,sunt qui putent, sunt qui negent.In reliquis nemo ferè est, q̃ constanter ullius rei differentiã uerã cognoscí posse affirmet:ambitu quodã & loquẽdi circuitu aliqd quod locũ eius tenet effingimus,multaq; psæpe colligimus, quoꝝ quodq; latius pateat, q̃ hoc ipsum quod definit. iuncta tñ æquantur,& proprium qddam iplius efficiũt. Vt si definiam asinũ esse aĩal solidis pedibus, auritũ & fœcundum:nihil est istoꝝ,quæ post genus,quod est aĩal sumunt,quod nõ generalius sit q̃ asinus:nã & equus & mulus solidis sunt pedibus,& mulus lepusq; auriti sunt,& oĩa ferè aĩalia fœcunda.eo tamẽ q; solidis pedibus dictũ est, oĩa præter equum & mulũ excludũtur: q; auritum, equus:q; fœcundũ,mulus excluditur.Itaque tandẽ uelut gradibus quibusdam ad id quod definitũ est, peruenitur. ¶Quidam hanc definiendi formam, descriptionem uocauere.Ego cũ hoc nomine Ciceronem, atque Aristotelem Græcè qui-

Asinus. Definitio.

Descriptio quo distet à definitione.

dem, sed idem significante, usos uideã, nõ est quod maiores requiram autores. Neque em̃ aliud uidetur esse definire, quam rem intra fines naturæ suæ conclusam explicare: quod si alia ratione facere possemus, esset fortasse ratio mutãdi nominis: nunc pro uera definiẽdi uia, eam quæ sola est, optimũ fuerit accipere. Descriptio enim, quæ poetis crebrò, nonnunq̃ oratoribus in usu est, ea uerbosius rem exprimit: nec in id adhibetur, ut quid sit res indicet: sed qualis sit, uelut inspiciendam ante oculos ponat. ¶ Tradere ulla inuenienda definitionis præcepta, haud in promptu est. Illud est certum, quisquis definire quippiam uolet, utilissimum esse, cognitam sibi naturam eius & diligenter perlustratam habere. Id si fuerit, facilè inueniet primum in ipsa re quiddam commune, in quo cum alijs, quæ simili sunt natura, cõueniat. Sumamus exẽplo nobis ius definiẽdum. Inueniemus primũ, ius uim quãdam in se habere cogendi & iussum, unde nomẽ uidetur traxisse. Itaq; erit ius nobis uel placitum uel decretum quoddam. Verum tamen nõ omne decretum

Definiẽdi præcepta

Ingreditur iuris definitio.

Ius à iubendo.

ius erit. nam & domini seruis, & philoso phi discipulis decreta edunt, quæ tamen ius non uocamus. Cogitemus igitur aliquid, quo ista excludamus. Videmus potestatem quandam esse istis, sed minorẽ, q̃ ut iura facere possint: addamus ergo es se placitũ maioris potestatis, hoc est, uel populi, uel in quem populus potestatem suã trãstulit, ut senatus, ut princeps. Quid ergo? Quicqd iusserit princeps, si seruis, ut lectũ sternant, ut cœnam instruant, ius erit? nõ uidetur. sed quod ciuitati iussum est, idq̃ quod ad statum eius tuendũ pertinet. Sed neque id quidem ius erit, si uel partem aliquã ciuitatis grauius premat, uel finitimos contra fas naturæ gentiũm ue lædat. Aequũ ergo esse oportebit. Circũferamus diligẽter oculos, uideamusq̃ ecquid intra cõplexum definitionis possit uenire, quod nomine definiti non contineatur: sed & contra quoq̃, contineatur ne aliquid definito, quod definitio nõ admittat: quæ si non uidebũtur, colligamus iam à capite omnia, dicamusq̃: Ius est decretum maioris potestatis, ad tuẽdum ciuitatis statum, ex æquo et bono institutũ. *Ius qd sit.*

Quæritur definitio ciuitatis.

¶Tradamus & aliud exemplum, iuuemusq; quantum possumus prima discentium studia. Quæramus quid sit ciuitas. Certum est ex hominibus constare eam, nec posse ex uno tantum homine confici. itaque relinquitur multitudinem esse, eritq; id genus ipsi⁹. Sed multitudo, si passim uaga, ruri aut in syluis agat, ciuitas nō erit: idcirco collectam facimus. At ne illa quidem, si decem aut centum sint, ciuitatem efficient. quoniam eo cōduntur ciuitates, ut mutuis succurrere casibus, cōmunia pericula depellere, utq; ipsi præsidio sibi & adiumento esse sine expectatione opis externæ possint: quod quidē in tali numero contingere nō potest. necesse igitur erit eam esse frequentiā, ut statum rerum suarum per se tueri queat. Iam uerò ut sint quamuis multi, sed dissideāt animis, non consulant in commune, non uitæ genere conueniant, illam non ciuitatē dicas, sed hostes potius tāquam feras unā in caueam coniectos. quapropter uinculo quodam legum concordiam ipsorum firmatam esse oportet. Quòd si iam nihil

aliud deesse nobis putamus, erit nimirum expleta definitio. Dicemus itaque ciuitatem esse multitudinem collectam, ad statum rerum suarum tuendum per se sufficiẽtem, quæ consensu sit legum uitæq; coniuncta. Sunt autem in summa recte definiendi leges, ut definitio neq; plura complectatur quàm definitum, neque pauciora: sed de quocunque unum dicitur, dicatur & alterum. Deinde, ut quid sit res, hoc est, substantiam eius explicet, Præter hæc, ut aperta sit, hoc est, neque ambiguis nominibus, quæ in multas dicũtur significationes: neque obscuris aut ex longinquo translatis, constet. Profuerit ad hanc rem, crebras aliorum definitiones soluere, & rationem singulorum uerborum exigere, iudiciúmque parare, & usu tractandæ rei uiam nobis patefacere. Iuuabit etiam notas res atque explicatu faciles definire. quod si diligenter & cum ratione fiat, paulatim & difficiliorum spes erit. Vtilis est hæc definiẽdi ratio, cum propter rerum cognitionẽ, quæ definitione explicatæ, mirum est quo pa-

Ciuitas quid.

Generales definiendi leges

Ad definiendũ præexercitatio.

Ex definiendo fructus duplex.

cto, uelut certũ quoddam signum destinandarum cogitationum proponant animo, tum quòd parat autoritatem differẽti. Neque enim melius rem noscere uidetur, quàm qui quid ea sit, breuiter & apte possit explicare. Verum de definitione hactenus.

¶ Scholia in caput quintum.

Definitio

EA est oratio, qua qd sit res explicatur.) Sic Cicero ad Brutum: Siquidem definitio est oratio, quæ quid sit id de quo agitur, ostendit quàm breuissimè. Et in primo de oratore: Est enim definitio (inqt) rerum earum, quæ sunt eius rei propriæ, quam definire uolumus, breuis & circunscripta quædam explicatio. ¶ Conuenitq; inter omnes, confici eam debere ex genere & differentia.) Præstiterit sanè ex genere & differentia eam cõfici, modò ea semper assint ad manum, sintq; eiusmodi, ut per ea res commodè explicari possit. Quod si non sit, longe præstabilius fuerit, per causas, per euenta, per accidentia, aut alia quæuis rem dilucidè explicare, q̃ per genus & differentiam definire obscurius. ¶ Genus est quod.) Hanc finitionem generis parum probat Laurentius, propterea quòd interroganti quid sit res, tota respondenda sit definitio, non solum genus: modo satisfacere uelimus interroganti, neq; dimidiatã dare responsionem. Atq; est sanè aliquid quod opponit Laurentius, neq; mihi in præsentia satis succurrit, quomodo

Genus.

id quod obijcitur posit dilui, nisi dicere ausis, aliud esse respondere bene, aliud totam interrogationē ab soluere. Qua de re alio quodā in loco, ita ad uerbum Libro 2. scribit Rodolphus: Quod dicimus autem, quæstionē capite 7. generis esse interrogationi quid est inclusam, id uerū est, quoniam bene respōdetur, quid est homo? est animal: ueruntamen nō sic, ut totam interrogationē absoluat. Nisi addideris enim differentiam uel proprium, nō uideberis satisfeciſſe quæstioni. Quo fit, ut cū de solo genere quæramus, sortitum sit interrogari, nō quid est, sed cuius generis rerum est. Vt cuius generis rerum est lumen, substantiá ne accidens? Et sentire, non quid sit interrogamus, cum scire uolumus, agere sit, an pati: sed ad quod genus pertineat, actionis ne an passionis. Hæc Rodolphus libro secundo capite septimo. Verum utcunque res cadat, nihil est quod imputetur Agricolæ, quando nō ipse, sed Aristoteles huius autor est finitionis, apud quem primo τῶν τοπικῶν libro sic legis: γένος δέ ἐστι, τὸ κατὰ πλειόνων καὶ διαφερόντων τῷ εἴδει, ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορούμενον. Id est, genus uero est id, quod de pluribus & differentibus specie, in quid est prædicatur. Cicero I. libro de oratore genus finit hoc modo: Genus autem id est, quod sui similes cōmunione quadam, specie autem differentes, duas aut plures complectitur partes. Quæ finitio cum prima fronte uideatur obscurior, breui est explananda exemplo. Virtus est genus quoddā: complectitur enim plures partes, hoc est, species, nempe prudentiam, iustitiam, for

Virtus genus

titudinem & temperantiam, quæ partes quum communiõe quadã generis, sui, id est, inter se similes sint, tamen specie differunt. Rursum, genus est animal: duas enim partes complectitur, hominem et brutũ, quæ partes etsi specie sunt differentes, tamen cõmunione quadam ipsius generis, nulla inter eas est dissimilitudo, quoniã ipsa animalis ratio ex æquo cõuenit utrisque. Hæc uel idcirco asscribenda putaui, ne quis parum prudẽs, fidem habeat commentarijs ijs, qui hodie in hũc Ciceronis librum circũferuntur, qui uix dici queat, quàm ineptè hunc explicent locũ. ¶Differentia est propria rei nota.) id est, indicium, signũ. Metaphora ducta, opinor, à pecudibus, quibus inuri aut etiam incidi solent notæ quædã, quò facilius aliæ ab alijs dignoscãtur. ¶Quidam hanc definiendi formam.) Horũ ex numero et Themistius fuit, & post eũ Boethius, id quod ex topicis Boethianis liquere potest. Aristoteles, si exempla eius quæ in quinto sunt topicorũ libro consideres, proprij uocabulo hoc definiendi genus comprehendisse uidetur. Nisi si quis credat obstare illud, quod eodem in loco, quiditatem rei, proprio explicari negat. ¶Descriptio enĩ.) Hac de re ita Laurẽtius Valla: Quippe descriptio est qualitatũ omnium, quæ alicui rei assunt, & eiusdẽ actionum explicatio. Quam sententiam & Ciceronis uerba confirmant in partitionibus: ubi non dubium, inquit, est id quidem, quin definitio genere declaretur & proprietate quadam, aut etiam communium frequentia, ex quibus propriũ quid sit eluceat. Sed quo

animal genus

Descriptio.

niã de proprijs oritur quãdoq; magna diſſẽſio, definiendum eſt ſæpe ex contrarijs, ſæpe etiam ex diſſimilibus, ſæpe ex partibus. Quamobrem deſcriptiones quoque ſunt in hoc genere ſæpe aptæ, & enumeratio conſequentium, in primisq; commouet explicatio uocabuli & nominis. Vides hic finitionis uocabulũ ſumi tam latè, ut complectatur & eam definiendi rationẽ, cui deſcriptionis nomen dedit Boethius: & præterea deſcriptionem uelut diuerſum quiddam adiungi, quod & in topicis facit. ¶Nemtamen alijs quibuſdam in locis nomen deſcriptionis apertè pro definitione poſuit: ut primo libro de oratore, ubi hunc in modum loquitur Antonius: Philoſophi denique ipſius, qui de ſua ui ac ſapientia, unus omnia penè profitetur, eſt tamen quædam deſcriptio &c. Quo in loco deſcriptionem pro finitione poni, nemo negabit, niſi qui locum ipſum nunquam uiderit. ¶Tradere ullæ inueniendæ definitionis præcepta.) Quam rationem colligendæ definitiõis affert Rodolphus, eam eſt mutuatus ex topicis Ciceroñis. cuius equidem uerba nõ grauatus fuiſſem aſſcribere, niſi liber uulgo eſſet in manibus. ¶Ius eſt decretũ.) A Celſo iureconſulto ius definitur hoc modo: Ius eſt ars boni & æqui. ff. de iuſtitia & iure. Cicero de oratore: Ius (inquit) eſt legitimæ atq; uſitatæ in rebus cauſisq; ciuium æqualitatis conſeruatio. ¶Sunt autem in ſumma.) Quæcunq; definiendi leges traduntur, huc ſpectant, ut conuertatur definitio cum eo quod definitur, & naturam eius commode explicet. Eam legem quiſquis non uio

larit, hunc ſecurum eſſe iuſſero legum reliquarum.

¶ Generis & ſpeciei uocabulis quemodo ſit hic uſurus. Caput VI.

GEnus, ſpecies, differentia, quid ſint, prædiximus. Illud quod ad nomen generis & ſpeciei pertinet, non ab re fuerit annotaſſe: eos, qui exactius iſta diſtinguunt, addere iſtis indiuiduum. Vt ſit genus quod in quid de pluribus ſpecie differẽtibus: ſpecies, quæ de pluribus numero differentibus: indiuiduum, quod de ſolo uno dicatur. Vt animal de homine, de boue, de leone dicitur. Homo de Scipione, Cicerone, Catone. Cato de ſolo Catone. Quanquam autem & Cenſorius Cato & Vticenſis, uterq; Catones dicantur: illud nõ fit propter communem in ipſis ſpeciem. propter hanc enim homines dicuntur, non Catones, ſed ob ſolam nomínum ſimílitudinem. Res quidem hoc pacto ſe habet, ſed quod ad ſpeciem attinet, ea indiuiduis cõparata, hoc nomine forte parum apte notatur. Speciei nanq; nomẽ iſtud ſola comparatione ad genus, uidetur inditum: dictamq; ſpeciem eſſe, uel (ut Cicero maluit) formã, q̃ confuſum & informe genus expoliret, & ſpeciendũ

Indiuiduum.

Speciẽ in diuiduis collatam ſpeciei rationem amittere.

(sic enim ueteres loquebantur) nobis exhiberet. Indiuiduis autem comparata, nõ iã speciei retinet, sed generis potius accipit faciem. Ad argumentandi rationẽ, nihil propemodum differre uidentur, genus & species, species & indiuiduũ. Quẽadmodũ enim si omne animal currit, hominẽ necesse est currere, *& si homo nõ currit, aliquot animal non currit: sic etiã, si oñis homo currit, Ciceronem necesse est currere, *& si currit Cicero, necesse est aliquem hominem currere. Nobis ergo, ne inter dicendum cogamur subinde sine ullo usu perturbare nomina, uocentur promiscue in locis recẽsendis genus, quicquid de pluribus prædicatur in qd: & species, illa de quibus id prædicatur.

Hæc uerba in aliis exemplaribus omissa sũt, uerum in exemplari manu Rodolphi scripto inueniũtur.

¶ Sed genus quemadmodum de speciebus dicitur, sic etiam diuiditur in eas. Diuiditur autem adiectiõe differentiæ. Animal enim rationali & irrationali assumpto, in hominem & brutum. Et differentiarum uerarum (ut superius diximus) quia propemodum egeni sumus, consilium (quod in inopia fieri solet) oportet ex necessitate sumamus: ut quemadmo-

Quõ hic usurus sit noie generis & speciei.

dum in definiendo, sic in diuidendo, aliqd quod locũ ipsa expleat, mutuemur. Vt si diuidere brutũ uelim⁹, dicam⁹ aliud in terra, aliud in aere, aliud in aqua uitã ducere. Vel itẽ dicamus, bruta oĩa aut natare, aut uolare, aut ingredi, aut repere.

Diuisio 62. 4°

¶ Scholia in caput sextum.

Genus. GEnus, species, differentia.) Quæ hoc capite dicũtur, huc tendũt: uocabulo generis hic utendum esse tam latè, ut quicquid de pluribus, siue specie siue numero solo diuersis, in quid prædicatur, generis nomen recipiat: speciem uerò dici, de quocunq; genus sic sumptum prædicatur, siue illud reuera species sit, siue etiam indiuiduum. ¶ Sed quod ad speciẽ

Species. attinet.) Species, inquit, tum demum species dicenda est, cum refertur ad genus: nã indiuiduis collata, rationẽ speciei amittit, & faciem ac similitudinẽ quandam induit generis. ¶ Vel ut Cicero maluit formã.) Ciceronis hac de re uerba inuenies libri huius capite nono. ubi agitur de discrimine totius & generis, formarum & partium.

¶ Quid diuisio, quæ eius utilitas, qua lege & quot modis fiat, cum aliis quibusdam Cap. VII.

Diuidẽdi utilitas triplex. ET quia diuisionis locus nos admonet, qd sit ipsa, & quo pacto tractãda exequamur. Perquàm utilis eñ est diuidendi ratio, tum ad rei quæ diuidit̃ naturã demõstrandam: proximum eñ est,

ut cum qd sit unũquodq; dixeris, deinde quotuplex sit ostẽdas. tũ ad definiẽdũ: definire nanq; nõ aliud uidet, q̃ ex genere p differentias diuiso, in speciẽ descendere. Præcipuè uerò ad differẽdi oronisq; copiam, ut unũ aliquid quod multa ambitu suo complectit, in partes spargas: late em̃ fundit, quemadmodũ multa si in unũ colligas, in angustũ agunt. ¶ Diuisio igit est, generis in species p differentias diductio. Placuitq; oẽm diuisionẽ duabus differentijs è diuerso positis debere perfici. Deinde, ut repugnẽt eæ differẽtiæ, hoc ẽ, ut nequaq̃ in idem cõuenire possint. Postremo, ut quicqd in genere cõtinetur, id totum differentiæ explicẽt. Aequa qdem lex, sed difficilis obseruatio. Et corpus sane p aiam & inanimũ diuidi hoc pacto uidet. Aial etiã per rõnale & irrõnale. Sed cõtingit, ut uideant sub uno genere multæ esse species. Vbi ergo diuidere id uolumus, capim⁹ unius alicuius spẽi differẽtiã. deinde aliaꝝ spẽrũ, qa una aliq̃ cõem differẽtiã non inuenimus, circuim⁹ ipam differẽtiæ alterius negatiõe, quẽadmodũ in diuisione aialis uidemus fieri; Irrõnale

Secunda.

Tertia.

diuisio qd

Diuidẽdi lex parũ firma.

Prima causa cur hæc lex nõ semp obseruari possit;

em̃ nõ niſi negationẽ rõnalis explicat. q̃ obrẽ uera differentia eſſe nõ poteſt, cum omnis ſpecies ex differentia cõſtituatur: nihil autem cõſtituitur ex negatione. Labaſcit ergo continuò uera illa diuidendi lex. Deinde cuius felicitatis eſt, ut uel prior differentia uera ſit, quãdo uel paucas, uel planè nullas eſſe ueras in confeſſo eſt? Ergo & hanc undecunque datur arceſſimus, fitq; ut altera non ſit uera, altera nullo modo differentia ſit: appareatq; multo iſta dici ſpecioſius, q̃ rectius poſſe obſeruari. Accedit iſtis, quod cum unã fortaſſe differentiam aliquo modo eloquamur: ut ſit uerbi cauſa, uolatile: & ſpeciẽ quoq; inuenimus, quæ eſt auis. E diuerſo quorundam cum differentiam aliquã inueniamus, deſit ſpeciei nomen: ut bipes eſſe, animalis ſit differentia fortaſſe, nullam tamen ei ſpeciem tribuere poſſis. Sic & piſcis nota eſt ſpecies, in reddenda differẽtia fortaſſe laboretur. Nobis ſicut primũ eſſet, & uoto forſan optandum, ut legitimis duabus differentijs diuideremus, ita proximum erit, ut qualibuſcunque, duabus tamẽ: ſin minus poterimus duabus,

Secunda.

Tertia.

Certa lex diuidendi

at quotcunq; poterimus diuidamus,dũ modo uniuersam eius quod diuiditur,cõ plectamur latitudinẽ. Quamobrem non per ea modo, quæ in substantia eius sunt, quod diuidit,sed per oẽs locos qui circa, quicq; extra substantiam sunt,ducitur diui sio. ¶Sane eorum quæ in substãtia sunt, aptissima per quam diuidatur est forma, ꝙ ea perfectæ differentiæ origo est. Nam corporũ aliud animatũ est, aliud expers aiæ:hæc ex forma ducta est diuisio. ¶Deinde proxima, quæ ex materia ducit: ut, arbor; aliæ ex semine sunt,aliæ sponte nascuntur. ¶Hinc iam ab adiacentibus accipitur,ut, animalium aliud mãsuetum, aliud ferum. ¶Et contra quoq; diuidũtur adiacentia in ea, quibus adiacent, Vt feritas,alia serpentis, alia auis,alia reliqua rum beluaꝝ est. ¶Et per actus fit diuisio: Vt hoim alius studio,aliꝰ lucro,alius uoluptati operã dat. ¶Et per efficientia: Vt animalium aliud parentis efficacia, aliud calore solis,aliud putrefactiõe gignitur. ¶Et per effecta: Vt animalium aliud fœtum, aliud ouũ, aliud uermẽ parit. ¶Et ex fine; Vt rerꝝ domesticarꝝ aliæ ad neces

Diuidendi ratio 1. *ex forma*

2. A materia

ab adiacentibus

3.

4. Ab adiuncta in subiecta

5. Per actus

ex efficientia

6.

Per effecta

7.

8. Ex fine

Ad finem pertinētia

sitatē, aliæ ad uoluptatē, aliæ ad usum pti-
nēt. ¶ Cōtra quoq; ex ijs, quæ ad finē pti-
nēt: Vt opū parādaꝝ causa, alij iustā ope-
ram nauāt, alij fœneranē, alijui rapiunt,
alij fraude subducūt. ¶ Iam uero, aīalium
aliud terra, aliud mari degit: ex loco est.
¶ Et, flores aut hyberni sunt, aut uerni,
aut æstiui, aut autūnales: ex tpe est. ¶ Et
hoīes, alij serui sunt, alij dñi, alij neutrū: ex
cōnexis sumīt. ¶ Cōtingentia etiā diuisio-
ni conueniunt: ut musicoꝝ qdam literas
sciunt, qdam ignorant. ¶ Et pronūciata:
ut qdam hoīm laudati sunt, quidā uitupe-
rati, qdem silentio latent. ¶ Attulerit etiā
aliqd cōparatio, ut populares qdā infra
regē sunt opibus, aliq pares, nonnulli su-
periores. ¶ Et à similibus diuisionem ex-
pressérimus: ut alioꝝ uitæ ppositū, indu-
stria formicā imitatur, alioꝝ segnities si-
milis est muscis. ¶ Opposita & differētia
prorsus à diuidendi rōne abhorrent. Ne-
cesse est em̄, ut quicqd diuiditur, de ijs p̄-
dicetur in quæ diuisum est. Nihil autē de
his quæ repugnant sibi, prædicatur: quo
fit, ut ne diuidi qdem possit per ea quæ si
bi repugnāt. ¶ Nomē rei præterij, qm̄ pa-

Ex loco

Ex tpe

Ex cōnexis id est Relatis

Contingentia

Pronūciata

A simili

Per quos locos diuisio duci nō potsit.

Nomen rei

rum accõmodatũ credidi diuisioni. Quã-
quam fuerunt, qui facerẽt diuisionẽ eius
in res significatas, ut taurum diuiderent
in domesticum animal, & sidus, & mon-
tem. Quod qua ratione diuisionẽ appel-
lent non uideo, cum id uel ratio loquendi
coarguat. Nec eñ quisquam tam ineptus
sit, ut dicat: taurorum alius animal, alius si
dus, alius mons est. Similiter lõge minus
diuisio est rei in noĩa. Vt non patior, non
feram, non sinam. Nisi quis diuisionẽ etiã
putet esse, Anna soror, soror Anna. cum
hic quemadmodũ & illic, idẽ diuerso so-
no, quanq̃ non uerborũ, constructionis tñ,
repetat. ¶ Diducitur tñ unum, & in mul
ta explicatur. Diducitur quidem, sed nõ
ita, ut id diuisio uocari possit. Neq; enim
ignorãdum nobis est, posse tripliciter ali
quid quod unum sit, in plura diduci. Di-
uisione, quæ quõ fiat, diximus. Partitiõe,
quam mox dicemus. Et enumeratiõe. Ea
fit, quoties multa, quæ uni alicui insunt,
recensemus. ut cum dicimus, Cicero elo
quens fuit, & prudens, & uindex appeti-
tæ dñatiõis. & reliqua, quæ in immẽsum
extendi possunt, Certum est nõ diuidi in

Cauillum

Diluitio.

Enumeratiõ quãdo fiat.

ista Ciceronẽ, qm̃ Cicero indiuiduus est, nec partes etiam esse Ciceronis ista. Enumeratio ergo est multorꝫ, quæ ad unum aliquod rediguntur. Hoc pacto & multa unius uerbi significata, & unius rei noꝝa, non diuidendo diducimus, sed enumerãdo recensemus. ¶ Nonnulli arctis admodum finibus clauserunt totam hanc rationem diuidendi, ut omnẽ diuisionem quæ non fit per ea quæ in substantia sunt, dicerent, aut subiecti esse in accidentia, aut accidentis in subiecta, aut accidentis in accidentia. Libeꝫ est & suum cuiq; iudiciũ. Mihi uisum est quã copiosissime possem aperire rem istã, qm̃ usus eius late patet. Nec ignoro, posse eis quoꝫ aures nõ sint ꝭs audiendis imbutæ, uideri rem perplexiorem esse. quod tñ quamuis exigua animi intentio molliet, modo non pigeat tãtisper subsidium petere à cõmuni studiorum artifice labore. fructus certe laboꝫ, quod affirmare ausim, non pœnitebit.

Arcti fines diuidendi.

Nouæ rationis.

Labor subeundus cõmunis artifex.

¶ Scholia in caput septimum.

Diuisiõis utilitas.

PErquam utilis est enim diuidẽdi ratio.) Ad triait in primis cõducere diuisionem, ad planè cognoscendam rem eam quæ diuiditur, ad aptè diffiniẽdum, ad differẽdi orationisq; copiam. ¶ Diuisio igi

tur est generis in species.) A strictius capit nomen diuisionis quàm alij solent. Qua de re plura capite nono, quem locum legas oportet, modò hunc uelis plene intelligere. ¶ Placuitq; omnem diuisionem.) Treis affert causas, quamobrem non semper duabus inter se pugnaãtibus differentijs diuisio posit absolui. Primam, quòd nullius penè generis utraq; nobis differentia sit cognita, sed alteram negatione ferè exprimamus: alteram quòd in pleriſq; ne altera quidem illa, quæ affirmatione effertur, uera est differẽtia: postremã, quòd sæpe differentia inuenta, ignota adhuc est species: & rursum nota specie, differentia tamen manet incognita. ¶ Deinde cuius felicitatis est.) Raræ, inquit, & maximæ cuiusdã felicitatis est, si uel prior illa quam affirmatione exprimimus, uera sit differentia, propterea quod uel paucas uel nullas potius ueras esse constat, tantum abest, ut cognitam habeamus utranq;. Sic Cicero ni Antonium: Et quidẽ cuius temperantiæ fuit, de M. Antonio querentem, abstinere maledicto? ¶ Vt arborum aliæ.) Plinius libri decimisexti capite trigesimotertio: Arbores, inquit, quas naturæ debeamus, tribus modis nascũtur, sponte, semine, aut ab radice. ¶ Animalium aliud mansuetum.) Aristoteles nono libro de animalibus. ¶ Aliud fœtum, aliud ouũ.) De animalibus libro primo. ¶ Aliud terra, aliud mari degit.) Rursum primo libro de natura animalium. ¶ Nomen rei præterij.) Hanc hodie uocant diuisionem uocis in significata, cuius sententiæ autorem laudant Boethium. Eius ego hac de

re uerba subieci. Est enim, inquit, diuisio generis in species, est rursus diuisio, cum totum in proprias diuiditur partes: est alia, cum uox significans multa, in significationes proprias recipit sectionẽ. Ex his tribus diducendi generibus, Rodolphus solum primum illud diuisionem appellat, alterum partitionem, enumerationem tertium. Georgius Trapezuntius postremum hoc distinctionem uocat, reliqua duo ijsdem nominibus quibus Rodolphus. ¶ Non patiar, non feram, nõ sinam.) Verba sunt Ciceronis in Catilinam. ¶ Anna soror.) Dido apud Vergilium: Anna soror, quæ me suspensam insomnia terrẽt? ¶ Partitione quã mox dicemus.) Capite nono.

¶ Quid Aristoteles proprij nomine designauerit. Quot eius acceptiones enumerarit Porphyrius, Et quomodo hic eius nomine utendum.

Caput VIII.

Ab Arist. proprij noïe comprehendi & differentiam.

ARistoteles proprium uocauit, quicquid omni & soli ineſſet & semp. Vt sit homini proprium, natum esse ridere. Omni enim ineſt homini, & soli ineſt, & semp homo natus est ridere. Diuisitq; in definitionem, & id quod cõi noïe (qm̃ aliud non suppetebat) propriũ dixit. Eodemq; proprij noïe cõplexus est differẽtiã. Sane differentia, quod ipsum nomen præ se fert, dicetur cõmodius, quoties generi quod diuidit comparatur, Rationa-

li em̃ & irrationali, animal ab aĩali differt. Aut quoties ſpecies cui definiendæ adhibetur, reliquis confertur ſpeciebus ab illa differẽtib⁹. Suæ em̃ ſpeciei cõparata, cuius ſubſtantiæ pars eſt, rectius propriũ dicitur, q̃ differentia. Nec ego iſtud ſic accipi uelim, tanq̃ idem putem eſſe differenti am, & id quod propriam paſſionẽ (quæ quid ſit, & quo pacto à differẽtia diſtet, p ſequi non noſtri eſt inſtituti, nec em̃ ſatis de eo conuenit oĩbus) ſed ut oſtendã placere mihi, in præſentia dici propriũ, quo pacto Ariſtoteles uoluit, quicquid de eo cui id propriũ eſſe uolumus, conuerſim dicitur. ut quemadmodũ dico, omnis homo eſt capax diſciplinæ, ſic dicam, omne capax diſciplinæ eſt homo: & ſicut omnis uirtus eſt expetenda, ſic, omne expetendũ eſt uirtus. ¶ Porphyrius in Iſagoge, quadrupliciter dixit propriũ dici. Quãdoq; em̃ quod ſoli ineſt & nõ omni, ut nautam eſſe uel muſicum homini. nihil enim præter hoĩem dici poteſt nauta uel muſicus. nec omnis tñ homo nauta uel muſicus dicitur. Quandoq; quod ineſt omni & non ſoli, ut uiuere omni ineſt homini, ſed nõ

Propriũ quadrifariã dici ſecũdũ Porphyrium.

soli, nam & omnia aialia & plantæ uiue-
re dicũtur. Tertio, quod ineſt omni, soli,
ſed non ſemper. ut calueſcere homini, qđ
nõ niſi ſenio cõtingit. Quarto, quod omi,
soli, & ſemp ineſt, ut erudibilem eſſe ho-
mini. de ſolo eñ & de omni & ſemp dici
tur. idq; uere eſt & exacte proprium, quo
modo & nos hoc loco accipi propriũ uo
lumus. ¶ Quoniã autẽ (ut prædiximus)
in reddenda ſua cuiq; rei differentia labo
ramus, propriam fere paſſionẽ, quã uul-
go proprij ſignificamus noſe, qm̃ differẽ
tiæ nomẽ uſus à proprio ſecreuit, eam in
locum differentiæ ſubdimus. & eã quoq;
ſi pro arbitrio & ubicũq; res poſceret, pa
ratam & ad manũ haberemus, eſſet qua-
lecunq; quidem, ſed aliquid tñ. minus eñ
in definiendis diſtinguendisq; fluctuare-
mus rebus. Nunc pro differẽtia ponim⁹
proprium, neq; id unum, aut ſatis firmũ,
aut certum, ſed ſæpe ex multis collectũ,
& tum quoq; ambiguum, & anceps. No
tum eſt quid Platoni acciderit, qui cũ di-
ligenter hoīs proprium reddidiſſe uide-
retur, bipedem eſſe & implumem, & de
finiret hoīem eſſe animal bipes & implu

me, Diogenes Cynicus gallinaceum, cui dempserat plumas, in auditorium illius proiiciens: hic est, inquit, homo Platonis. Ergo (ut dicimus) nobis proprium cui hunc locū tribuimus, sit illud, quod quarta huius notis significatiõe Porphyrius posuit. Idq; siue differentia sit, siue passio, uel suis posita notibus, uel dicēdi circuitu explicata, non multum refert. Reliqua, quæ alijs proprij modis comprehēsa sunt, inter adiacentia aut actus numerabuntur. *Insulsus Diogenis in Platonē iocus.*

¶Scholia in caput octauum.

EOdemq; proprij nomine complexus est & differentiam.) Mirum uideri possit, quo modo dicat Rodolphus, differentiam proprij nomine ab Aristotele comprehensam fuisse, cum ille generi eam adiungendam esse confirmet. Verba eius hæc sunt: πᾶσα δὲ πρότασις ἢ πᾶν πρόβλημα, ἢ γένος, ἢ ἴδιον, ἢ συμβεβηκός δηλοῖ. καὶ γὰρ τὴν διαφορὰν ὡς οὖσαν γενικὴν, ὁμοῦ τῷ γένει ταπτέον. Omnis, inquit, propositio atq; omne problema, aut genus, aut proprium, aut accidens indicat. Etenim differentia, generalis cum sit, cum genere collocari debebit. Non me clam est, esse qui dicant Aristotelē de ea modo differētia loqui, quā nostri isti uocant generica. qui fortasse dicerent aliquid, si apud Aristotelem scriptū sic foret: ἡ δὲ διαφορὰ τὸ γενικὸν, ὁμοῦ τῷ γένει ταπτέον, ut repetitus articulus secer- *Differentia aniunganda sit proprio.* *genera differentia ſimul collocanda.*

neret hanc ab ea quã ſpecificam nominant. Nunc illud, propius ad rem noſtram ὡς ὄυσαν, plane indicat, nullam diſtinctionẽ ſubeſſe in uerbis eius. Quanquam illud interim uideo à quibuſdam uerti in dubium, ſit ne differentia ulla, quæ cum ſpecie infima conuertatur. Sãne Boethius hac in re uarius eſt, ut qui in Iſagogen Porphyrianam ſcribẽs, aiat differentiã nunquã de una ſola ſpecie prædicari: contra in categorijs Ariſtotelicis, dicat quaſdam eſſe differentias, quæ nõ niſi de una ſola ſpecie prædicentur: quod aũt in definitione differentiæ dicitur, prædicari eam de pluribus differentibus ſpecie, id non ita accipiendũ eſſe, quaſi ſemp fiat, ſed quòd frequẽtius. Mihi poſterior hæc ſentẽtia magis arridet, quã & natura ipſa rerum ueriorẽ eſſe conuincit. Etenim ſi genus unũquodq; in ſpẽs per differẽtias diuiditur, qs nõ uideat differẽtias generis eius, quod proximũ infimæ ſpeciei eſt, cũ ſua quanq; ſpecie oportere cõuerti? Sed hæc παράδοξα. Illud propius ad rem noſtram. Si Ariſtoteles eo quẽ citauimus loco, de generali tantũ differẽtia locutus eſt, cui igitur prædicato ſubijciemus eam, quæ ſpecifica dicitur? Alexãder Aphrodiſieus, In commẽtarijs quos edidit in Topica Ariſtotelis. Quare, inquit, differentia generica dicitur? Quia in ſubſtantia eius eſt de quo prædicatur, quemadmodũ & genus: & quòd ambo implẽt ac perficiũt eſſentiã uniuſcuiuſq; eorum quorũ ſunt propria: tum etiam quòd in pluribus ineſt & ipſa, & de pluribus ſpecie differentibus prædicatur: neq; enim aliud quicq; in-

tereſt inter genus & differẽtiam, niſi quòd differentia non prædicatur in quid eſt. Hactenus ille. Ex his utiq; duæ illæ rationes quæ primo ponuntur loco, de quauis differentia intelligi poſſunt. Tertiã eo intellectu ego accipio, quo Boethius differentiæ finitionẽ, quod ſi recipiatur, nihil obſtabit, quo minus de omni differẽtia intelligẽda ſint uerba Ariſtotelis. Sed quid hæc ad Rodolphum, qui nõ generi, ſed proprio differentiã ait iunctam eſſe ab Ariſtotele? Quid dicemus? An hoc fortaſſis, quod continuo ipſe, quanquã aliud agens, ſubiungit, duobus modis differentiã cõparari poſſe? primũ generi, atq; hac rõne proprie dici differentiã, & cũ genere coniungendã eſſe. Deinde ſpeciei ſuæ, quã cum genere ſumpta cõſtituit: quo pacto non tã differẽtiam q̃ proprium appellari debere, ac proinde proprij quoq; appellatione comprehenſam. Cui ſententiæ ſuffragatur & ratio. Nã autore Ariſtotele ipſo, quicquid conuerſim de re prædicatur, id aut definitio eſt, aut proprium: differentia conuerſim prædicatur de ſua ſpecie, & definitio ei⁹ nõ eſt, erit itaq; proprium. Fabius tamen Quintilianus libro quinto, eam modo differẽtiam appellat, quæ cum re non cõuertitur: quæ autem conuertuntur, ea propria uocat. ¶Vt caluescere homini.) Ariſtoteles quinto libro de generatione animalium, ſolos uiros ſcribit caluescere, non etiam fœminas. ¶Hic eſt, inquit, homo Platonicus.) Ridet Platonem Cynicus, magis ipſe ridendus. Neq; enim à Platone implume animal dicitur, quod utcunq; plumis nudatum eſt, ſed cui na

Tertia ſententia ſed maxima

defenſio Platonis

Hõ quæ ratione à Platõe implume animal dicat

tura plumas non dedit.

¶Genus & ſpecies quomodo cum toto & partibus conueniant, quomodo rurſum diſtent. Quæ diſcrimina partium. Quid materia. Quid forma.

Caput IX.

Quõ conueniãt, & quo rurſum modo diſcrepẽt genꝰ et totum, ſpecies & partes.

TOtum & partes ſequuntur, quorum nonnunq̃ cum genere & ſpecie confunduntur noſa, ut genus totum, ſpecies partes uocemus: & diuiſionem partitionemq; inuicem alterã pro altera accipiamus. Sed iam quid inter res interſit quærenti, etiam ipſa diſtinguenda ſunt noſa. Et ſimile fortaſſe quiddã habent, q̃ quẽadmodum genus ſpecies ſuas cõprehendit, ita totum intra ſe partes ſuas complectitur. Sed hoc differũt, q̃ quemadmodũ genus ad conſtituendã ſingularẽ ſpecierũ ſubſtantiã adſit oportet, ſic totũ nõ ſingularẽ partiũ ſubſtantiã conſtituit. Pleræq; em̃, ut interierit totum, permanere tamẽ poſſunt. Et contra, quemadmodũ ad conficiendam totius ſubſtãtiam, unamquãq; partium eſt adhiberi neceſſe: ſic ad explẽdam generis ſubſtãtiam, non utiq; unamquanq; ſpeciem adeſſe, natura illius exposcit. Præter hoc quoq;, genus de ſpecieb⁹ ſuis affirmatur, totũ de partib⁹ nequaq̃,

Quanq̃ eñ & carnis partes, carnem: & lignī, liguum esse dicamus, non tñ uel ea caro, uel id lignum sunt, cuius sunt partes. Acute itaq;, ut omnia, & breuiter Quintilian⁹ ista distinxit, ita definiēs: Diuisio est plurium rer̃ in singulas: partitio, singularum in partes discretio. ¶ Partium autē & proinde totius etiam nō una est ratio. Quædam pertinēt ad substantiā. Quædā ex quantitate nomen habent. Quædā uirtutis sunt atq; efficaciæ cuiusdam. Substātiæ sunt, ut paries dom⁹ est pars, ligna nauis. Quātitatis, ut in ijs quæ extensa sunt, pedale, bipedale, tripedale. dicimus eñ decempedalis rei partes. & in tēpore, præteritum, instans, futur̃. & in numeris, denarij̃ sunt partes, unum, duo, tria, quatuor. Virtutis autem sunt partes, quemadmodū dicimus plus roboris Achilli fuisse q̃ Aiaci, & duplo plus luminis soli esse q̃ lunæ. Sic quoq; animæ quatuor partes facimus, uiuificandi, sentiendi, mouendi, & intelligendi. Eæ uero quæ substantiæ sunt partes, aliæ de proximo substantiam cōstituunt, ut sunt materia & forma, qualia sunt in hoīe corp⁹ & animus, in arbo-

Cauillum

Partiū diuisio I.

Partes animæ

Subā partes de proximo cōstituunt substantiam

BIBLIOT. UNIWERSYT. W POZNANIU

re uita & lignum. quarę huiusmodi conditio est, ut si qua partium desit, non esse res, nō tueri nomen suum possit. Aliæ ad integritatem rei explēdam ptinent, quarum nonnullæ deesse rei queant, ut nō intercidat, ut pedes, manus, caput, hominis sunt partes. nam pedes aut manus deesse homini possunt, ut quanq̄ uel mutilus uel mancus, homo tñ sit & dicatur. Atque eæ quidē, ut breuiter dicatur, constitutæ rei sunt partes, illæ cōstituendæ. ¶ Est & alia quædam partiū differentia, q̄ hæ quidē eiusdem sunt generis, quas ὁμογενῆς græci uocāt, nos cognatas dicere possumus, Vt partes ligni omnes sunt lignum, partes lapidis lapis. Hæ rursus, ἑτερογενῆς, hoc est (ut ita dicamus) multigenæ, quæ non in idem genus ueniunt. ut partes domus, ligna & lapides, non sunt domus. partes hoīs, carnes, nerui, ossa, quæq̄ sunt istis similes, non sunt homo. ¶ Sed materia & forma. quia hæ uel maximè omniū præcipuæ sunt partes, exactius explicare ad physicum ptinuerit. nos satis habebimus qm̄ crebro per os redit mentio earę, quō cunq̄ datur, pingui (quod aiunt) Miner-

Partes Homogenes

Ἑτερογενῆς multigenæ.

Pingui Minerua

ua ipſas indicare. ¶ Materia ergo eſt ſubiectum ex quo aliquid generatur primũ, & in quod corrumpitur ultimum. Itaq; ipſa nec gñari poteſt, nec corrumpi. Forma eſt modus quidã materiæ, quo ſibi cõtingit, ut huius uel illius ſpeciei capiat nomen. Volenti igitur ſcire cuiuſmodi res ſit materia, hoc pacto proximũ fuerit rimari. Demus in exemplum hominẽ. Semoueamus intellectu aĩam. Facile id quidem eſt, quod quotidianæ nos mortis cõſpect⁹ docet. Difficiliora ſunt quæ ſequũtur. Separem⁹ tñ intellectu oẽm colorẽ, deinde oẽm habitudinẽ corporis, ut eſt calor, frigus, durꝫ, molle, & reliqua id genus. Deinde figuram, ut ꝙ diductos habeat pedes, ꝙ diſtentus in brachia eſt, ꝙ in caput erectus. Poſtremo omnem magnitudinis modũ mẽſuramq; demamus. Id quod iã reliqui habemus, materia eſt. ¶ Dices fortaſſe, nihil uideo relictum, neque tale quicquam cõcipere poſſum animo, quod omnibus iſtis priuatum ſit. Dabo ut concipi poſſit. Eſt uideri in monumentis operoſius extructis, in quibus cõditum ſit corpus aliquod, tandem tempo

Materia quid ſit.

Forma quid.

quæ ſit materia prima quæ ſola rimatur.

ris diuturnitate nihil p̃ter puluerem terram̃q; remanere. & hoc idem quod homo fuit (ut loquimur) terra est. Certũq; est quiddam ibi esse, quod ante humanitatis habuit in se speciem. idq; ipsum terræ iam faciem habere, & posse ipsum postea quandoq;, uel igne excoctum in lapidem durescere, uel in herbas excultum uiresce re, uel aliam quamuis naturæ formam accipere. Vides item non colorem, nõ figuram, non ullam habitudinem corporis, quæ conspici tangive possit, eandem, quam prius esse. Ergo perpetuum illud, qđ prius homo, postea terra est, in aperto est, nihil esse eorũ quæ tãgi cernive possunt, cum hoc manserit, illa cuncta interciderint. Solidum ita q; illud & omnibus iactationibus permutationibusq; rerum naturæ expositum, ipsum immutatũ, est materia uera illa & quam primã uocant. Quòd uero carnem & ossa, hoïs uocamus materiam, & lapides atq; ligna, domus, similitudine quadã dicimus. ¶ At forma est in hoc assumpto corpore, quẽadmodum cum homo fuit, anima (ex ea em̃ habuit, q; homo erat) ita iam cum mutatũ

est in terrã, id à quo habet ꝙ terra est. Sic & si deinde solidetur in lapidem, id quo lapis est. si in aquã diluatur, id quo aqua erit, erit & forma ipsius. Cerni ista nõ possunt, concipi tñ posse, non quidem qualia sunt, sed ꝙ aliquid sint, in prospectu est: & materiam semp manere, formam uero aliam alia fluctuũ in morem continẽter propelli, & nouam ab ipsa rebus subinde faciẽ afferri. ¶ Dicitur & aliter materia, id quod negocio alicui propositum est, circa quod elaboret: ut materiam infamiæ dicimus impudicitiam, sic & uirtutem materiam laudis: & curaꝝ materiam, & libri, & studioꝝ dicimus. Sed nos quoq; ne nimis longo materiæ tractatu, fastidio materiã præbeamus, pergamus ad reliqua.

¶ Scholia in caput nonum.

Totum & partes sequuntur.) Quo & hunc locum & superiorem illum de specie planius intelligamus, asscribenda uidẽtur uerba Ciceronis in topicis. Ea sic habent: Partitionum autem & diuisionum genus quale esset ostendimus. Sed quid inter se differant, planius dicendum est. In partitione quasi membra sunt: ut, corpus caput, humeri, manꝰ, latera, crura, pedes, & cætera. In diuisiõe formæ, quas græ

Quid interſit inter diuiſionẽ & partitionem.

Spẽs seu forma.

ciẽs uocant, nostri, si qui forte hæc tractant, spẽcies appellant, non peßimè id quidem, sed inutiliter, ad mutandos casus in dicendo. Nolim enim, ne si latinè qdẽ dici poßit, specierũ & spẽbus dicere: & sæpe his casibus utendum est. at formis & formarũ uelim. Cum autem utroq; uerbo idem significetur, commoditatem in dicendo non arbitror negligẽdam. Et in eodẽ rursus libro: Formas q putat idem esse quod partes, confundit artem & similitudine quadam cõturbat, & non satis acutè, quæ sunt secernenda, distinguit. Hæc in topicis. Verum is ipse, qui hic tam solicitè formas secernit ã partibus, in libris de oratore ipsas formas seu species, partes appellat. ¶ Acutè itaq;.) Quintilianus libro septimo: Sit igitur, inquit, ut supra significaui, Diuisio rerum plurium in singulas, partitio singularum in partes discretus ordo, & recta quædam collocatio, prioribus sequentia annectens. Et superius libro quinto de Cicerone loquens: Diuisione autem adiuuari, inquit, finitionem docet, eãq; differre à partitione, quòd hæc sit totius in partes, illa generis in formas. ¶ Et in tempore.) Instans, præteritum & futurum, mihi ad substantiam temporis magis quàm ad quantitatem pertinere uidentur. ¶ Materia est subiectũ.) Sic in physicis Aristoteles.

Specierũ, ſpeciebus

Inter formas & partes quid interſit.

verba fabij

Forma.

¶ Forma est.) Oppidò quàm eleganter formam definit. Vt autem satis fiat & rudioribus, explicationis causa truncus ille ficulnus apud Horatium in exemplum sumatur. Is ergo truncus, quandiu rude & inutile erat lignum, neq; scamni neq; Priapi nomen hã

Olim trũcus eram ficulnus.

Satyra 8.

bebat, erat tamen utriusuis harum appellationū capax. Vnde ergo, ut Priapus postea diceretur, non scamnum? nimirum ex delineatiōe illa quam à fabro acceperat. Atque hæc delineatio, hæc expolitio, hic modus, ita à fabro ei trūco additus, forma illius Priapi erat. Eundē in modum, sutor ex eodem corio, uel peronem, uel sandalium, uel cothurnum potest efficere. Quod itaq; ad materiam, hoc est, ad corium attinet, nullum ei horum nominum competit, potest autē unumquoduis cōpetere. Qui ergo fit, ut postea opere perfecto, unius tantum, non etiam reliquorum nomen accipiat? Mirum ni ex figura ac modo eo, quem addidit ei corio sutor: atq; hic iam modus, uel peronis, uel cothurni, uel sandalij forma dicetur. Itidem res habet in naturalibus. Quod lignū est, fit carbo, fit deinde cinis. Materia eadem, forma diuersa: quā & nomina diuersa sequūtur. Vides ergo, opinor, formam esse, à qua res habet, uti huius aut illius speciei nomen accipiat. ¶Quod uerò carnem.) Caro, ossa, lapides, ligna, ferrum, aurum, argētum, propriè an similitudine quadam materiæ nomē sortiantur, id iam non disputo. Hoc scio, usitati esse genus sermonis, ut argenteæ patinæ materiam dicamus esse argentum: aureæ, aurum: stāneæ, stannum: atq; item in cæteris. Et quod ad inuentionem pertinet argumentorū, pro bè in hæc omnia materiæ uocabulum competit: quocirca hoc certè loco, quæcunq; eius generis sunt, ea hoc nomine non inepte significari possunt. ¶At forma est.) Quemadmodū hominis, inquit, forma est aut

De Erudito fabulo Horatiano.

Materiæ nomen quibus competat.

ma, qppe à qua habet ut homo esse dicatur: ita in hoc assumpto corpore, in puluere inquã hoc, in quẽ trãsmutatum iam est corpus humanum, forma esse dicetur id à quo habet, q̃ aut terra aut puluis est. Quòd si contingat eundem hunc puluerem solidari in lapidem, iam priori rursum forma abiecta, illud eius materiæ forma esse dicetur, cuius aduentu lapidis nomen acceperit.

Cõiugata unde habeant nomina.

¶ De coniugatis & eorum usu. Caput X.

LOcorum qui in substantia sunt, postremus sunt coniugata, quæ nomẽ istud acceperunt, q̃ ipsa uocis similitudine sub unũ sunt iugũ deuincta, ut est sub sapientia sapiens & sapere, & sub iustitia iust⁹ & iusta. Aristoteles istis addidit quæ

Casus & cõiugata quo distinguantur.

casus uocauit. Vt sint uerbi causa, cõiugata ea, quæ cum eo conferuntur, ex quo primũ denoiantur, quemadmodũ diximus.

Aiũt qdã exemplar manu Rodolphi scriptum habere hoc modo: inter se componuntur.

Casus uero ea, quæ à primo illo deciden tia deriuataq̃, * cũm eo ipso cõponunt, ut sapiens & sapienter, iustusq̃ & iuste, fortis fortiter. Nos Ciceronem secuti, qñ tenui admodum limite discreta sunt ista, coniugata in cõe dicemus: quod nõ incõmode fieri posse, Aristoteles ipse etiã uidetur sensisse. ¶ Sunt aũt nonnulla, quoꝝ coniugata facilius in re intelligas, q̃ inue

nias in nomine: ut uirtutis, ut officij, ut somni. quemadmodũ em̃ à calore calidum, & ab industria industriũ dicimus: & in quocunq; calor est, & industria, hunc calidum & industrium uocamus: sic à uirtute quod deducas nomen non facile sit inuenire. nanq; ut á somno somniculosum, & ab officio officiosum, sic à uirtute uirtuosum dici, latinè loquẽdi ratio fortasse non permiserit. Vtq; etiam ita loquare, non tñ conueniũt noĩa ista nostro institu to. nec em̃ in quocunq; somnus est, somniculosum: nec qui officiũ quoduis faciat, officiosum: nec uirtuosum dixeris, q unã aliquam habet uirtutẽ. itaq; quod ad argumenti inueniẽdi rõnem pertinet, quæ rendũ in talibus est nomẽ, quod non idẽ sonet, sed idem significet. & à uirtute quidem uoces probũ, à somno dormientẽ, ab officio industrium. ¶ Sane loci istius non tam creber est ad argumentandum, q̃ aliorũ plerornuq; usus. qñ em̃ à proximo distant coniugata, & non re modo, sed noĩe plerunq; arctissime iunguntur, ex æquo fere uel nota sunt utraque uel ignota, Fitq;, ut frustra altero coniugato

Non ita crebrum huius loci eẽ usũ, sed ob id tamẽ non esse negligendum.

coneris aduersus eum, qui alterꝝ auerset: aut quisquis alterꝝ det, de altero non dubitet. Qui em̃ negat, quisquis bonus uir est, eum felicem esse: difficulter illi persuaseris hac uia, quòd in bonitate sit posita felicitas. tantũdem em̃ laboris in utrouis horum sibi approbando sumes: aut quantũ assentiatur huic parti, consistere in bonitate felicitatem, tm̃ etiam eadẽ opera de eo, qꝑ omnis uir bonus felix sit, contentionis remittat. Vbi tñ res dederit ut eo uti possimus, non negligendus erit. Quandoque em̃ acumínis, quandoqꝫ uirium multum, quandoqꝫ utrunqꝫ habebit. Eleganter itaqꝫ apud Terentiũ est, Homo sum, humani níhil alienum à me puto. Inspicendus ergo locus & pertractãdus est. Aliqd forte uel se ex ipso, uel quod ad alios locos ptineat, dabit: & quod in altero cõiugatoꝝ quærentes non inueniſſemus, illius in altero nos admonebit. Vt qui potẽtiæ uel bona uel mala, uel si q̃ alia insunt, perquirere uolet, facilius in noĩe potentium & magis ad manum posita consequetur, eoꝝ cum pericula, cautionem, beneuolentiam, inuidiam, uirtutes, scelera, ho

nestos fœdosq; exitus, aliaq; huius condi tionis in utranq; partem spectauerit. Ad definiendum quoque nõnihil profuerit. Apertius em̃ utcunq; ex sapiẽtis persona & actionibus officijsq; peruideas & eruas, quid sit sapientia, q̃ ex ipso sapiẽtiæ no mine. Sic & amicitia quid sit, ex amicis. & anima quid sit, ex animatis. & cõtra eti am, si qua uia altera horũ cognata tibi fuerint, facile ad altera definienda regredia re. Eorũ autem argumentorũ, quæ exem pla uocãt rhetores, nonnulloꝝ uis ex hoc pendet loco. Nam cum dicat quis, uirtutem sufficere ad tuẽdam felicitatem, idq; probet, quod in paupertate Curij, in exilio Rutilius, in tormentis Regulus, miseri non fuerint, ista solũ ex eo capiunt uim docendi, q; in omnibus ijs uirtus fuerit, quodq; uiri boni sint habiti. sic si quis regnare malum esse confirmet, doceatq; ex itu Cyri, Cambysis, Alexãdri, Pyrrhi, in promptu est uidere, hic à regnandi nomine, ad reges orationem esse deflexam.

Coniugata ad definiendum ualent.

Exẽplorũ uis ex cõiugatis.

¶ Scholia in caput decimum.

Locorũ q *in substantia sunt, postremus, sunt cõiugata.*) Boethius topicarum differentiarum

libro secũdo: Casus, inquit, est alicuius nominis principalis inflexio in aduerbiũ, ut à iustitia inflectitur iustè. Casus igitur à iustitia id quod dicim⁹ iustè. Cõiugata uerò dicuntur, quæ ab eodẽ diuerso modo deducta fluxerunt: ut à iustitia iustum, iustus. Hæc igitur inter se & cum ipsa iustitia coniugata dicuntur. Aristotelis disputatio de coniugatis, etsi obscurissima est, tamen huc spectare mihi uidetur: ut quæcunque ab uno aliquo principali nomine fluunt, ea omnia unà cum nomine illo principali cõiugata dicantur: ut sapientia, sapiens, sapere, sapienter. Casus uerò, sola ea dicũtur aduerbia, quæ à nomine aliquo principali descendunt: ut à fortitudine fortiter, à prudentia prudenter. Et quia locus Rodolphi, quo Aristotelis sententiam recenset, mihi uidetur corruptior, nõ inutile fuerit opinor, si ipsa Aristotelis uerba huc asscribamus. Ea 2. topicorũ libro sic habent: Λέγετῃ δὲ σύσοιχα μὴ τοιάδε, ὅιομ τὰ δίκαια ἢ ὁ δίκαιος τῇ δικαιοσύνῃ, ἢ τὰ ἀνδρεῖα ἢ ὁ ἀνδρεῖος τῇ ἀνδρείᾳ. Ομοίως δὲ ἢ τὰ ποιητικὰ ἢ φυλακτικὰ σύσοιχα ἐκείνῳ ὄζιμ, ὧμ ὀζὶ φυλακτικὰ ἢ ποιητικὰ, ὅιομ τὰ ὑγιεινὰ, ὑγιείας, ἢ τὰ εὐεκτικὰ, εὐεξίας. τὸμ αὐτὸ ὃ τρόπομ ἢ ἐπὶ τῶν ἄλλωμ. Σύσοιχα μὴ ὄυμ τὰ τοιαῦτα εἴωθε λέγεσθαι. Πτώσεις δὲ, ὅιομ τὸ δικαίως, ἢ ἀνδρείως, ἢ ὑγιεινῶς, ἢ εὐεκτικῶς, & ὅσα τοῦτομ τὸμ τρόπομ λέγετῃ. Δοκεῖ δὲ ἢ τὰ κατὰ τὰς πτώσεις σύσοιχα εἶναι, ὅιομ τὸ μὴ δικαίως τῇ δικαιοσύνῃ, τὸ ἀν-

ἀρετῆς τὴν ἀνδρείαν. Σύνοικα δὲ λέγεται τὰ κατὰ τὴν αὐτὴν συνοικίαν ἅπαντα, οἷον δικαιοσύνη, δίκαιος, δικαίως. Hoc est: Coniugata porro eiusmodi quædam dicuntur, ut si iusta & iustus coniugata esse dicantur iustitiæ, fortia autem & fortis fortitudini. Itidē uerò & quæ uim habent efficiēdæ aut conseruandæ rei cuiuspiam, cōiugata sunt rerum earum, quas uel cōseruare uel efficere possunt. quo modo ea, quæ sanitatem efficiunt aut cōseruāt, coniugata sunt sanitatis: & quæ bonum corporis habitum, illius ipsius habitus cōiugata dicuntur. in aliisq; eodem modo. quare coniugata quidem eiusmodi dici solent. Casus autē, ut iustè, fortiter, salubriter, euectiuè, & quæcunq; ad eundem dicūtur modum. Quanquam & casus ipsi coniugata esse uidentur, ut iustè ad iustitiam, ad fortitudinem fortiter. siquidē coniugata dicuntur omnia ea, quæcunq; sub eandem coniugationem cadunt: ut iustitia, iustus, iustum, iustè. ¶Nos Ciceronem secuti.) Is in topicis scribit hoc modo: Coniugata dicuntur, quæ sunt ex uerbis generis eiusdem. Eiusdem autem generis uerba sunt quæ orta ab uno, uariè commutantur. ut sapiens, sapienter, sapientia. Hæc uerborum coniugatio συζυγία dicitur. ex qua huiusmodi est argumentum, Si compascuus ager est, ius est compascere. ¶Sunt autē non nulla.) Ait eiusmodi quoddam discrimen esse cōiugatorum, quale nostri hodie dialectici afferūt inter ea, quæ dicuntur denominatiua: quorum alia significa- ἕνεκτικῶς.

tione sola, alia sola uoce, alia tam uoce quàm significatione, denoiatiua uocãt. ¶Sanè loci istius.) Quàm rarus sit usus loci huius, facilè perspici potest ex uerbis Quintiliani, apud quem quinto institutionum libro sic legis: His illud adijcere ridiculum putarem, nisi eo Cicero uteretur, quod cõiugatum uocant. Vt eos qui rem iustam faciãt, iustè facere: quod certà nõ eget probatione. ¶Vbi tamen res dederit, ut eo uti poßimus.) Sic Cicero eo usus ẽ quinto li. de finibus:

A miser fortasse legẽdum apud Ciceronem.

Paupertas si malum est, mendicus non malus esse non potest, quamuis sit sapiẽs. Rursus: Dolere malũ: in cruce qui angitur, beatus esse non potest. Et secundo de oratore: Si pietati summa tribuenda laus est, debetis moueri, cum Q. Metellum tam piè lugere uideatis. Ibidem: Lucilij pecus hoc nõ est, sed liberum: quà enim libet, pascitur. Quãquam postremum hoc non ineptè duci uideatur à nomine. ¶Eorum autem argumentorum.) De his Fabius libro quinto capite undecimo. ¶In paupertate Curius.) Alludit ad locũ

Seneca.

Senecæ in libro de prouidentia, ubi de fortuna ille loquens: Contumacißimum quenq; (inquit) & rectißimum aggreditur, aduersus quem suam uim intẽdat: ignemq; experitur in Mutio, paupertatem in Fabricio, exilium in Rutilio, tormenta in Regulo &c. De

Paupertas Curij

paupertate M. Curij lege Valerium Maximum, libro

Rutilius.

quarto capite tertio. ¶In exilio Rutilij.) Hic etsi uirerat innocentiæ summæ, tamen cum à publicanorum iniuria Asiam defendisset, inuisus equestri ordini, penes quem tum iudicia erant, Smyrnam in exilium

missus est. Vnde cũ reuocaretur postea à uictore Sylla, maluit in exilio innocens mori, quàm eò unde iniquè electus erat reuerti. Meminit eius rei præter alios Cicero lib. de oratore primo, & tertio li. de natura deorum. Item Fabius Quintilianus libro undecimo. & in epitome Liuiana L. Florus. ¶In tormentis Regulus. Regulus.) Hæc historia elegãtißimè explicatur apud Gellium, libri sexti capite quarto. ¶Cyri.) Hunc quo modo Sarmatæ uicerint occiderintq;, & caput eius regina Thomiris in utrem humano sanguine plenũ immerserit, primo historiarum libro narrat Herodotus. ¶Cambysis.) Hic quemadmodum regno à magis occupato, Acbatanis Syriæ urbe decesserit, idem Herodotus refert libro quarto. ¶Alexandri.) Hunc post euersum regnum Persarum, Babylone diem extremum obijsse scribunt historiographi. Fuerũt qui tradiderint Aristotelem Antipatro id consilium dedisse, ut Alexandrum ueneno de medio tolleret: idq; uenenũ fuisse Aristotelis ingenio dignũ, nempe aquã quãdam gelidißimam ex Nonacriæ petra sudantẽ: quæ præ nimio frigore, nulla alia re, q̃ equina ungula potuerit contineri. Sed de his plura apud Plutarchum. ¶Pyrrhi.) Is Argiuorum urbem incautius cũ exercitu ingressus, cũ recipere sese in castra uellet, muliercula quædam superiori è loco tegulam capiti eius ita impegit, ut tenebris ante oculos obortis ex equo delaberetur: cõtinuoq; à milite quodam Antigoni, cui Zophyro nomen erat, occisus est. autor Plutarchus.

Regulus.

Cyrus.

Cãbyses.

Alexãder

Pyrrhus.

DE LOCIS IIS QVI CIRca *ſubſtantiam rei eſſe dicuntur.*

¶ Quid adiacens, quæ adiacentium diuerſitas, quæ quibus maxime inſint rebus. Cap. XI.

Adiacentia.

CIrca ſubſtantiam diximus eſſe adiacentia & actus. Adiacens uocamus modum rei inexiſtentem, quo aliquid aliud, q̃ ſecundum ſubſtantiæ ſuæ denoſatione uocatur. Vt prudẽtia eſt motus q̃dam hoīs. cum eñ interroges, cuiuſmodi uir ſit Cato: rectè reſpõdeas, prudens. Itaq; capit ex prudẽtia nomẽ aliud quoddam, q̃ ſubſtantiæ ſuæ. neq; enim Cato à ſubſtantia ſua prudens, ſed homo uocatur.

Adiacentium diuiſio prima

¶ Multiplex eſt hic locus, uarioſq; flexus habet. In ſumma qdem oīa, quæ adiacẽt rebus, aut ſenſibus cõprehenduñ aut cognoſcuñ intellectu. Senſu cõprehẽdũtur, primũ cõia illa pluriũ ſenſuũ. Multitudo. i. numeri oẽs. Magnitudo, quæ tribus in rebus poſita eſt, in longitudine, latitudine & craſſitudine. Figura, cuiuſmodi eſt planũ, iniquũ, rectũ, curuũ, triangulũ, quadrangulũ, circulare, & reliqua id genus. Cõprehendit & motus: ſed hic alterius loci eſt, ad actus enim ptinet. Deinde

Quæ percipiantur ſenſu.

quæ singulorꝝ sensuũ sunt ꝓpria, ut uisus lucidũ, obscurũ, pspicuũ, opacũ, coloratũ: auditus, sonꝰ: gustus, saporꝫ olfactꝰ, odor: tactus, calidũ, frigidũ, humidũ, siccũ, duꝝ, molle, asperum, leue, et reliqua quæ tactu percipiuntur. Hæc sunt semina oĩs nostræ scientiæ, hæc omnis humanorꝝ ingeniorum iactatio. Ex ĩs uariè cõiunctis coagmentatisq; omniũ rerꝝ species, multitudinem, uarietatemq; discreuimus. Ita que dubitet quis, querelane dignius sit, tã in arcto humani ingenij uim esse conclusam, an potius admiratione, q tam exigu is initijs, ad tãtam rerꝝ inuestigationem, licet dubiam, licet incertam, ad inuestigationem tñ potuerit puenire. ¶ Intellectu uero comprehendũtur, quæcunq; ex istis animus, agitatione mẽtis, colligit atq; decerpit. Vt in magnete colorem quidẽ & figuram uidemus: uim qua ad se ferrum rapit, intellectu deprehẽdimus. Sic in hæmatite, sic in smaragdo, alterius ruborẽ, alterius uirorẽ oculis est cognoscere. causam autẽ qua hic impudicitiæ impatiens est, ille sanguinem sistit, mens sola perspexit, Velocem esse cursum uisu quidem di

Epiphonema.

Quæ intellectus cõprehẽdat

iudices: uelocitatem in quiescente non ni si intellectu, uel ex cursu quem uidisti, uel ex membrorũ argutia agilitateq; colligas. Sic robur, etiã in eo qui nihil ferat. sic reliqua. ¶ Adiacẽtiũ quædam natiua sunt, quædam parant & accedũt. Natiua sunt, ut in igne calor, in aqua humor, in terra siccitas. Accedẽtia sunt, qualia in aqua calor, cum igni admiscetur: rigor, cum uehementius perfrixit. in cera liquor, cũ funditur. ¶ Quæ accedunt autem, eorũq; quædam facile dimouẽtur ab eo in quo sunt. Vt ruborem ex pudore contractum, pallorem ex metu, continuò ubi causæ desierint, etiam deficere uideas. Quædam uero difficulter auferũtur, qualia sunt, quæ uel in aliquod, quod natura capax sit eorum ueniunt, ut additus nonnullis rebus uel color uel sapor: & in nõnullis animis pauor semel acceptus, uel amor uel odiũ, non nisi morte finitur. qualia etiam quæ longo usu exercitioq; uerterunt in cõsuetudinem, ut sunt studia & artes humanæ, ut animi motus, qui crebrò repetiti, prope in naturam transeunt. ¶ Sed natiuorũ, cum in oẽibus rebus, tum præcipuus est

Secunda diuisio adiacẽtium.

Subdiuisio eorũ quæ accedunt.

Natiua adiacen-

in eis quæ sensus sunt exptia, locus. Qua- *tia quib⁹*
lis est uis quædã tuẽdi cõseruandíq; sui, *potißimũ*
tum aliud aliquid simile sibi efficiendi, ut *insint.*
ignis calore, aqua se frigore tuetur, terra
duritie resistit, aer liquiditate elabitur. Iã
cuncta aliquid gignere simile nitũtur, ut
ignis ignem, aqua aquam, in herbis arbo
ribusq; fruges sunt & fructus producen-
darum alia⁹ semina. Iam in lapidibus gẽ
miscq;, iam in reliquis omnibus, quæcun-
que terra mariq; nascunt, uaria potestas,
noxia reliqs rebus, uel salutaris, pro cui-
usque naturæ diuersitate. Sic in aialibus,
alia ad corpus pertinent, alia ad animam.
Ad corpus, ut fœcunditas, ut prosperior
naturæ ualetudo, robur, uelocitas, pul-
chritudo, cõtraria q; istis. Ad animam, sen
tiendi memorandíq; uis, feritas, mansue-
tudo, docilitas, indocilitas, ast⁹, socordia,
istisq; similia. Natiua em̃ est quædam hæc
omnibus adiacens uis, qua cũcta in destina
tũ debitumq; naturæ suæ feruntur opus.
Neq; em̃ autor ille rer⁹ segne quicquam *Quibus*
aut sine usu esse uoluit: sed tãquam in pru *potißimũ*
dentis patrisfamilias domo, cuncta ut es- *insint ad-*
sent in officio effecit. ¶ Accedunt & eis *iacentia*

ea quæ foris secus accedunt

quæ sensuũ expertia sunt multa, plura tñ animalibus, qm̃ naturæ uigore in plures se conatus attollentia, in plura incurrant oportet. Ergo in corpore est ægritudo & sanitas, & melior deteriorq; habitudo, fames, sitis, saties, somnus, uigilia, & meditatiõe parata uelocitas, & usu robur firmatum, & cultu decor additus. In anima: ut in equo, institutio formandi gradus ad certum numeꝝ, in cane uenatio: & in reliquis animalibus, quæcunq; uel homine monstrante, uel reꝝ usu percipiũt. Nam & efferatiora quædam fiũt usu, quædam contra manſuescũt, & uitare pericula & insidias struere consuetudine addiscunt. Homo, qm̃ maximè (ut dici solet) animº est, maximè quoq; hac parte cõspicitur: ergo prima ferè in eo peruidẽtur animi affectiões, ira, amor, metus, spes, gaudiũ, dolor, inuidia, misericordia, & reliqua. Et ista quidem nonnunquam sic intelligi possunt, ut sint natiua. Quoniam pleriq;, alius ad aliud istorum, naturæ instinctu sunt propensiores. Quandoq; ut sint usu parata. Cuicunq; enim istorum frequentius regendũ se quis auferendumq; per-

miserit, id totum demũ occupat hominẽ, iurisq; sui facit: & sequitur illa quam ἕξιν Græci, nostrorũ nonnulli, uerbũ è uerbo, habitum: q optime fortasse, consuetudinẽ dicunt. Tum etiam accipiunẽ ista, ut sint temporariæ & ueloces quædã animi affectiones. Vt dicimus permotiõe aliqua ef ferbuisse quẽ ira, metu trepidasse, amore exarsisse. Itaq; p hac diuersitate, haud difficile fuerit discernere, quorsum, id est, in qđ adiacentium genus, oporteat ista cõferri. Post ista sunt quæ rõne duce cõsequimur, ut sunt artes oẽs hoĩm. Quarũ aliæ ad solam ptinent rerũ cognitionẽ, aliæ ad actionem. Ad cognitionẽ ptinent, quæ naturã rerũ qualitatesq; & causas oĩm, quæ terra, mari, cælo q; fiunt, scrutantur: quæq; disserendi emendatè, credibiliter, politè, rõnẽ tradũt. Actionis artes sunt, quæ uel ea docent, qbus corpus tuemur. ut est agricultura, ut militia, ut mercatura, & fabriles oẽs, & manuariæ (ut ita dicamus) artes. Vel ea tradunt, qbus emendat animus, & mores hoĩm uitaq; format. Nec ipsæ solum artes huc referunẽ, sed etiã quæ hauriuntur ex eis uirtutes, prudẽtia, religio,

Artium duo genera.

pietas,bñuolentia,iuſtitia,tolerantia,magnanimitas,temperantia,modeſtia,benignitas,& quæcunq; aliæ ſunt, qbus legitime nos & ſecundū rectæ rōnis præſcriptum,tales aduerſum deum,hoīes,nosq; ipſos quales ius fasq; eſt eſſe, præbemus.

Per enumerationē dictorū epilogus.

¶Vt ergo cuncta quaſi in ſummam redigamus: Adiacētia quæcunq; ad rōnis intelligendiq; uim ptinent, in ſolo homine quærūtur. Senſus,& mouēdi uis,& quæcunq; circa ea ſunt, in oībus ſpectant animalibus. Ali,creſcere, firmari, conſumi, cōia ſunt oīm uiuentiū. Nam quæ corpori inſunt,in oībus reliquis,quæ uideri tangiq; poſſunt,eſt inuenire. Et horæ, quædā natiua ſunt rebus, quæ perpetuò inſunt ipſis:quædā diuturnitate firmantur:quædam pmutantur ſubinde,&uelut in diem eunt atq; redeūt.Horum oīm,alia ſenſu, alia intellectu cōprehenduntur. nō quod qcquid ſentitur,nō & intelligatur etiam: aut quicquā in intellectu ſit quod non ali qua uia ad ipſum ſit p ſenſus profectum. ſed q; alia ſunt quæ prima ſeſe nobis cognoſcenda offerunt,uiamq; mentis p ſenſus aperiunt: alia ui intellectus ex ijs ipſis

colligunt. Ita illa ei ad qđ primũ, hæc ei ad qđ potissimũ ptinẽt, attribuere uisũ ẽ.

¶Scholia in caput undecimum.

Adiacens uocamus.) Adiacẽtium uocabulo ea ferè complectitur Rodolphus, quæ quantitates qualitatesq; ab Aristotele in categorijs dicuntur, quatenus hæc ad sua referũtur subiecta. aliò nã que relata, alia sortiuntur & nomina. Verbi causa. Virtus relata ad animũ, adiacẽs est. eadẽ cũ ad felicitatem refertur, de numero est destinatorum: cum ad uitium, repugnans: cum ad iustitiam & temperantiam, genus: cum ad habitum animi, species. ¶Multiplex est hic locus.) Duas ponit in summa diuisiones adiacentium. Nam principio, adiacentia omnia, aut percipiuntur sensu, aut intellectu comprehẽduntur. Deinde, quædam eorum natiua sunt, quædam forinsecus accedũt. Partes diuisionis utriusq;, partim Rodolphus ipse satis dilucidè explicat, partim nos, suo quanq; loco explicaturi sumus. ¶Sensu comprehenduntur.) Duo genera Aristoteles facit eorũ, quæ cõprehenduntur sensu. alia enim sentiri secundum se, alia secundum accidens. Secũdum se ea sentire dicũtur, quæ ipsa in causa sunt, cur sensu percipiãtur. ut color uisu, sapor gustu, olfactu odor. Secundum accidẽs, quæ nõ sua, sed alterius cuiuspiã gratia sensu cõprehẽduntur. quẽadmodũ homo, uocis modo quã facit gratia audiri potest: & cur uideatur, in causa est color. Rodolphus de priori tãtum genere loquitur. Quorũ ciusmodi rursum discrimẽ est, ut partim cõia, *Adiacentium diuersitas.*

partim propria esse dicantur. Cõmunia sunt, quæ pluribus cõprehendi sensibus possunt: ut magnitudo, numerus, ques, motus, figura. Propria, quæ singulis modò sensibus cognoscuntur: ut color uisu, sonus auditu, olfactu odor, sapor gustu, tactu frigidum, calidum, humidum, siccum, quæq; alia eius generis sunt. ¶Hæc sunt semina.) Aristotelem autorẽ secutus hoc dicit, qui putat omnem cognitionem nostram oriri à sensibus. ¶In magnete.) De hoc Plinius libro trigesimo sexto, capite decimosexto. Nomẽ ab inuẽtore habet. ¶In hæmatite.) Gemma est, nomen à uirtute atque effectu habens, nempe à sistendo sanguine, ἁιμα enim Græcis sanguinem esse nemo ignorat. Plinius libro trigesimoseptimo cap. decimo. ¶In smaragdo.) Et huius gemmæ mentio fit apud Plinium, libro eodem, capite septimo. ¶Quædam natiua.) Natiua adiacentia sunt, quæ intrinsecus ex ipsa re oriũtur, uelutiq; innata sunt. Accedere dicuntur ea, quæ extrinsecus in rem cadunt. Verbi causa: Sunt quibus natura corpus tam firmum ac patiens dedit, ut laborem, inediam, frigus, aliaq; id genus facilè ferre possint. Sunt rursus, quibus etsi natura id largitá non est, lõga tamen exercitatione ac consuetudine id assequũtur, ut & ipsi ad toleranda ea quæ dixi, idonei euadant. Hæc ergo corporis patientia ac firmitudo, in prioribus quidem illis natiuum est adiacens, posterioribus uerò accedit. ¶Quæ accedunt autem, eorum quædam facilè dimouentur &c.) Ad hæc plenè intelligenda, plurimum momenti attulerint ea, quæ

de qualitate in categorijs tradit Aristoteles. ¶In cõ
suetudinem.) Ita interpretatur, quam græci ἕξιν,
Latinorum quidam habitum uocant. Cicero cum ali
bi tum secundo de oratore, & sequutus hunc Quin
tilianus, cõsuetudinẽ nominant. ¶Qualis est uis quæ
dam tuendi.) Non hoc accipiendũ, quasi hæc solis in-
sint illis quæ sensu carent, sed quòd in illis nihil insit
hisce præstantius. Alioqui & in animantibus quoq;
ea reperiri uel Cicero in officijs docet: Principio, in-
quiens, generi animãtium omni est à natura attribu
tum, ut se, uitam, corpusq; tueatur, declinetq; ea quæ
ei nocitura uideantur: quæq; sint ad uiuendũ neces-
saria, inquirat & paret: ut pastũ, ut latibula, ut alia
eiusdem generis. Commune aũt animãtiũ omniũ est,
coniunctionis appetitus, procreandi causa: & cura
quædam eorum quæ procreata sunt. ¶Iam in lapidi-
bus gemmisq;.) Eiusmodi miraculorũ plenus est Pli-
nius. ¶Vt essent in officio.) Vt nusquam desiderent,
ut officio suo fungerentur. ¶Ergo prima ferè.) Tri Affectio-
plicia adiacentia tribuit animo hominis, affectiones, num tri-
artes, uirtutes. ¶Et ista quidẽ.) Affectiones ait tri- plex con-
fariam considerari posse, ut natiuas, ut usu atq; ex- sideratio.
ercitatione quæsitas, ut temporarias momẽtaneasq;
quasdam animi motiones, quæ ut repente aduenĩut,
ita abeunt quoq; subitò ac recedunt. Id apud Aristo
telem dicere liceat hoc modo: hæc interim in secun-
da, interim in prima, interim in tertia esse specie qua
litatis. Porrò Boethius in categorias Aristotelis scri
bens, ait nõ esse absurdum, si res eadẽ, diuersis con si

An ſpecies eadem poſſit diuerſis ſubeſſe generibus.

derata modis, diuerſis item generibus ſubijciatur: ne quid obturbēt hic iſti, qui inter omnia ea quæ ſub diuerſa genera cadunt, realem neſcio quam ſubeſſe aiunt diſtinctionem. Qua in parte erroris coarguere eos poterat uel Thomas ille Aquinas, q figuras & patibiles qualitates, prout uariè conſiderantur, modo ad primum, modo ad tertium aut quartum genus qualitatum pertinere exiſtimat. Verum hæc non perinde arridebunt ſcio Dominico de Flandria: quare ne is nobis negocium faceſſat, & in ſua arena imparatos adoriatur, his miſſis, cætera perſequamur. ¶Regendum auferendumq;.) Id tum fit, cum adeò nobis affectus dominantur, ut quôcunq; impulerint illi, uel nolentes ſequi cogamur. Sanè initio non difficilimum eſt obuiam ire affectibus, at poſtquā ſemel ac iterum tertioq; illis fueris obſecutus, tantas interim colligunt uires, ut inuitum quoque ac renitentē quo quò uerſus impellant. ¶Quarum aliæ.) Artium, inqt, aliæ cognitiuæ ſunt, aliæ actiuæ. Cognitiuæ ſunt, quarum finis cognitio eſt. ut ſunt quas phyſicas uocāt ac mathematicas, quæq; ſermonis artificium docēt, ut grammatica, rhetorica, & dialectica. Actiuæ, quarum finis eſt actio. ut ſunt quæ partim mechanicæ, partim morales dicuntur. Sed de his rurſum libri ſequentis capite ſecundo & nono. Quintilianus ſecundi inſtitutionum libri capite decimonono, triā artium genera facit, inſpectiuum, adminiſtratiuum, & effectiuum. τὸ θεωρητικόν, τὸ πρακτικόν, καὶ τὸ ποιητικόν.

Dominicus de Flandria.

Artiū diuerſitas.

¶ Actuum nomen quid hic designet, quō diuidatur & quāta huius loci cōmoditas. Ca. XII.

AB adiacētibus oriūtur actus. Vnū quodq; em̄ pro modo naturæ suæ, utq; aliter aliter' ue affectū est, agit. Actus aūt in præsentia non ita accipiēdus est, ut à passione distinguatur: sed ut sit actus id, quocūq; aliquo modo exerceri afficiq; dicimur. Ita & timere, & dolere, & ægrotare, quiescere etiam & uacare, nobis actus erūt: oīa em̄, cum actus rei scrutamur, uenient cōsideranda, & argumenti aliquid in hanc illam' ue partem dabunt. ¶ Possumus (si uidetur) actus pro adiacentium, è quibus nascuntur, uarietate distinguere, Vt sint alij qui proueniant ex natiuis, ut in igne calere, lucere in sole, in animali pasci, moueri, natare, uolare, dormire, ingredi, uigilare. Alij, qui à cōsuetudine firmatis ueniāt, ut scribere, orare, mederi, iaculari, gubernare. Alij, q ex subitis ꝓdeāt affectiōibus, & breui momēto ꝓtereūtibus, ut rubere ex pudore, ex metu concuti, ex lætitia gestire. ¶ Sunt etiam q nihil efficiunt, sed ītra se cōsumunt: ut sunt currere, ambulare, uolare, uidere, aūdire, ītellige-

Actus qd.

Diuisio actuū prima.

Altera eo rundē diuisio.

re. Quidã, q præter seipsos opus absoluũ ut ædificare, domũ efficit: texere, pannũ: scribere, lras. ¶Et hi qdem, q nihil extra se efficiunt, alĩ qdem propter finẽ aliquẽ fiunt. Vt q ambulat, uel idcirco id facit, ut aliquo pueniat, uel sanitatis causa. q uidet, ut aliquid pcipiat. q dormit, ut lassitudinem ponat. Alĩ, uel carent fine, uel in prospecto non habent: Vt gaudere plane caret fine. nemo em̃ est, q quẽ in usum gaudeat, dicere possit, nisi ut gaudeat. Sic etiã dolere, ægrotare, metuere, sperare, irasci. Si quem em̃ interroges, quẽ in usum irascatur, in nullũ dicat: sed quia iniuria puocatus sit, facere aliter non posse. Sic etiam q amat. Quanquã hic fortasse possit dicere, finẽ sibi esse, potiri re cupita: & irascẽs ita dicat, finẽ sibi esse uindictam. Verũ hi forte fines sunt eorum, q amore atq; ira percíti agũt. Amoris certe & iræ nõ sunt fines: cum utrũq; assequi & commodius fortasse possent, ut non amore & ira sese torquerẽt. Incõsultus est enim oĩs animi subitus affectus: & ad eam partem animi ptinent, quæ rõnis est expers. neq; prospicere finẽ possunt. ¶Et alĩ quidẽ ex præ-

Diuisio tertia.

Obiectio.

Dilutio

Diuisio quarta.

teritis nascunt tm̃, uel præsentibus. Alij etsi orianť ex futuris, & partẽ aliquam p̃cipiant futuri; non tñ ut fiant illa, sic afficimur: sed quia illa uentura arbitramur, cõcutimur animo & consistere nequimus. Quod in timore apertius est & inuidia. Quæ tñ certum est eiusdẽ naturæ & conditionis esse, qua reliquos oẽs. Causa huius est, qm̃ ista agendi uoce passionẽ significat. ¶Omnis autẽ actio (non illa quam nos iam cõi uocabulo actum dicimus, sed ea, quæ proprie physicis hoc nomine signatur) finẽ aliquẽ respicit, propter quẽ suscipitur ipsa. Isq; finis, uel res ea est, quæ patit, uel circa ipsam est. Patiens aũt non ad aliud, quatenus patiens est, sed ad agẽs respectat. Itaq; finem habere non põt. Ne q̃ em̃ agens ei finis est, cum ipsum fit agẽtis finis. Nisi forte ea sit rei conditio, ut id quod patit, actione aliqua in agens recurrat. Vt nauẽ fabricanti qua ipse sit nauiga turus, finis primũ quidem nauigatoris ẽ nauis. Deinde rursus, quia nauis portat tueturq; ipsum q fabricatus est, ipse inuicem finis est nauis. Hoc em̃ pacto fieri potest, ut agens atq; patiens uicissim alter; al

teri finis fiant, cum proinde utrūq; agat atq; patiatur. Sed uel scrupulosiora fortasse sunt ista, uel non ita multū præsenti rerum tractatui necessaria. Illud annotandū uidetur, quædam nomina agendi faciem habere, cū re uera adiacentia sint. Quædā cōtra, adiacentiū uoce actum significant. Neq; em̄ calere & albere aliud sunt, q̄ calidum esse & albū: quæ certum est esse adiacētia. Sic, & scire, & cognoscere, & quiescere. Ac è diuerso, cursus currēdi actū, & sermo locutionē, & locutio loquendi actum significat. Quod igit̄ ꝓprie actus est, id oportet ut sit in quadam agitatiōe, hoc quod Græci ἐντελέχειαν uocant, positum, id est, ut uel fieri aliquid, aut perire, uel itē augeri aut diminui, uel qualitatū alteratione pmutari, uel in transpositione aliqua locíq; commutatione intelligatur. Quod em̄ in uno fixoq; gradu cōsistit, certum est nequaq̄ agi posse. ¶ Magno usui sunt hi loci eis, qui de rerū proprietate naturaq; disserunt. Vtq; etiam de alīs disseratur, plurimū tñ fidei parāt ducta hinc, hoc est, ex interioribus rerum penetralibus argumenta, atq; è natura eorū (de q̄

Notatio de adiacētibus & actibus.

Respicit ad sex actiōis seu motus ſpecies.

Vſus adiacentiū & actuum.

bus oſo eſt) deprompta. Aut hæc em̃ rez natura eſt, aut ſi qua alia eſt, ignotam nobis eſſe (niſi me tñ caligo ingenij mei fallit) fatendũ eſt. Hæc em̃ ferè uidentur eſſe illa, quæ mẽtis humanæ poſſit complecti uis. Reliqua, ut intra altiores rerum naturæ ſinus recondita, aut ignoramus, aut ex iſtoz comparatione, magis quid non ſint dicere, quàm quid ſint comprehendere ualemus.

¶Scholia in caput duodecimum.

AB adiacentibus.) Principio quid ſit actus deſinit. Deinde quatuor affert actuum diuiſiones atque diſcrimina. Hinc tres notatiunculæ ſubijciuntur. Poſtremo, quanta ſit uel huius uel præcedentis loci commoditas, explicatur. ¶Finitio. Actus hic dicitur illud, quocunq; aliquo modo affici exerceriq; dicimur. ¶Prima diuiſio. Actus partim à natiuis adiacentibus oriuntur, partim ex ijs proueniunt adiacentibus quæ uſu conſuetudineque firmantur, partim ex ſubitis illis momentaneisque animi corporisue affectionibus. ¶Diuiſio ſecunda, Actuum alij operis aliquid extra ſeſe efficiunt, ut texere, ædificare. alij intra ſe conſumuntur, ut currere, ambulare. ¶Tertia. Eorum actuum qui nihil extra ſe operis efficiunt, quidam propter certum aliquem finem, quidam nullum definitum finem habent.

Quarta. Actuum eorũ qui definitum finẽ non habẽt, alij ex præteritis ac præsentibus causis oriũtur, alij ex futuris. ¶Notatio prima. Omnis actio propriè dicta finem aliquẽ spectat, passio nunquã. Secunda. Sunt quæ ex figura uerbi actus esse uideantur, cũ reuera sint adiacentia. Quædam rursus adiacentia, cũ sint actus. Tertia. Omnis actio propriè dicta, in motu atque agitatione quadam est posita. Quæ sequuntur, ea per se satis aperta sunt. ¶Et ad eam animi partẽ pertinent.) Philosophi tres faciunt animi partes, ra-

Animi partes tres.

tionem, irascentiam & cupiditatem. Qua de re ita Apuleius in libello qui inscribitur de dogmate Platonis: At enim cum tres partes animi dicat esse, rationabilem .i. mentis optimam portionem, hanc ait capitis arcem tenere: irascentiam uerò procul à rõne ad domicilium cordis deductam esse, obsequi eam & respondere in loco sapientiæ: cupidinem atq; appetitus postremam portionem, infernas abdominis sedes obtinere, ut popinas quasdam & latrinarũ latebras, diuersoria nequitiæ atq; luxuriæ. Hactenus Apuleius. Porrò illud leuiculũ, uerba hæc, pertinent & possunt, ad sensum magis eorum quæ præcedũt, q̃ ad uerba referri. ¶Quoniam ista agẽdi uoce passionem significant.) Monẽt dialectici, quædam esse uerba, quæ cum actiui sint generis, tamen reuera passionem significent, ut timere, metuere, inuidere, audire, gustare, ridere. Cuius rei & Priscianus meminit. ¶Neq; enim calere.) Quid? calere ergo actus non est? Atqui tu id uerbum Rodolphe paulò superius in hoc albo

bo recensuisti, cum ageres de actibus ijs, qui ex natiuis adiacentibus proueniunt. Quid dicemus? An hoc fortasis, Rodolphum superius ad solã respexisse uocem, hic rem significatam magis q̃ uocem spectasse? Quanquã & hic unus uideri potest ex locis illis, de q̃bus sumus dicturi postea, quos si recognouisset Rodolphus, emendatiores profectò in lucẽ exissent. ¶Id oportet ut sit in quadam agitatione, hoc quod Græci ἐντελέχειαν uocant, positam. Longum sit recensere, q̃ diuersa super nomine ἐντελεχείας scripserint autores, dum principio illud in dubium uertitur, ἐντελέχια scribi debeat per τ literã, an ἐνδελέχια per δ. quorum posterius hoc continuatam quandam ac perẽnem significat motionem: illud prius, uerbum ẽ uerbo perfectihabiam. Prior lectio arridet pluribus, ut uidere est apud Budæũ, quã & Plutarchus secutus uidetur, cum in placitis philosophorum sic ait: Ἀριστοτέλης ἐντελέχειαν πρώτην σώματος φυσικοῦ, ὀργανικοῦ, δυνάμει ζωὴν ἔχοντος, τὴν δὲ ἐντελέχειαν ἀντὶ τοῦ ἐνεργείας. Hoc est, quemadmodum interpretatur Budæus: Aristoteles animã censet esse entelechiã primã corporis naturalis, potentia instrumenti uitã habentis. Entelechian aũt. i. uerbum ex uerbo perfectihabiã, pro efficientia intelligere oportet. Hæc Plutarchus. Cicero posteriorem lectionẽ in Tusculanis secutus est, cuius sententiam pro uiribus defendũt Philippus Beroaldus & Angelus Politianus. Vtri rectius senti- Ἐντελέχεια.

ant, uiderit deus aliqs. Rodolphus ad Ciceronis propius quàm aliorum sententiam accedere mihi uidetur: neq; tam alludere ad locum eum qui est primo libro de anima, quàm qui est tertio physicorũ, ubi motum quoq; ἐντελέχειαν esse ait Aristoteles. Lucianus ludens more suo, quodam in loco ait, eam quæ prius dicta fuit ἐνδελέχεια, post ἐντελέχειαν dici cœpisse, & in locum τοῦ δ successisse τὸ τ. Budæus ait ἐντελέχειαν dici quasi τὴν ἐντελῆ σωματικὴν, id est, perfecti corporis comprehensionẽ. quæ etymologia, an quẽadmodũ probè quadrat animæ, ita motibus quoq; cõueniat, secũ expendat lector. Sanè Aristoteles utrobiq; eodem nomine usus est.

¶ Subiecti uocabulũ quot modis accipiatur, quõ hic eo utendum, & obiecta sensuum propriè subiecta non esse. Caput XIII.

Subiecti uocabulũ quot habeat significationes

SVbiecti nomen, in uarias significationes ductum est. Dicimus enim subiectum (unde origo est nomini) id quod iactum est sub aliud. Vnde inquit Poeta: Pedibusq; rotarẽ. Subiiciũt lapsus. Item per translationẽ, Parcere subiectis & debellare superbos. Iam in pronũciatis subiectum est, de quo aliquid dicitur. ut cũ dicimus, hõ est animal, hõ est subiectum. Sic etiam subiectum, in quo est aliquid. ut prudentiæ subiectum hominẽ dicimus, & subie

ctum formæ materiam. Dicimus etiã id, circa quod tractatus actioq; rei cuiuspiã uersatur. sic subiectum uisus, colorẽ dicimus: subiecta artiũ, ea quæ præcipue sibi cõsideranda sumpserũt. Dicitur & aliter, octo em̃ significatiões fecêre, sed quo modo uel plures fieri possent, & quæ oẽs recidant in eas quas diximus. In præsentia aũt nobis sit subiectum, adiacentiũ quidẽ id, cui aliquid inest: actuũ uero, & istud ipsum, & illud etiã quod actioni alicuius est obiectum. Illi nãq; actus, q aliquid extra se efficiũt, necesse est habeant subiectũ ex quo proficiscantur. deinde aliud, quod expositũ sit ipsis, & in quod tendant: ut calescere, primũ oportet in igne esse, is em̃ est qui calefacit. Deinde nisi sit aliquid in quod explicet uim suam, & in quo efficiat calorẽ, non poterit calefacere. Agentium enim actus (inquit Aristoteles) in patiente sunt accõmodato. ¶ Sentiendi aũt & intelligendi, ea quæ obiecta dicunt, nõ sunt forte nisi nominis similitudine subiecta. Sentiendi enim subiecta, efficiẽtia uerius dicentur. Color enim, per aera pspicuum, inuisibilibus qbusdam simulacris,

Quid hic subiectũ.

Obiecta sensuũ & mentis.

& imaginem ipſius pferentibus, ſparſus, ubi incurrerit in oculum, ferit ipſum, & ad uidendũ excitat. Sic ſonus auditũ mouet, & odor olfactum. & reliqua quæ ſentiunt, ubi partẽ illam corporis nr̃i, qua p̃cipi poſſunt, attigerunt, euocant animæ uim, quæ p eam ſe partẽ exerit, & ad ſe apprehendenda impellunt. Quæ mens nr̃a deinde accepta à ſenſibus, cognoſcit primũ, deinde uarie multipliciterq; cõpoſita inter ſe atq; diuiſa, formas oẽs rerũ habitudinesq; & genera ordinemq; cunctorum elicit, diſcernit, diſponit, inq; uarios artiũ ſcientiarumq; diſtribuit uſus. Hæc ergo ſi intuebimur, facile nobis liquebit, ſenſum ab ĩs quæ ſentiunt patiꝫ mentẽ ab ĩs quæ intelligunt, imaginẽ quandã & ſimulacrũ patiendi accipe. Quo fit, ut exiſtentia tm̃ & præſentia ſentiri poſſint, intelligantur aũt & abſentia, & quæ interierunt, quæq; nondũ ſunt nata. Sic ea quæ ſenſibus obĩciuntur, ſimiliora ſunt efficiẽtibus. Artes oẽs ſcientiæq;, eis circa quæ uerſantur comparatæ, pronunciatis poterũt aſſcribi. Ea cuiuſmodi ſint, ſuo loco dicetur.

Omnium ſubiectũ

¶ Subiectum aũt proprie oĩm, id

est, quod ex decẽ primis rẽ generibus, Græci οὐσίαν, nos essentiam (si p grammaticos liceret) uerbum è uerbo dicere-mus, nunc substantiã dicimus. Huic enim reliqua oĩa sunt innixa, hæc receptaculũ est fundamẽtumq; oĩm. Magnitudo aũt, quam inter adiacentia nũerauimus, si sub stantiæ cõparetur, adiacẽtibus accedit. sin reliquis cõferatur adiacentibus, subiecti habet uicem, non quidẽ ut in ipsa sint adiacentia, sed q̃ nequeant nisi illius interuẽtu, ea præsertim quæ corpori adiacent, in substantia reponi. Neq; eĩm quicq̃ album uel nigrum sine ulla magnitudine cogitare possumus, nec calidũ uel frigidum, nec durum uel molle, nec alioq; hmõi quicq̃. Quare si dicam, musicũ albũ esse: musicũ certũ est à mulica dici, id aũt est adiacens. patet ergo, non esse subiectum albi. Sic iustum probũ esse, iustus nõ est subiectum probitatis. iustus eĩm à iustitia nomen habet, iustitia uero non subiectum est p̃bitatis, sed species. Si aũt dicam hoĩem prudẽtem esse, hõ est subiectum. substantia eĩm est hõ. Ita aquam frigidam, aqua substantiæ est nomen, Ita bouem occidi, bos sub-

esse substantiam.

Quãtitas quomodo subiectũ dicatur.

stantia est in quam tendit occidēdi actus, sic, ut in ipsam se recipiat. Ex qbus facile perspicitur id quod diximus, ea quæ sensibus mentisq; agitatione exposita sunt, nō satis recte ad hanc nr̄am rōnem posse subiecta dici. Quid ergo, si quis cum quærat de illis, per hunc se quærere locū credat? Erratum erit quidē, sed cuius iubeam securū esse eum q̄ inuenire cupiet. Id em̄ agat, ut inueniat: si potest ex propr̄is locis, optimū quidem erit. certiore nanq; cursu intentionem mētis diriget. Sin minus potest ex propr̄is, at undecunq; pōt, dummodo inueniat. In artibus enim, quæ operis gratia discuntur, non quàm exacte præceptionum fines distinguas, sed q̄ commode illis utare, solet æstimari.

Obiectio per interrogationem.

Responsio

¶ Scholia in caput decimumtertium.

Pronunciatum.

ἀξίωμα. Proloq̄ū.

ἀπόφανσις.

PEdibusq; rotarum Subijciūt lapsus.) Locus est 2. lib. Aeneidos. ¶ Parcere subiectis.) Aeneidos sexto. ¶ Iam in pronūciatis.) Cicero prima Tusculana pronunciatum uocat quod græci ἀξίωμα, M. Varro proloquium, hodie partim enūciationem, partim propositionem appellant, Aristoteles in libro περὶ ἑρμηνείας ἀπόφανσιν. Ea est oratio perfecta, uerum falsúmue significans. Vt, trahit sua quēq;

uoluptas. Non omnia possumus omnes. Adeò à teneris consuescere multum est. ¶Octo enim significationes fecêre, sed quomodo uel plures fieri possent.) Fecêre, inquit, octo significationes uerbi huius, sed ita id fecerunt, ut ad hunc modum fieri possent & plures, quæ tamen omnes nõ tam fuerint diuersæ ab ijs quas diximus, quin in eas possint recidere. Agentium enim actus.) Id uulgo hunc in modum efferri cõsueuit, Actus actiuorum sunt in patiente prædispositio. Ex Aristotele secundo libro de anima. ¶Sentiendi enim subiecta, efficientia uerius dicentur.) Obiecta, inquit, sensuũ, agunt potius in sensus ipsos, quàm illorũ actioni subijciantur. ac rursum sensus, etsi agere uideantur, patiuntur tamen uerius quàm agant. Id quod de auditu, gustu, odoratu, tactu, quæstionem non habet, de uisu sunt qui dissentiãt. Quæ de re complusc̃ula Macrobius libro septimo circa finẽ, & A. Gellius libri quinti capite decimooctauo, ut præteream dissertationem illam Aristotelis in libro περὶ ἀισθήσεως καὶ αἰσθητῶν aduersus Platonem. ¶Quod ex decem primis rerum generibus.) Hæc à dialecticis enumerantur, substantia, quãtitas, ad aliquid, qualitas, actio, passio, ubi, quando, situm esse, et habere. ¶Græci οὐσίαν, nos essentiam.) Quinctilianus libro tertio: Aristoteles, inquit, elementa de cẽ cõstituit, circa quæ uersari uideatur omnis quæstio: οὐσίαν, quam Plautus esentiam uocat, nec sanè est aliud eius nomẽ Latinũ &c. Meminit idẽ autor eiusdẽ uocabuli lib. 2. cap. 15. Et rursum 8. libro

Essentia. οὐσίαν.

capite tertio: Multa, inquit, ex græco formata uoud ac plurima à Sergio Flauioq̃, quorum dura quædã admodũ uidentur, ut ens & essentia, quæ cur tantopere aspernemur nihil uideo, nisi quòd iniqui iudices aduersus nos sumus, ideoq; paupertate sermonis laboramus. Seneca in epistola quadã negat, ὃ ὄν τὴν οὐσίαν latine exprimi posse. Qua de re plura Laurẽtius Valla. ¶Sed quòd nequeant nisi illius interuentu.) Id hodie in scholis, haud scio quàm aptè, dici solet ad hunc modum, duplex esse subiectum accidentium, unum quod, alterum quo. Subiectũ quod, illud uocant, cui ipsi accidentia uerè insunt: ut est sola substantia. Subiectum quo, sine cuius interuentu, principali illi subiecto ineesse nõ possunt. quod genus est magnitudo, id est, quantitas continua.

DE LOCIS EXTERNIS, & principio de his quæ cognata uocantur.

¶Quæ uocentur cognata, quid causa, quot causarum sint genera, quid efficiẽs, quid finis, & quõ efficiens diuidatur. Cap. XIIII.

Cognata quæ uocet.

EXterni loci sequuntur, quorũ prima sunt quæ cognata dicuntur. De quibus dicturus, uenià mihi uerbi istius impetratam uelim. quemadmodũ in reliqs nõnullorũ nominibus, non aduersas optauerim lectoris aures. Vt eã traderem locos alia distinctione & ordine, q̃ sunt ab aliis ante me tractati, res ipsa mihi persua

sit. Oportebit itaq; penes illã, ut huius facti mei, sic etiam nominũ ipsorũ, uel rõnẽ esse uel culpam. Nec inueni sane quo alio nomine complecterer causas & euenta, q̃ cognatorũ, cum sint alteris altera nascẽdi ac proueniendi origine coniuncta. Sunt ergo cognata (ut diximus) causæ & euenta. ¶ Causas Aristoteles quiq; eum secuti sunt, quatuor fecerunt: materiam, ex qua res fit: formam, p quam est: efficientem, à qua fit: finem, propter quam fit. Sed materia & forma in partibus dicta sunt: efficientẽ & finẽ dicemus. Causam igitur in præsentia dicimus rem, cuius ui euenit aliquid. Vt aũt aliquid eueniat, necesse est esse id, quod uim efficiendi habeat, cuius efficientia fieri formariq; res possit. Deinde id, si non aliquo ad agendum mouea tur stimulo, iners segneq; manebit. adeo nihil fit in rerũ natura temere, & cui ratio non constet: omniaq; propositũ sibi desti natumq; finẽ habent, propter quem faciant cuncta. Qui tametsi rebus ipsis nõnun q̃ sit ignoratus, ut sunt ea, quæ exptia sensus, naturæ tm̃ in agendo sequunt impetum: autor tm̃ ille conditorq; nouit, cuius

Causarũ genera quot sunt

Causa qd

in agendo numini & iussis parent. Id ergo quod faciendæ rei præbet operam, efficiens est. Id cuius gra sit res, finem uocamus. Vltimum est em in agẽdo, & quod ubi consecuti sumus, definimus ulterius tendere. Est aũt potissima causaꝝ omniũ finis. Nam materia formæ expers, rudis est & inculta, nec in ullius rei transit nomen. Forma si desit efficientis uis, prouenire nequit. Efficiens nisi finis cupiditate permotũ, manet ociosum. Facile itaq; liquet, finem, quanquam usu effectuq; postremus sit, oim tamen esse proposito atque institutione primũ. ¶ Efficientiũ duplex est conditio. Alia nanq; necessitatẽ in agendo sequunt, alia delectum. Necessitate agunt, quæcũq; consilij iudicij q; experția sunt. ut ignis proposito sibi quod uri possit, nequit non urere. Et terra uerno tẽpore non herbam, non quicqd aliud pro loci cæli ue ingenio solet, põt non procreare. Delectu agunt, quibus libeꝝ est agere uel nõ agere, ut homĩes illis in rebus, quas consilio rõneq; administrant. fortasse & brutoꝝ nonnulla, quæ docilia sunt, & iudiciũ quoddã quãdamq; deliberati-

Efficiens. Finis.

Potißima causarũ finis.

Efficientium diuisio prior.

onis imaginē habent. Quanq̄ Aristoteles putat non agere ea, sed agi potius: proin de em̄ ut specie rex perceptax mouent, rapi, nec contra id quod uidet obniti pos se: opinionemq̄ sequi, non quā uelint, sed quā a rebus acceperint. nec posse non tra hi eo, quod expetēdū ipsis uidetur: necnō fugere, quod apparet uitandū. At uero si nonnunq̄ inter duo uelut in ancipiti pen deant, id non euenire, quia cōsilio in hanc uel illam deducantur partē: sed quia dua bus propositis rebus, & ex æquo ferè ad se rapientibus, non aliter q̄ nauis inter di uersos dissidentesq̄ deprehensa fluctus, incerta & dubia uidet cui potissimū cedat: utq̄ illa psæpe, non qua gubernatori ui sum ē agitur, sed qua undax rapuit cumu lus uiolētior: sic ista non suū nutū habēt, sed inditā tm̄ a rebus cōmodi aut incōmo di spēm sequunt. Hoiem aūt cū diu mul tūq̄ pēsitata re deliberauerit, nō tn̄ quod res suadet, sed quod animꝰ iubet, seq̄ cre bro uidemus. Potest em̄ in ea quæ delibe rando dānauit, præceps cōtra consiliū sui sniam ruere: & contra, toto impetu fuge re, quæ sibi maxime expetenda sunt uisa.

Verum hæc utcunq; sint, non plane liberum esse brutis agendæ rei arbitrium, non uidetur abhorrere à uero: delectum tñ agere, qñ malæ est ipsis bonarumq; rerum discrimen, nemo (quod equidē credam) repugnet. ¶ Rursus quæ necessitate agunt, eorū quædā naturæ conatu, alia externa ui agunt. Conatu naturæ agūt ea, quorū agendi principiū est intra ipsa, nullo extero adiuuante. Vt ignis urit, qm̄ caloris uis qua urit, natiua est ipsi. Itaq; non deficit res istas agēdi uis, neq; cessant agere, quādiu est copia ipsis alicuius, in quod efficaciam suam explicare possint. Violēte uel (ut diximus) ui externa agere dicūtur, quibus ab alio uis est agendi inserta. Vt aqua feruēs calefacit: uel non sua, sed ignis ui, à quo calorē accepit. Sic lapides, & si qua alia mittunt tormentis, supra se & in sublimi posita disiiciunt, non pprio impetu, sed eo q iacentium uiolentia ipsis est intortus. Itaq; nō est diuturna uis istorum, sed remittūtur, frangūtq; quantum possunt inditū sibi conatū, & statim reddūtur naturæ suæ. Inde fit, ut initio uehemētissimus sit ipsorū motus, ut q sit impel

Eorū quæ naturæ necessitate agunt, diuersitas.

lenti proximus, spatio deinde paulatim amittat uires, & elãgueſcat. ¶ Sed eis quæ neceſſitate agunt, ad agendum ſufficit, ut poſſint agere: quæ uero delectu aut conſilio, ut etiam uelint ẽ opus. Quæ cauſa eſt, ꝙ in controuerſijs ijs, quibus factum nec ne ſit aliquid quæriť, colligi ſolet, uoluerit, deinde potuerit ne qs facere id, quod arguiť feciſſe. quæ ſi probata fuerint, facilima eſt ei quod tertiũ ſumi ſolet, id eſt, quod fecerit, probandi uia. ¶ Eſt & alia efficientiũ diſcretio. Quædam em̃ ſunt (ut Græci aiunt) κύριαι, hoc eſt, præcipua & imperantia, quædam obſequuntur & miniſtrant. Et horũ, alia agũt, alia agẽdi ſunt inſtrumenta. ut in domo facienda, architectus imperat: qui quõ fieri quicq; debeat, iubet. Is q lapidem ſculpit, q parietem extruit, q cædit aptatq; materiam, miniſtrat. Inſtrumenta ſunt, ſecures, terebra mallei, & quæcũq; ſunt alia, qbus op⁹, ſuum explicat. Sic in bello, ciuitas uel princeps autor rerum gerendarũ imperat. miles obſequitur: equi, arma, omniſq; copia impedimentorũ militarium, inſtrumenta ſunt belli. Sed de efficiente hactenus.

Secunda diuiſio efficientiũ.

¶Scholia in caput decimumquartum.

SEd materia & forma in partibus.) hoc est, in loco totius & partium. supra capite nono. ¶Nec in ullius rei transit nomen.) id est, Materia formæ expers, neq; homo, neq; leo, neq; aliud quiduis esse dicitur: etiamsi nihil horum omnium est, quin ex ea fieri queat. ¶Efficientium duplex conditio.) Hæc in topicis Cicero. ¶Fortasse & brutorum.) Hac de re longa disceptatio est apud Laurētium Vallam libro primo in dialecticen. Porrò ad totum hunc causarū locum planè intelligendum, plurimum contulerint ea, quæ Aristoteles habet 2. libro physicorū, & Cicero in topicis. ¶In ijs controuersijs.) Hoc egregiè facit Cicero pro Milone, & Sexto Roscio Amerino.

¶Fines eo ipso modo distingui quo bona, & bifariàm in unaquaq; re accipi eos posse. Præterea plures nōnunquam in eadem re fines esse, & quod primum sit in agēdo, ei finem destinari postremum. Caput XV.

Finium diuersitatē eo ipso modo sumi, quo bonorū. Ac dupliciter quidē aliqua bona icid

FInē potissimū esse causaz diximus. Is enim est, cuius grā omnia agunt. Agunt aūt oīa boni alicuius grā. & quicquid bonū esse sibi, uel natura monstrauerit, uel rō persuaserit, in id referunt. Quo pacto ergo rō boni in rebus discreta erit, eodē & finiū sumemus diuersitatē. Quædam em̄ sunt p se bona, quædā quia alijs

cõferunt bona dicũtur. Quæ p se sunt bona, ea certũ est summa esse, & supra quæ nihil sit expetendum. Ea sunt (ut breuissime dicamus) status uniuscuiusq; rei ĩ suo genere pfectissimus. Summũ itaq; ignis bonũ est, & supra quod nihil requirat, est se maxime calidũ & siccum: & aquæ, maxime humidã esse & frigidam. Sic arboris, sic bouis, sic equi, pfectissima illa absolutissimaq; habere, quæ sibi tribuit in suo genere rex natura. Hominis etiam, non qua uiuit, qua sentit, spectandum est summũ bonũ, sed qua mẽtis est atq; cõsilĩ capax. hac em̃ maxime censetur hõ. Conferẽtia dicũtur, quæ ad summa cõsequẽda adiumento sunt, ut cibus, potus, uestis: & reliqua quæ tuendæ hoĩs uitæ conducũt. Nec em̃ pfecte, id est, feliciter, uiuere põt quis, si ea cõditione sit, ut uiuere oĩno non possit. Sed bonorũ atque proinde finium quandoque ratio initur pro singularum rerum conditione, quam habet in genere suo quæq;, quẽadmodum iam prædiximus: & sicut dicimus, ædificantis finem esse domum, & belli finem uictoriam: quæ quidem esse in suo genere ultima uidentur.

Bifariam posse iniri rõnem finium.

neq; em̃ ædificat amplius ille, neq; hic bel lum gerit, ubi domũ fuerint atq; uictoriam cõsecuti. Quod aũt ille extruendo parieti calcem parat, lapides cõgerit, certũ est parietem finẽ quendam esse, sed nõ ultimũ: quia domus causa paries parat. sic & hic, cum tormẽta instituit subruendis muris perturbandisq; defensoribus, oppidorum expugnandorũ gra hæc agit, ergo & hic finis quidẽ est, sed medius & uictoriæ cõferens. Qñq; uero fines accipimus ex toto ordine rerũ, quo cuncta, alterũ alterius usibus, uidentur addicta: qm̃ omnia melioribus seruiunt. Sic si oĩa quæcunq; sunt, uno uelut cõplexu colligamus, quẽadmodũ unum est summè & sine ullo perfectionis detrimento bonũ, sic unus est ultimus oĩm finis. In eis uero, quæ in media sunt rerũ serie sita, alterũ incumbit alteri, prout est cuiusq; magis minus'ue consummata natura. Sic igit in equo est duplicem inuenire finẽ: alium naturæ suæ: itaq; ferocem indomitumq; esse, & nullis obnoxium habenis, optimum in ipso fuerit, q̃ naturæ suæ accõmodatius id est, q̃ sessorem pati, fodi calcaribus, & freno fle

ctí,frangíq; in gyros.Nec enim oĩbus tan tus ingenitus eẽt libertatis amor, si serua nasci,melius ipsis fuisset.Alium contra fi nẽ in ipso accipimus, ut humanis usibus accõmodatus est.Sic bonũ esse dicimus si bi,nõ quod ipsi maximè cõuenit, sed quo maximè satisfaciat mĩsteriis nr̃is. Sic ter ra herbis arboribusq; uestita, pfectissima uidetur: quippe quod ns procreandis sit nata.at nobis,in fora,in uicos disposita,in ædium templorumq; areas æquata,steri lis & nuda, aptior est. ¶ Istud etiam præ tereundum nõ uideꝛ, posse unius plures esse fines,ut alius sit operis, alius operan tis,alius iubentis.Sic ædificationisquidẽ, quod ad ipsam pertinet, finis est domus: quod ad ædificantem,merces locatæ ope ræ:quod ad iubentẽ,uel ut habitet domũ, uel ut donet,uel ut uendat. Sic studioꝝ p prius est finis eruditio.at eius q studet,po test etiam quidẽ finis esse eruditio,sed for tasse ẽ uel gloriæ uel lucri spes. At patris qui sumptũ studenti præbet,amor incre mentaq; filiꝰ.Amici quoq; qui suasit,ut ali qñ opera fortasse & eruditione studentis utatur. ¶ Illud etiam dicendũ est,ut quic

In eadem re plures quandoq; ineẽ fines.

Quæ agẽdo prima sint, ijs ultimum destinari finem.

qꝫ in agendo primum est, ita finẽ sibi destinat postremum. Media quanto magis à primo recesserint, tantũ citra postrema subsistunt. Prima em̃ ad efficiendũ potissima sunt, postrema ad expetendum: illoꝝ em̃ gra alia expetuntur. Sic in facienda naue, primæ sunt ptes eius q impensas præbet, cuiꝰ finis sunt opes, quæ ex *subiectis parantur mercibus. Illum nauta sequit. is nanqꝫ nõ eo usqꝫ se porrigit, ueꝝ lucrũ ex nauigandi mercede spectat. Iam q nauem fabricatur, nõ id quærit, ecquis ipsa sit nauigaturus, modo extruat nauẽ. Sic qui ligna cædunt, qui ancoras funesqꝫ parant, non illi nauem spectant, sed ut materiam solam præbeant, instrumentũ nauticum parẽt. Quo fit, ut uirtus, quoniam optima ẽ, laboribus & sudore quæratur, ut quæ in arduo sit & longissime posita, cuiqꝫ parandæ oĩa alia sint destinata. Victia uero & uilia oĩa, ad manũ sint, & (ut inquit Hesiodus) cumulo liceat accipe.

*Rectius, subuectis.

¶ Scholia in caput decimumquintum.

*Agunt enim omnia boni alicuius causa.) Quisquis agit, is idcirco id facit, quo consequatur aliquid, quod aut reuera bonum sit, aut certè ipsi ta

le esse uideatur. ¶Nec enim omnibus tantus esset ingenitus libertatis amor.) Pulchrum me hercules hac de re carmen est Seuerini Boethij, de consolatione philosophiæ libro tertio:

Quantas rerum flectat habenas,
Natura potens, quibus immensum
Legibus orbem prouida seruet &c.

¶ Sic bonum esse dicimus sibi.) Laurentius Valla, ei quàm sibi, dicere maluisset. ¶Posse unius plures esse fines.) Hoc quo intellectu accipi debeat, ipse Rodolphus explicat capite sequenti. ¶ Sed fortaßis est uel gloriæ uel lucri spes.) Cur non potius gloria aut lucrum ipsum? Certè nemo nauat operam literis ad cõ sequendam gloriæ aut lucri spem: ad lucrum aut gloriam ipsam multi. ¶Et, ut inquit Hesiodus, cumulo liceat accipere.) Exponit quid sibi apud Hesiodũ uelit ἐπ' ἠλακάτῃ. Versus porro ipsius poetæ super hac re sic habent: Hesiodus

τὴν μέντοι κακότητα κὴ ἠλακάτῃ ὀρέξῃς
ῥηϊδίως, ὀλίγη μὲν ὁδός, μάλα δ' ἐγγύθι ναίει.
τὴν δ' ἀρετὴν ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
Ἀθάνατοι, μακρὸς δὲ κὴ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν.

¶De euentis, effectis, & destinatis. Idem & effectum dici posse & causam. Vnius euentus, in suo genere unam duntaxat causam esse: & unius rursum causæ, unum proximum & per se esse euentum. Tũ quanta huius loci cõmoditas. Ca. XVI.

POterant (quod ad euenta ptinet) uideri sufficere quæ de causis diximus. Neq; em̃ melius rõ uarietasq; euentor̃ cognosci aut tradi põt, q̃ ex causis. nos tñ si quid uel proprium est huius loci, uel hic fortasse dicetur cõmodius, exequamur.

Euentorũ candẽ esse diuersitatẽ, quam causarũ.

¶ Euentor̃ aũt primũ nobis est sumenda pro causis differẽtia. Vt em̃ sunt causæ efficiens & finis: sic euenta possumus dicere esse, effectum & destinatũ. Quod enim fit ab efficiente, effectum dicere libet, qñ effectus nomen aptissime efficienti cõiungitur. Cicero quidẽ promiscue effecta & euenta ea quæ à causis fiunt, uocat: sed causam (id quod ex uerbis illius pspicere licet) ad sola efficiẽtia redegit. At uulgo effectus nomen tam late extendimus, q̃ causam. Mihi ad loquẽdi usum & ad propriam nominis uim, euenta cõmodius uidẽtur dici, quæcunq; ex causis oriunt. Euentaq; efficiẽtiũ, rectissime effecta dicemus: qñ efficiẽtis & effectus nomina iũcta sunt arctissime: & in eodẽ genere, alterius agentis, alterius patientis præ se fert faciẽ. Eritq; hic locus nobis quemadmodũ causa duplex: sicut em̃ ille diuidit in efficientia &

Idẽ diuersa ratiõe spectatum & causã

finem,sic iste diuidetur in effecta & destinata. ¶Fiunt aũt ista plerũq; causæ & euẽta,prout uarie ultro citroq; cõparantur. suntq; eadẽ etiam persæpe * & fines,& efficiẽtia,& * effecta,& destinata. Vt in ædificatione,is cui struitur domus, primũ efficiẽs est,& domus finis est ultimus. Quæ autẽ media sunt,architectus,fabri,instrumenta,si domũ ut effectum accipimus, efficientia sunt:dño uero cõparata,effectorũ obtinent locũ. si domũ statuimus finem, destinata sunt:at dñi respectu,quia paranda ipsis insumit opera, medij quidã sunt fines. Idem em̃ finẽ esse & efficiẽs, nihil repugnat,non modo diuersis, sed eidẽ etiã, dũmodo diuersa rõne comparatũ:ut qui domũ ædificat qua ipse utatur,efficiẽs est domus,quatenus eã ædificat:& finis,quatenus eam propter se,hoc est,habitandã sibi parat. Sic forma & finis idem esse possunt. forma em̃ oĩs ferè actiõis proximus est finis. Materia & finis, materia & forma,efficiens & materia,efficiẽs & forma, nequaq̃ possunt in idem conuenire. Neq; em̃ nauem fabricanti,finis esse possunt ligna,ẽ qbus ipsam fabricatur, neq; idem

& cuẽtũ dici posse

Hæc tria uerba ab interprete adiuncta sunt, quæadmodum ipse ī scholijs refert.

esse ligna possunt, quod forma nauis. sed neq; ligna, neq; forma nauis, neq; alia quæ uis hmõi queũt ipsa sese efficere. quod ne cesse esset, si idem & efficiẽs esse, & uel forma uel materia posset. ¶ Huius etiá admonendi sumus, cuiuslibet euẽtus in suo genere unam esse causam: & cõtra quoq; causæ unius, unus est p se & pximus euentus. Quod prædiximus aũt, esse nonnunq; plures unius rei fines, id nõ obstat isti qd iam dicimus, quod uel ex uerbis illis pspici poterit. Aedificãtis em̃ finis unus & solus, est domus. ad quẽ cum peruenerit, cessat. Quod aũt præter domũ, uel lucrum, uel aliud quicquã pro opera petit, id non facit quatenus ædificans est, sed quia uel inops uel auarus est. Sic etiam forte gloriam sperat ex opere: ueꝝ non quantũ ædificans, sed quia aliqua id sibi putat profuturum. Potest itaq; quis, ut nõ sequantur ista, ædificare: ut non fiat domus, ædificare non põt. ¶ Copiosus est hic locus causarũ & euentorꝝ, & in uarios patens usus. Huc em̃ ferè redeunt cuncta, quæcũq; in consilio hominũ deliberationeq; uersantur. Duo em̃ ista in cõsulendo maximè se-

Vnius causæ unũ tãtum proximum esse euentũ, & unius rursum euentus unam tantum in suo genere causam

Copiosum esse hunc locũ causarum.

quimur, expediat nec ne, & an fieri possit. Quorũ quid expediat, ex fine colligimus: quid fieri possit, ex efficientibus. Quicqd enim utile, id alicui rei cõsequendæ utile oportet esse. Sic qcquid fieri posse uolumus, maxime ex efficiẽtis facultate poterit ostendi. In laude etiam & uituperatione, præcipuas hi loci obtinent partes, cũ utraq; illa, non alia re certius ueriusq; cõstent, q̃ effectis & fine. Ad uirtutis ueræ rationẽ præcipue ptinet finis, qñ multis in rebus nõ tam refert qd facias, q̃ ob quam causam facias. Et idẽ factum, alius ut obstinam incõsultumq; mẽtis impetũ uituperabit, alius ut magnanimitate & cõstantis uiri proposito dignũ laudabit. Sic honestum, quia p se expetendũ dicimus, quod ultimi finis pprium est, ex destinatis uel maxime dignoscetur. Neq; hæc tñ eo ptinent, ut uel hos locos a reliquis quæstionibus, uel ab his quæstiõibus reliquos locos excludẽdos putem. neq; si maximè cõuenire istis dico, idcirco solũ conueniẽt. Varia est horũ oĩm ratio, & de qbus ppetuũ nihil semel poterit p̃cipi. sed qd optimũ sit, rerũ præsens usus melius docebit.

Scholia in caput decimum sextum.

Euenta, Effecta. Destinata.

POterant quod ad euenta attinet.) Euenta sunt, quæ ui atq; impulsu causarum eueniunt. Quorum alia effecta, alia destinata dicantur. Effecta, quæ fiunt à causis efficiẽtibus. Destinata, quæ in certum finem aliquẽ ordinantur. ¶Sed causam, quod ex uerbis illius perspicere licet, ad sola efficiẽtia redegit.) An Cicero de sola loquatur causa efficiente, uiderit Rodolphus. Boethius certè in commentarijs ijs, quos scripsit in Ciceronis topica, secus docet. Verba eius si quis requirat, sic habent: At uerò M. Tullius principalem causarum diuisionem facit in ea quæ efficiunt aliquid, & in ea sine quibus effici nequeat. Vt id quod efficit, ad eam causam conferatur, in qua motus principium constitutum est. Id uerò sine quo non fit aliquid, tum ad intellectum materiæ trãsferatur, uel eorum quæ adiuncta materiæ efficientis adiuuãt facultatem: tum ad reliquas causas ducatur, ut paulò posterius apparebit. Hæc ille. Quanq; qd ego autorem laudo Boethium, cum ipsius uerba Ciceronis facilè idem declarent? Aes certè materia est statuæ, & sapientia non tam efficiens quàm forma est sapientis: quibus exẽplis usus est Cicero. Quæ huc asseribenda putaui, non ut incuriæ arguerem Rodolphũ, sed ut dispiciat inquiratq; diligens lector, ecquid aliud sibi is uelit, q̃ uerba eius prima (ut aiunt) fronte præ se ferunt. ¶Sic forma & finis.) Aristoteles secũdo libro physicorum ait, formam & finem posse idẽ esse numero: causam effectricem, specie eandem cum his esse posse, numero nõ posse. Itaq; quod subiungit

Rodolphus, causam efficiētem & formam non posse esse idem, de numeri nimirum identitate accipiendū est, non de specie. ¶ Cuiuslibet euentus in suo genere unam esse causam.) Qui tātum unam? An non plures interim causæ ad unum aliquid efficiendum concurrunt? Concurrunt quidem, si de quibuslibet causis loquaris. at Rodolphus de sola loquitur causa proxima, & de eodem genere cansarum. ¶ Contra quoq; causæ unius, unus est per se & proximus euentus.) Rectè illud, per se & proximus. Alioqui causæ unius plura nonnunquam esse euenta quid uetet? Ignis proximè ac per se causa caloris est. Quod autē hinc in luto sequitur induratio, in cera mollities, hæ uelut accessiones quædam sunt primi illius euentus, & effecta (ut ita dixerim) secundaria. ¶ Quod prædiximus autem.) Dilutio est obiectionis, quæ oriri posśit ex ijs, quæ dicta sunt capite proximo. ¶ Quando multis in rebus non tam refert quid facias.) Tale quiddā & Quintilianus habet libro duodecimo, cū ostendit, à uiro etiam bono, non bonā interim causam posse defendi. Meminit eiusdē rei idem autor libro tertio, & item quinto.

DE APPLICITIS.

¶ Quid applicita: cur hæc ex aceruo eorū quæ adiuncta à Cicerone dicuntur, exemerit: neq; ad solum oratorem, sed ad philosophos quoq; & in reconsultos locum hunc pertinere. Cap. XVII.

APplicita placuit uocare, quæ addita rei extrinsecus, nō sunt quidem applicita

causa eius, præbẽt tñ illi denominationẽ. Ea sunt, locus, tẽpus, & ea quæ dicimus cõnexa, tria uidelicet è primis rerũ generibus, id est, prædicamẽtis, illa ferè, quæ ubi, qñ, & habere dicuntur. Et Cicero quidem adiunctorũ nomine ista complectit. nos adiuncta credimus illa esse, quæ inferius dicemus cõtingentia: quæ quantũ abhis distent, suo loco cum explicabunt, nobis haud erit difficile uidere. ¶ Equidẽ in ueniendorũ locorũ hanc unam mihi pstare deo fuisse causam, ut quæcunq; uel in rebus sunt, uel attingunt ipsas, uel quæ undecunq; accita ad ipsas, aliqua parte ad faciendã de illis fidẽ prosint: ea in certũ cõclusum q; redigeremus ordinẽ, pro cuiusq; qualitate, quã habent, propositæ rei cõparata. Sic em facilime posse animũ certa & nõ fallente uia, quæcunq; de re quaq; dicenda sint, eruere: si q minimo errore pplexa, & suæ quæq; reddita naturæ, intuenda sibi darẽtur. Placuit ergo mihi, q exactissimè, simul q aptissimè possem, cuncta distinguere: quæ fuit etiam causa addendi noua pleriscq; nomina, ne si in eadem subinde reuoluerer, aut aliqua ma-

Cur diuxerit ac separauerit ea, quæ Cicero uno adiunctorũ nomine complexus est

nerẽt non nominata, aut dilígẽtiæ ratio, quã in ſecernẽdis ſumpſerã rebus, ea con fundẽdis rurſus nomĩbus uel omittẽdis, mihi periret. Itaq; iſta & applícita uocauimus, & ab adiunctor uel genere didu ximus uel exemimus aceruo. Cum pateant eñ latiſſimè, & p omnẽ ferè rer eant naturã. nec ut Cicero ſenſit, ad ſolũ ptinẽt oratorẽ iſta, ſed multũ philoſophis etiã, cũ q naturas rer ſcrutãtur, tũ uel maxíe q mores hoĩm formãt, quodq; cõſequit, & medẽtibus, & rñdentibus de iure, locus, tps, & reliqua cõnexa tractantur. nõ eſt ergo uiſum mihi, cũ ſint iſta genere diducta, nomĩe cõfundere: & inueniẽdi copiã quã rer nobis amplitudo oñdit, tradẽdo anguſtius, ad inopiã redígere. ¶ Pendẽt itaq; totæ quæſtiões, pleræq; ex loco, pleræq; ex tpe. ut, an reddat Arethuſa fõs Alphæũ amnẽ, ex Elide ſubter maria tráſmiſſum. tota ferè ex loco ſpectatur quæſtio. Sic etiã, Nilus oríatur ne ex mõtibus Aethiopiæ, quod Ariſtoteles negat, Ptolemæus ait: an, ut Iuba autor fuit, circa Atlantẽ habeat fontes. Iam tpis ppe modũ uideſ eſſe, poſſint ne diuturnitate ſiccari

Exemplis oſtenditur, nõ ad ſolũ oratorem pertinere locum adiũctorum.

maria, & ficca rursus obrui aquis. An ad ultimũ habitantibus orientẽ Indis, sol in exortu continuo supra uerticem sit positus, ut Herodotus credidit. An sint populi, quibus ꝑpetua dimidio anno nox, dimidio sit dies. Et de connexis tanto plura possunt quæri, quanto ꝑ plura spargunt, q̃ locus & tempus. Quis dubitet ergo, cũ uideat extra rhetoris fines quæri de istis, quin possint etiã ex eis argumẽta deduci?

¶ Scholia in caput XVII.

EA sunt locus, tempus, & ea quæ dicimus connexa: tria uidelicet &c æ.) Sit ne locus idem quod ubi, & tempus idipsum, quod quando, nondum satis inter dialecticos conuenit. Sanè quæ connexa uocat Rodolphus, ea non eius modò prædicamẽti uidentur esse, quod habẽdi uoce intelligunt dialectici: quin uel maxima eorum pars ex albo est relatiuorũ. Id quod facilè ostendunt exempla, quæ ponuntur capite uigesimo. ¶Et Cicero quidem.) Cicero in topicis adiunctorũ uocabulo omnia ea cõplectitur, quæ Rodolphus locum, tempus, connexa, & cõtingentia uocat. ¶Equidem inueniendorum locorum.) Potera & ego, inquit, applicita simul cũ cõtingentibus uno adiunctorum nomine complecti: ni credidissem singula inuentu fore faciliora, si res natura sua longè diuersissimas in diuersos etiã locos digessissem. Hæc mihi causa fuit, cur seiunxerim ea, quæ Cicero con-

iunxit. ¶ Ab adiũctorum uel genere diduximus, uel eximimus aceruo.) Si sola contingentia adiunctorũ nomine intelligerentur, iam applicita ab illorum genere essent diducta. At cum utraq; tam applicita, inquam, quàm contingentia, eo nomine cõplexus sit Cicero, hinc est, uti nõ tã diducta ab adiunctorum genere, quàm ex aceruo illorum exempta sint. Atque hoc est quod dicit, ab adiũctorum uel genere diduximus, uel eximimus aceruo. ¶ Nec ut sensit Cicero, ad solum pertinent oratorem ista.) Cicero in topicis, non prorsus. sed maxima ex parte, ad solũ pertinere oratorem hũc locum confirmat. Et quidem maxima adiunctorũ pars de numero est illorum, quæ ab Rodolpho dicuntur contingentia: cum quibus parum commercij esse philosophis, atq; illo etiã tempore fuisse iureconsultis, id notius est, quàm ut ullo argumento sit ostendendũ. Sed quid dicimus? An non ea quæ de præsumptionibus ac coniecturis tractant iurecõsulti, ex numero sunt cõtingentium? Sunt profectò. Sed quæstiones illas coniecturales, in quibus non tam de iure quàm de facto quæritur, ij qui id temporis de iure respondebant, quo hæc scripsit Cicero, ad oratorẽ magis quàm ad se pertinere arbitrabãtur. Quod ut posit intelligi planius, totum Ciceronis hac de re locum non pigebit asscribere. Is sic habet: Ab adiunctis autem posui equidem exemplum paulò ante: multa scilicet adiungi, quæ suscipienda essent, si statuissemus, ex edicto prætoris secundum eas tabulas possessionem dari, quæ instituisset, cui testamẽti factio nul

la esset. Sed locus hic magis ad cõiecturales causas, quæ uersantur in iudicijs, ualet. cum quæritur quid aut sit, aut euenerit, aut futurum sit, aut quid omnino fieri possit. Ac loci quidem ipsius forma talis est. Admonet aũt hic locus: ut quæratur quid ante rem, quid cum re, quid post rẽ euenerit. Nihil hoc ad ius. ad Ciceronem inquibat Gallus noster, si quis ad eum ad tale retulerat, ut de facto quæreretur &c. ¶Pẽdent itaq;.) Ostendit exemplis, non ad solum oratorem, sed ad alios quoq; pertinere locum adiunctorũ. ¶An reddat Arethusa.) Plinius libri secundi capite
Arethusa cẽtesimosexto. Quidã uerò, inqt, odio maris ipsa subeunt uada, sicut Arethusa fons Syracusanus, in quo redduntur iacta in Alphæum, qui per olympiam fluens Peloponesiaco littori infunditur. ¶Sic etiam, Nilus oriatúr ne.) Solinus de Nilo loquens: Originẽ, in
Ort⁹ Nili quit, habet à monte inferioris Mauritaniæ, qui occano propinquat. Hoc affirmant Punici libri, hoc Iubam regem accepimus tradidisse. Ideo protinus lacũ efficit quem Nilidem dicunt. Nilum autem iam indo esse coniectant, quod hoc stagnum herbas, pisces, beluas nihilominus procreet, quàm in Nilo uidem⁹. Et quæ sequuntur. Eadem ferè Plinius libri quinti capite nono. Et Seneca quoq; nonnihil hac de re naturalium quæstionum libro quarto, et secundo historiarũ libro Herodotus. ¶Possẽt ne diuturnitate siccari maria.) Hãc quæstionem excutit Aristoteles τῶν μετεωρολογικῶν libro secundo. ¶An ad ultimũ habitantibus Orientem Indis.) De his Indis ita Ho-

rodotus libro tertio: Est autẽ illis hominibus sol ardentißimus matutino, non, quemudmodum alijs meridie: cô usq; efferuescens, dum tempus est à foro discedendi, per quod tempus multò magis urit, q̃ meridianus in Græcia. ¶ An sint populi. Id quidem dixêre fieri in Thyle insula, alij in Nomo. Vide Plinium libri secundi capite septuagesimo septimo.

¶ Locus hic quid sit, unde eius sumenda diuersitas, & qui usus. Caput XVIII.

LOcum autẽ in præsentia non uelim tam scrupulose accipi, q̃ ab Aristotele acutißime quidem, sed astrictius q̃ nr̃o instituto cõueniat, definitus est. Ille eñ dixit locũ esse extremũ illud circũfusi uniꝯcuiq; rei aeris, uel aquæ, uel quoctũq; alio cõtineretur, quod quantũ ad loci rõnẽ pertinet, sit immobile. Quod esse quidẽ reuera propriũ cuiusq; rei locum non est negandũ: sed nos de loco loquimur, quẽadmodũ Virgilius, qui ait: Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt. Et: Deuenêre locos, ubi nunc ingentia cernes Mœnia. Et sicut uulgo quærentibus, quo in loco quis sit, rñdemus, in foro, & in urbe, & ruri esse. ¶ Sane multa sunt locoꝝ discrimina: sed ea in capita quædã colligamus, quo facilius queant perspici. Locoꝝ igi

Locus q̃d Aristotelis

Quid hic locus.

Locorum diuersitas

tur discretio, uel ex ipsis q̃tenus loci sunt sumit, uel ex ijs quæ circa ipsum sunt dicitur. Et eorũ quædã naturæ sunt, alia hominũ opere uel opinione accesserũt. In locis ipsis differentia est, qua rem uel hic uel ibi esse dicimus: & qua alium locũ distantem, alium uicinũ: & alium amplũ, alium angustum: & alium sublimẽ, aliũ humilẽ uocamus. Ex eis quæ accedunt loco à natura, sunt, maritimus ne, terrestris, an aerius sit: aquosus an inaquosus, & plan⁹ an montosus, & asper an mollis, & occultus an conspicuus, lucidus an obscurus, adustus sole an frigore rigens, an inter utrũq; temperatus, pestilẽs an saluber, sterilis an fœcundus. Ab hoĩbus, alius celeber, alius desertus dicitur, sacerq; & pphanus, publicus & priuatus, cult⁹ & neglectus, pudendus & honestus. Iam urbs, rus, dom⁹, forũ, templum, uicus pro locis sunt. Iam prouinciæ: ut in Italia quẽ, in Germania, in Hispania esse dicimus. Iam singulæ urbes, ut Romæ, Capuæ, Tarenti esse. Sic in ciuitate, & in patria, & peregrè esse. Sed multa est adhuc (præter hæc quæ recensem⁹) diuersitas, & ppemodũ immẽsa. Per

oēs ēm argumentoꝝ locos, & qdem uariè numeroſeq̄, poſſunt iſta diuidi: ſed nobis oīa cōplecti, nec animus eſt, nec eſt neceſſe. Satis fuerit, hac in re quærere uolentibus hactenus aperuiſſe uiam. Non ēm in abſtruſo latet res: ſed in proximo poſita, niſi cōniuere uelimus, nō poteſt nos fugere. Huius loci eſt, qcquid in laude & uituperio, de patria, de ciuitate ī qua natꝰ qs, educatus, eruditus eſt, ponitur. In cōſilīs etiā perſæpe ualet. Hinc illa Macedonum interrogatio: Ecqd Romani uolare poſſent? aut quo pacto Macedoniæ mōtes eſſent tranſituri? Hinc Annibalis in Italiam tranſgreſſi exhortatio militum, ut acriter pugnarent, quippe qui à tergo Alpibus, à latere duobus maribus clauſi, nulla ſperarent effugia: at cōtra Romanis, timidis eſſe licere, qui in tuta fugam ſuam conferre poſſent. Hinc Miloni inuidia, quòd P. Clodium in monumentis maiorum ſuorū occiderit. Clodī quoq̄ de uiolatis Bonæ deæ cæremonīs accuſati defenſio, q̄ eo tempore non Romæ, ſed Interamnæ fuiſſet. *Huius loci uſus.*

¶Scholia in caput decimumoctauum.

Locus qd sit.

LOcum autem in præsentia non uelim tam scrupulosè accipi, quàm ab Aristotele.) Aristoteles τῶν φυσικῶν libro quarto, post longam disputationem de loco, ὥσε (φησὶ) τὸ τοῦ περιέχοντος πέρας ἀκίνητον πρῶτον τοῦτ' ἔστιν ὁ τόπος. Quæri solet, quomodo dicat Aristoteles locum esse immobilem, cum sit accidens, ac proinde necessario moueatur moto subiecto. Longum sit hic referre sententias omnium. Mihi placet id quod ait Rodolphus, locum immobilem dici, non absolutè ac omni modo, sed quod attinet ad rationem loci. Potest enim extremũ illud corporis ambientis referri ad duo. Primum, ad corpus illud ambiens, in quo est: atq; hac ratione moueri quidem potest, cæterum loci nomen ei non competit: neq; enim locus est corporis illius. Deinde ad corpus illud quod ambitur ac cingitur, cui collatum dicitur locus, & immobilis manet. ¶ Est locus, Hesperiam Graij.) Verba Ilionei sunt primo Aeneidos. ¶ Deuenêre locos.) Verba Veneris sunt ad Aeneam libro eodem. ¶ Sanè multa sunt locorũ discrimina.) De hac locorũ diuersitate multa in partitionibus Cicero: & Fabius Quintilianus lib. institutionũ quinto eadem ferè quæ Rodolphus. ¶ Aduſtus sole an frigore rigens.) Alludit ad quinque illas terræ zonas, quarum duæ extremæ frigore rigent, media sole torretur ac quasi aduritur, temperatæ sunt duæ interiacentes. Lege Macrobij librum secundum in somniũ Scipionis. & Vergilij primum georgicon. ¶ Ecquid Romani uolare possent.) Duo bella Romani gesserũt

Quinque terræ zonæ.

aduersus Macedones, alterum, quo T. Quintius uicit Philippum: alterū, quo Perſen Philippi filiū Paulus Aemilius. Quando autem aut à quo dicta ſint uerba quæ affert Rodolphus, nōdum legiſſe memini. Apparet in concilio quopiam dicta fuiſſe, ubi cum Macedones de bello à Romanis impendēte deliberarēt, tum neſcio quis, ut in ſpem illos erigeret, eiuſmodi dixit aut eſſe naturam locorum, ut Romani in Macedoniam peruenire non poſſent. ¶ Hinc Annibalis in Italiam tranſgreſſi.) Autor eſt Titus Liuius de ſecūdo bello punico libro primo. ¶ Hinc Milōis inuidia.) Clodianos illud egiſſe, ut Miloni conflarent inuidiā, propterea quòd Clodium in monumētis maiorū ſuorum occidiſſet, facile oſtendit iſta Ciceronis pro Milone oratio. Ita enim ſcribit: An eo mors atrocior erit P. Clodij, quòd is in monumentis maiorum ſuorū ſit interfectus? hoc enim ſæpe ab iſtis dicitur, perinde quaſi Appius ille Cæcus uiam munierit, nō qua populus uteretur, ſed ubi impunè ſui poſteri latrocinarentur. ¶ Clodij quoq; de uiolatis Bonæ deæ cæremoniis.) Solebāt apud Romanos ſtato tempore in domo alterius conſulis, Bonæ deæ arcana quædam fieri ſacra à fœminis, uiris inacceſſa. Eis ſacris cum P. Clodius captus amore Pompeiæ uxoris C. Cæſaris interfuiſſet, ac proinde uiolatæ religionis reus eſſet, corruptos quoſdam teſtes produxit, qui iurati dicerēt, eum tēpore illo, quo cæremoniæ eius deæ uiolatæ dicerētur, nō Romæ, ſed Interamnæ fuiſſe. Mentionē fecit eius rei Plutarchus in uita Ciceronis. Et Cicero

Bonæ deæ ſacra.

ipse in oratione Miloniana: Legite, inquit, testimonia testium uestrorum. Dixit C. Cassinius, cognomẽto Schola, Interamnis familiaris meus, & idẽ comes P. Clodij, cuius iam pridem testimonio Clodius eadẽ hora Interamnæ fuerat & Romæ, P. Clodiũ illo die in Albano mansurum fuisse.

¶ Quid tempus, quomodo id diuidatur, qui eius usus. Caput XIX.

Tempus quid.

TEmpus definiri solet, esse numerus motus secundum prius & posterius. Nos apertius dicemus, esse ex cæli solisq; uertigine deductum spatiũ, quo rerum oĩm agitationẽ uicissitudinẽq; metimur. Inde horam sumimus ferè cõtinentem spatio uigesimãquartam diei partẽ. Dies spatium est illud, intra quod cælum raptu suo solem nobis eo loco quo proximè abstulerat, sistit. Ex diebus mensis fit, intra quẽ à sole luna profecta, spatiumq; omne cæli emensa, rursus reddit soli. Et annus, quo sol percurso duodecim signorum orbe, ad eam qua fuerat cæli partẽ redit. ¶ Potest nobis tempus eadem rõne diuidi, qua locus diuisus est: ut alia in tpe spectentur, quæ ppria sint ipsius: ut præsens, præteritũ, futurũ: ut nunc, tunc, modo, mox, pridem, sero, nuper, olim, cito,

Tẽporũ unde spectanda diuersitas.

tarde,diu,breui. Alia ex ijs quæ à natura accedunt ipsi:ut dies,nox,annus, mensis: hyems,uer,æstas,autūnus. Serenū quoq; & nubilū,turbidū & tranquillum,pluuium,niuosum,uentosum,& feruens æstu, & molestū frigore, tempora sunt discrimina. Ex hominibus sumunt, & quæ ad ætates hoīm ptinent,ut puericia,adolescētia,iuuēta,uirilis ætas,senecta. & quæ cōueniunt agēdis rebus, quales sunt festi p festiq; dies. Et messis, uindemiæ, arandi, serendi,terendi tempus:& pacis,& belli, & famis,hubertatis, pestilentiæ, sanitatis dicimus. Et sumitur in tpe quoq; cōmoditas quædam ad cōficiendū aliquid, quā occasionem uocant, cuius (ut inquit Liuius) opportunitas momēto præteruolat, nunq; reditura. Vnde & tempestiue & intempestiue: & opportune & importune fieri aliquid iudicatur. Nec minor est tēporum,q̄ locorū uarietas. Latissime quoq; & sine modo spargi possent ista,si quis dicere,quantū res caperet,non quantum satis est,uellet. ¶Multū ad fidem,multū ad effectus,& tempora cōtulerint diligēter inspecta,Ergo pro Milone est,nō esse *Varius hūius loci usus.*

k

credibile sumpsisse ipsum cõsilium occidendi Clodij, tpe quo petebat consulatũ. Et Ciceroni obiectum est ab Antonio, ꝙ in medio armoꝝ ciuiliũ fremitu dicax fuerit. Quid Virgilius? Hic Priamus, quam q̃ in media iam morte tenet, Non tñ abstinuit, nec uoci iræq; pepercit. An ulla re potuit magis exprimere magni & inuicti animi uiꝝ, cuius libertatẽ spiritumq; ne extremi quidẽ tpis necessitas cõprimeret? Iterumq;, Quinetiam hyberno moliris sidere classem, Et medijs ꝓperas aquilonibus ire p altum. Alia quæ dixit Dido, aptiora forte fuerint affectui Aeneæ: hoc ad suadendum utilitatis rõne fuit potissimũ. In summa, ut in usu reꝝ præcipua est temporꝝ obseruatio, sic ad fidem faciendã maxime est accõmodata. qñquidẽ ut plurimũ quodq; uirium habet in agendo, ita maxime ad fidẽ contulerit in differendo.

¶ Scholia in caput decimumnonum.

Tempus. TEmpus ita definiri solet, esse numerus motus &c.) Ita Aristoteles tempus definit quarto libro physicorum. ¶ Dies spatium est.) De diei ortu & occasu Gellius libro tertio capite secũdo. Et Macrobius primo libro saturnaliorum, capite tertio. ¶ In-

tra quẽ à sole luna profecta.) Quot diebus cursum suum cõficiat luna, docet Macrobius libro primo in somnium Scipionis. ¶Et annus.) De annorum diuersitate, ordinatione, correctiõe, multa Macrobius in somnium Scipionis, libro secundo capite undecimo. & primo saturnaliorum, capito duodecimo & decimotertio. ¶Potest nobis tempus.) Eadem ferè Quintilianus libro quinto capite decimo. ¶Terendi.) exterendi grana, & triturandi. ¶Quam occasionẽ uocãt.) Cicero in rhetoricis, Occasio, inqt, ẽ pars tẽporis habẽs in se alicuius rei idoneã faciẽdi aut non faciẽdi opportunitatẽ. Dicitur a græcis καιρός, Vnde uulgatũ illud, γνῶθι καιρόν. de quo uide Erasmi chiliadas. ¶Cuius ut inqt Liuius.) Post occisos in Hispania Cn. & P. Scipiões, Romanorũ exercitus ipse sibi ducẽ creauit L. Martium Septimij filiũ. Is Martius hortaturus Romanos, ut Pœnorum castra adorirentur noctu, inter cætera (ut refert Liuius secundi belli punici libro quinto) hæc dicit: Scio audax uideri consilium, sed in rebus asperis ac tenuibus fortissima quæq; consilia tutissima sunt: quia si in occasionis momento, cuius præteruolat opportunitas, cunctat⁹ fueris, nequicquã mox amissam queraris. ¶Ergo pro Milone.) Ciceronis in ea oratione uerba sic habent: Quem igitur cum summa gratia noluit, hũc uoluit cum aliq orum querela? Quem iure, quem loco, quem tempore, quem impunè non est ausus: hunc iniuria, iniquo loco, alieno tempore, cum periculo capitis, non dubitauit occidere? præsertim iudices, cũ

Occasio.

honoris ampliſsimi contentio, & dies comitiorũ ſub eſſet, quo quidem tempore (ſcio enim quàm timida ſit ambitio, quantaq; & quàm ſolicita cupiditas conſulatus) omnia non modò quæ reprehendi palàm, ſed etiam obſcurè cogitari poſſunt, timemus, &c. ¶Et Ciceroni obiectum.) *Hac de re ita ipſe Cicero in ſecunda Philippica: Sed omittatur bellum illud, in quo tu nimium felix fuiſti. ne iocis quidem reſpondebo, quibus me in caſtris uſum eſſe dixiſti. Erant quidem illa caſtra plena curæ, ueruntamen homines, quamuis in turbidis rebus ſint, tamen ſi modò homines ſunt, interdum animis relaxantur.* ¶Hic Priamus.) *Carmẽ eſt ex ſecundo Aeneidos.* ¶Quin etiam hyberno.) *Quarto libro Aeneidos.*

¶Connexa quæ ſint, & quõ diuidant. Ca. XX.

Connexa quæ.

CONnexa dicimus, quæ nõ circũſtant quidẽ rem, quemadmodũ locus & tempus: ſed extrinſecus tñ in ipſam incũbere uidentur, ut diuitiæ cõnexæ ſunt diuitiſ: ſunt em̃ extra illũ, habet tñ diues ab eis quod dicitur diues. Sic & coniugiũ in cõnexo: eſt numero: nam ut maritus quis dicatur, nõ niſi ab uxore: nec ꝙ uxor, niſi à marito contingit. ¶Quid ergo? dicat aliquis: eſſe maritũ, nónne eſt in eo quẽ uocamus maritũ? ſic & diuitẽ eſſe, in eo qui diues dicitur? quid obſtat ergo, quo minus

Obiectio.

adiacentia uocentur ista? Haud difficile est uidere, quid inter ista & adiacentia intersit. Quanq̃ æque insit ei q̃ maritus est, maritũ esse: ut ei quod calet, esse calidum, quod adiacens esse apertũ est: tñ non solũ calidũ esse, sed & calor à quo calidum nomen accepit, ineſt rei quæ calet. ita nõ fit aũt in marito: nam esse maritum, ineſt ei quẽ maritũ dicimus: uxor tñ, à qua habere q̃ maritus dicatur, nemo dubitauerit, extra maritũ est. Sic regiũ nomen in rege est: à regno tñ quod est extra regẽ, ut rex dicaꝰ, necesse est sibi cõtingere. Est præterea hæc quoq; differentia, q̃ in adiacentibus, ea quæ dant denominationem, non possunt sine eo quod denoiaꝰ esse: ut calor nullo pacto pmanere põt, eo quod est calidũ, sublato, nec perempto homine, sapientiæ quæ in illo fuerat permanere nec res, nec nomen põt. In diuitꝫs contra, põt eñ manere id unde diuites sumũt nomẽ, tametsi nemo sit diues. Quanq̃ eñ nomen diuitiaꝝ non retinet auꝝ, si in nullius sit possessiõe: res ipsa tñ durat, unde & dicti fuerunt diuites, & rursus queant dici. ¶ Possunt diuidi connexa, ut alia dican

Dilatio.

Cauilli amotio.

Connexorum diuisio.

tur in proximo posita & tanquã attingen tia rem: ut in aere nebulosum dicimus & uentosum: in aqua limosum, piscosum: sic ī terra herbidũ, arboribus refertũ. Eiusq; generis item sunt, altũ, humile, mons, ual lis, tumulus, lacus: quoꝝ nihil p se intelli gi põt, sed oīa ex alio spectantur. Sic in in corpore hoīs armatũ, uestitũ, præcin ctum, calceatũ dicimus, & sanguine con sperſum, & luto oblitũ, & puluere opple tum. Alia sunt cõnexa quæ uelut è regio ne & de longinquo rem aspiciũt: ut sunt pleraq; eoꝝ, quæ nõ tam sensu possunt in re deprehendi, q̃ intellectu. Vt sunt quæ uel in possessiõe intelliguntur: ut diuitiæ, opes, regnũ, imperiũ, potestas, dñium, ser uitus, obsequium: quæq; reliqua huiusce sunt cõditiõis, ut magistratus oēs, & oīe id quo uel in homines uel in res imperiũ ius ue habere intelligimur: & quæ aliam quandã coniunctionẽ significant reꝝ: ut amicus, hostis, ciuis, peregrinus, domesti cus, exterus, familiaris. Sic coniugium, id est, maritus & uxor: sic ciuitas, id est, con sentiẽtes ciues: sic reliqua, quorũcunq; cũ sit in aliquo nomen, id ab alio tñ quod ex

tra ipſum eſt,oriẽ. ¶Aequalitas autẽ uel inæqualitas,ut ſunt à philoſophis definita,differentiũ rerũ eadẽ uel diuerſa quantitas:ut tripedale tripedali comparatum æquale eſt:& tripedale bipedali, & maiora minoraq; ſunt inæqualia:ſimilia etiam ut dicunt diuerſa eandẽ habentia q̃litatẽ, ut albũ albo:&,diſſimilia,quæ diuerſas q̃litates habẽt,ut ſunt album & nigrũ:hæc oĩa huius loci poterant uideri,ſi acciperẽtur ueris&his ipſis qbus cõparãt noĩbus: &talibus etiã,quæ ꝓprie eſſent cõnexa,& nõ imaginẽ potius cõnexorũ haberẽt,hoc eſt, quæ eiuſmodi eſſent, quorũ cum eſſet unũ,etiam alterũ eſſet. Nunc ꝓ eo quod dicendũ erat,minus potẽs põt,ergo magis potẽs põt:&,doctior huius rei neſcit, ergo indoctior neſcit: quæ ſane uera connexorũ ſunt nomina,pro eo nos dicimus,miles põt,ergo rex põt:&præceptor neſcit, ergo diſcipulus neſcit:cum horũ quoduis alterũ poſſit ſine altero eſſe, & rex potẽtior milite,&cõtra miles potẽtior rege:& diſcipulus præceptore,& eruditior diſcipulo præceptor eſſe poſſit. Sic etiã ſi dicatur,Annibal nõ potuit cape Romã, q̃ po

Aequalitas, ſimilitudo, & cæteraid genus, ad hunc locum pertineant.

tentior fuit, ergo Gothi imbecilliores nõ poterunt capere: nomina sunt connexorũ ista, sed res nequaq̃: non fuerunt em̃ eadẽ tempora Annibalis & Gothorũ: quare cũ simul non sint, similia sunt cõnexis, cõnexa nõ sunt. Si quis tñ ad legẽ, quam prædixi, argumentetur, ductum erit hoc è loco argumentũ. At cũ rarissima hæc sit obseruatio, sintq; hæc reliquis eis quæ cõparata dicimus, usu tractatuq; similia, in eundẽ cum illis locũ cõtulimus æqualia & similia, diuersaq; istorũ dissimilia & inæqualia. Nam ea quæ nos postea dicemus similia, separatũ habent ab aliis accidẽtibus locum. non enim in hanc significationem similia dicũtur: quod cum dicetur de ipsis, non erit difficile perspectu.

¶ Scholia in caput uigesimum.

HAud difficile est uidere.) Duplex affert discrimen inter connexa & adiacentia. Alterũ quòd in adiacentibus non modò ipsa denominantia, sed & illa quæ præbent rei denominationẽ, in re ipsa sunt: at in connexis, id quod causa denominationis est, planè extra rem est. Alterum, quòd in adiacentibus ea à quibus habet res ut denominetur, sine illa re esse nõ possunt, in connexis possunt. ¶ Aequalitas autem.) Quod dicit, hoc est: Aequalitas est rerum di-

Aequalitas.

uersarum eadem quantitas. Inæqualitas est rerũ diuersarum quantitas item diuersa. Similitudo diuersarum rerum eadem qualitas est. Dißimilitudo rerũ diuersarũ diuersa ẽ qualitas. Hæc igitur oĩa, quoties hisce nominibus significantur, ex albo sunt connexo rum. Sed fieri solet, ut quoties horum aliqua inter decendum occurrunt, tum non his sed alijs quibusdam nominibus utamur: quo fit ut ad eum potius referenda sint locum, qui dicitur comparatorũ. de quo post capite uigesimoquinto. ¶ Annibal non potuit capere Romam.) Annibal quo modo relicta Capua exercitũ ipsi Romanæ urbi admouerit, & abiecta rursum spe capiũdæ urbis inde discesserit, explicat T. Liuius secundi belli punici libro sexto. ¶ Ergo Gothi.) Ab his duce Halarico urbem Romam obsessam captamq; esse tradunt multi. Modum ac seriem captæ urbis explicat Baptista Egnatius. Quoties autem & à quibus intra paucos annos capta Roma fuerit, præter alios docet Antonius Sabellicus Enneade nona.

Inæqualitas. Similitudo. Dißimilitudo. Romã Annibal capere nõ põt. Gothi.

DE ACCIDENTIBVS.

¶ Quæ uocet hic accidentia, & quot horũ sint species. Tum de sententia Ciceronis, Quintiliani, & Boethij, de adiunctis, antecedẽtibus, consequẽtibus & repugnantibus. Cap. XXI.

NOlim quisquam credat me ignorare, propter hanc insolitã accidẽtis appellationẽ, qd uulgo hoc nomine philosophi significent, ut sit accidens id non

Accidẽtiũ nomen qd hic designet.

nunquam omne, quod non sit substantia: nonnunq̃ uero, quod abesse rei & adesse, ut non corrumpatur res, põt: ut calor accidens est aquæ, põt enim adesse aquæ & abesse, ut tñ permaneat aqua. Ego accidẽtia uoco in præsentia, quor̃ utrũuis & esse & interire, sine alterius pernicie possit, quemadmodũ dicimus in rebus accidere ea, quæ temere, & nullo delectu aut prouidentia uidentur fieri. Ex qua significatione Seneca inquit: Non accidunt (ut putas) oĩa, sed eueniunt. Et Quintilianus in *corporis proiecti: Poteram (inquit) nihil ex accidentiũ meor̃ nouitate mirari. Sic nos ea quæ temere & nulla sunt existẽdi necessitate coniuncta, uocamus accidẽtia. ¶ Ea in quinq̃ diduximus species, cõtingentia, pronũciata, nomen rei, cõparata, & similia. Esse aũt hæc oĩa ex accidentium genere, hinc facile perspici põt, q̃ oẽs hi loci, non solum in ĩs sunt, quæ sunt cõiuncta cum re, & quæ simul esse oportet: sed & in eis, quæ antecedunt rem, & quæ consequunt. Sic ea quæ contingentia uoco, ut iurgatũ esse, antecedit qñq̃ cædem: aut expalluisse, aut latebras quæsisse, aliqñ

* Aegri redempti.

Quinque accidẽtiũ species.

consequit cædem. utraq; uero cædis sunt accidentia: quia & illa sine cæde, & cædes sine illis potuit euenire. Nomina etiã rerũ & pronunciata itidem de rebus, existentium non solum sunt rerum, sed & futurarum rerum, & earũ quæ fuerunt. Similiter cõparationes similitudinesq;, non modo ex ijs ducimus, quæ rebus coniuncta sunt: sed persæpe ex ijs, quæ præcesserunt: nonnunquam & ab ijs, quæ temporum ordine sequuntur. ¶ Quoniam autẽ adiunctorũ, antecedentium, & consequentium, locus iste nos admonet, aptissimum uidetur hic recensere, quid istis nominibus Cicero uoluerit accipi. Sane ille, non locum, non tempus, non * applicita, non contingentia, posuit inter locos: sed hæc omnia nomine adiunctorũ cõplexus est. Ego, de loco, tpe, & cõnexis, cũ de illis dicerẽ, rõnem reddidi. Contingentia uero recte illum locum, quem adiunctorũ uocari Boethius putauit, intra se claudere uidẽtur. qm̃ eiusmodi sunt, ut esse cum re ꝓpo sita & sine ea possint, malui tamen cõtingẽtia ea quàm adiũcta uocare: qm̃ ut modo oñdi, adiunctorũ & añcedentiũ & con

Opinio Ciceronis de adiunctis, antecedẽtibus, & consequẽtibus

✠ *Connexa.*

sequentiũ nomen, uelut tres sunt gradus, p quos oẽs accidentiũ loci ducerent. Sed quæ antecedentia & cõsequentia uocauerunt Cicero, Quintilianus, & Boethius, additaq; eis etiam repugnantia, loci non sunt, sed argumẽtandi formæ quædam, quas licet p oẽs locos colligere. Qua in re, quo litem hanc Ciceroni & Quintiliano remittam, quos diuersa ab istis magnorũ studiorũ ratio facile tuetur, ut hæc ab alijs accepta, aliena quoq; traderent fide. Boethij certe nõ ĩmerito desiderauerim diligentiã, quia nullam studiorũ partẽ uideri põt impensiore tractasse cura. Nam & Aristotelis topica ex græcis latina fecit, & in Ciceronis topica edidit cõmentarios, & quatuor topicorũ libros ipse cõscripsit. In eorũ librorũ tertio de antecedentibus sic ait: Antecedentia sunt, quibus positis, necesse est ut aliquid sequatur. uelut cũ dicimus, si hõ est, animal est. Quod si uerum est, etiã animal antecedens erit ad hoĩem. Licet eñ dicere, si oñe animal est, homo est. erũtq; hinc inde, animal homini, & hõ animali añcedens. Ad hoc, quo pacto distinguetur hic locus ab alijs, cum

Cõtra sententiã Boethij.

Ratio prima.

Secunda.

sit ex oĩbus ferè locis tale aliquid sumere, quo posito sit necesse aliquid sequi: ut posita definitione, sequit definitũ: posita specie, sequitur genus: posito toto, sequuntur partes: & ad causas euẽta, & ad euẽta causæ, & ad oẽs ferè locos, aliquid necessariò sequitur. Quid ergo fuit opus nomen antecedentiũ secernere, si sunt ea reliquis locis, nõ uni alteri ue, sed prope oĩbus cõia? Præterea libet quærere, an si dicã, hõ est, ergo aníal est: fit ductum argumentũ ab antecedentibus. Quod si aiat, haud uideo quod dicetur à specie ductum. Sed negat Boethius, dicitq; solum ab añcedentibus sumi argumentũ, cum p conditionẽ effertur: ut, si hõ est, animal est. Primum ergo magnæ infelicitatis damnat antecedẽtia, cum possit ex reliquis oĩbus depromi argumentatio, ex añcedentibus non possit. Cum eñ antecedẽtia aliter pnunciari nequeant, q̃ quo pacto ipse præscribit, non poterit utiq; ex ipsis cõfici argumẽtatio. Nec enim est argumentatio: si hõ est, aníal est: sed pars solum argumentationis, quæ quidem, si addideris, sed hõ est, ergo aníal est: tum demũ erit expleta. Deinde, cũ *Tertia.* *Quarta.*

locorum distinctio, pro diuersa habitudine rerum sumatur, quã accipiũt aliæ aliis comparatæ, ut animal homini comparatum, genus est: uirtuti uero sentiẽdi, subiectum est: corpori & animæ, est totum. Cum ergo inter ista, si hõ est, animal est: &, hõ est, ergo animal est: nullum fit rerũ discrimen: qui põt fieri, ut dicantur è locis diuersis sumptæ argumentationes?

Quæ fuit igitur causa tradendi Boethio ista hoc pacto? Dicam equidem. Vir ingeniosus, qui uidebat, si antecedentia faceret oĩa, ad quæ simpliciter illata, aliud sequeretur, non habiturũ se quo consequentia inueniret: undecunq; eã duceret argumẽtũ, si necessario sequeretur aliud, oportebat id ab añcedentibus dici: non habebat ergo, quod à consequẽtibus uocaret. Instituit ergo, ut antecedentia p conditionem (ut dicimus) pronunciarentur, & consequentia essent eadẽ illa, mutato tñ ordine, & p contradictionem & assueueranter prolata. Vt sit ab antecedenti, si hõ est, animal est. deinde à consequenti, sed nullum animal est, ergo hõ non est. fietq; ex duobus locis argumentatio una. Mihi per-

Quõ intel

suasum est, multo aliter sensisse Ciceronē, & uoluisse ex ãcedentibus argumentati onē duci, quoties proposita conditionali, ab eo quod per conditionē ãcedens fecimus, quo ordine ꝓpositū erat, duceret argumentum: ut si hō est, animal est: deinde ab hoīe quod ãcedens fecit, ducit argumentationē, quã ab ãcedente uocat: sed hō est, ergo animal est. Sic cum conuerso ordine, ab eo quod ex conditione consequens erat, duceret argumentationem, à consequentibus uocabat. ut si hō est, aīal est: animal hic est consequens, ducitur ergo à consequenti, sed nullum aīal est, ergo nullus homo est. Veꝝ ista, quōcunq; libeat accipere, non loci sunt, sed formæ argumentandi: cum non reꝝ inueniendaꝝ ratione, sed certa colligendæ argumẽtationis lege constẽt. Repugnãtia quoq; Boethius uoluit esse contraria consequentiũ. Sed qm̃ hæc etiam ꝑ tot locos spargi possunt, per quot consequentia; sparguntur, & ad certũ argumẽtandi modũ sicut consequẽtia trahunt, neq; suũ poterũt ꝓprium habere locum, & ad iudicandũ potius, q̃ inueniendũ ꝓtinebunt. Nos ergo, an

ligendus Cicero.

Repugnãtia.

Antecedentium,

consequẽtiũ, & adiunctorũ uocabulis quõ hic utendum.

tecedentia, consequentia, adiuncta, ita putamus accipiẽda, ut tempore ea distinguamus ordine. hocq; semel in oẽs accidentium locos admonitum uolumus, posse ex quolibet eorũ p tres istos gradus duci argumenta, & quenq; locum in quærendo hoc ordine excutiendũ esse. Tria aũt nomina ista, quoties p se ponentur, poterũt quidem & ad pronunciata referri: sed accõmodatissimè naturæ proprietatiq; contingentium accedent.

¶ Scholia in caput uigesimumprimum.

Accidens

VT sit accidens id nonnunquam omne.) Accidens duo potißimum significat apud philosophos. Principio omne illud quod nõ est in genere substantiæ, quo intellectu accipiendum quod dicunt, nouem esse genera accidentium, quãtitatem, relationẽ, qualitatem, actionem, paßionem, ubi, quando, situm esse, & habere. Deinde, id quod contingit eidem inesse & non inesse. Id hunc in modum finit Porphyrius: Συμβεβηκὸς δέ ἐστιν ὃ γίνεται καὶ ἀπογίνεται χωρὶς τῆς ὑποκειμένου φθορᾶς. Accidens est quod adest & abest citra subiecti corruptionem. Horũ ergo significatuum neutro in præsentia utitur Rodolphus. uerum accidentia uocat res eas, quæ ita coniũguntur, ut & seiungi rursum posßint, & utraq; esse sine altera. ¶ Ex qua significatione Seneca ait.) Sene-

Seneca.

ea in libro unico de diuina prouidẽtia: Fata, inquit, nos ducunt, & quantum cuiq; temporis reſtet, prima naſcentiũ hora diſpoſuit. Cauſa pendet ex cauſa, priuata ac publica lõgus rerũ ordo trahit. Ideo fortiter omne faciendũ eſt, quia nõ ut putamus incidũt cuncta, ſed eueniunt. Olim conſtitutum eſt, quid gaudeas, quid fleas: & quamuis magna uideatur uarietate ſingulorum uita diſtingui, ſumma in unũ uenit. Sic quidem hodie in exemplaribus legitur. Rodolphus pro illo putamus, legit putas: & pro incidunt, accidunt. Quarũ lectionum utra ſit emendatior, eius rei iudicium ſit penes alios. Mihi illud accidunt magis arridet, quàm incidunt. ¶Et Quintilianus in corporis proiecti.)id eſt, in declamatione ea cui titulus eſt, corporis proiecti. Porro cum ex alijs quibuſdam, tum ex hoc etiã loco facilè perſpectu eſt, Rodolphũ hominem fuiſſe plurimæ lectionis: & cum hæc ſcribe ret, tum aut libros ei ad manum non fuiſſe, aut alioq fidutia quadam inſignis memoriæ illos non conſuluiſſe. Quæ res eſſe ſolet in cauſa, ut homines alioq lon ge doctiſſimi, uel in nominibus proprijs, uel in libro rũ titulis, uel alijs quibuſdam hiſce non diſſimilibus, ſoleant nonnunquam errare. Ita Cicero ab Aiace ea apud Homerũ dici ait, quæ nõ ab illo, ſed ab Hectore dicta eſſe animaduertit A. Gellius. Cui ſimile quiddã in eodem Cicerone deprehẽdit & Politianus Miſcellaneorum capite quinquageſimotertio. Quibus nõ ita diſſimile eſt id quod hoc loco fecit Rodolphus. Siquidem uerba Quintiliani quæ citat, nõ in corporis

Erratum Ciceronis

proiecti, sed in ea declamatione posita sunt, quæ hãc proxime procedit, cui titulus est, æger redemptus. Ibi hunc in modum orditur pater: Quamuis iudices in tanta malorum continuatione iam poterã nihil ex accidentium meorum nouitate mirari, nullumq; mihi reliquerunt impatientiæ genus aduersa &c. Huius generis & illud, quod capite uigesimoquinto, Sp. Melij nomen ponit, pro Tiberij Gracchi. Id quod facilè animaduertet, quisquis legerit orationem eã Ciceroīs in L. Catilinam, ex qua id exemplum depromptum est. Neq; ita longè hinc dissidet, quod secundi libri capite decimonono, à Megara ea dici ait, quæ apud Senecam, non ab illa, sed ab Amphitryone dicũtur. Quod genus & alia quædam lectori occurrent, quemadmodũ suis indicabimus locis. Sanè si quis cẽsor accedet tam iniquus, qui eiusmodi erratula uehementius insectanda ac reprehendenda putet, ei hoc ego solum respõdero, homines indoctos ad istunc errare modum non solere. ¶ Sic & quæ contigentia.) Nota genus locutionis. Neq; enim uerbum ullum appositum est huic nominatiuo contingentia, nisi quod singulis partibus sua uerba apponũtur antecedit & consequitur. Sic Vigilius, quanquam diuerso casu:

Protinus Orsilochũ & Buten, duo maxima Teucrũ
Corpora, sed Buten aduersum corpore fixit
Loricam galeamq; inter, qua colla sedentis
Inuenit, & læuo dependet parma lacerto.
Orsilochum fugiens magnumq; agitata per orbem
Eludit gyro interior, &c.

Simile est huic illud, autore Macrobio: etiamsi Seruius longum subesse putat hyperbaton:

Macrobius li. 6. Saturnaliorũ cap. 6.

In ea reges, ingenti mole Latinus
Quadrijugo uehitur curru, cui tempora circum
Aurati bis sex radij fulgentia cingunt,
Solis aui specimen: bigis it Turnus in albis,
Bina manu lato crispans hastilia ferro.
Hinc pater Aeneas Romanæ stirpis origo,
Sidereo flagrans clypeo & cælestibus armis,
Et iuxta Ascanius magnæ spes altera Romæ,
Procedunt castris.

Aeneid. 12.

¶ Quoniam autem adiunctorum, antecedentium & consequentium.) Principio explicemus quid sibi uelint hæ uoces: ita plenius intellecturi, quorsum tẽdat Rodolphus. Antecedens est, quo posito aliud quiddã necessario sequitur. Consequẽs, quod necessum est eẽ se, si id cui consequens est, præcessisse constiterit. Vt, quam peperisse constat, eam necesse est cum uiro consuetudinem habuisse. Adiuncta sunt, quæ ita aut antecedunt rem aliquam, aut sequuntur, aut cum ea cohærent, ut nulla tamen præcedendi cohærendiue aut sequendi intercedat necessitas. Verbi causa: Cædem præceaere solet uerborum contentio. cohærere, uel uox eius qui cædem fecisse arguitur, uel occisi uociferatio aut gemitus, uel aliud quippiam hisce non usquequaq; dissimile: seq, fuga, timor, latebræ, trepida ac incõstans respõsio. quorum omnium nihil est, quod necessitate aliqua cum cæde iungatur: & tamen raro ita quisquam occiditur, ut nihil horum ei cædi ad

antecedẽs. Cõsequẽs. Adiuncta.

iunctum sit. Ergo quæ adiuncta alij uocant, ea (quemadmodum diximus) Rodolphus, partim cõtingentia, partim applicita uocat. Antecedentia autem & consequentia non putat esse locos distinctos, eo quòd in omnibus propemodũ locis talia quædã inueniri queant. Hæc rei summa: in qua, ut quidem mihi uidetur, non pessimè Rodolphus: etiãsi quædam obiter interserit, quæ mihi hauddum satis probãtur, quæ suis locis non dissimulabo. ¶ Contingentia uerò rectè illũ locum quem adiunctorum uocari Boethius putauit, intra se claudere uidentur.) Quemadmodum negari non potest, maximam adiunctorum partem contineri loco contingentium: ita ne id quidem in dubiũ uocari debet, quædam utiq; ex ijs pertinere ad locũ applicitorum, quando hæc quoq; adiunctorum uocabulo à Cicerone comprehẽsa fuisse ipse testatur Rodolphus. Boethij porrò non aliam ac Ciceronis de adiũctis fuisse sententiam, id uel hinc liquet, quòd is tertio topicorum libro, ita imitatus est topica Ciceronis, ut præter exempla nihil quicquam mutasse uideatur. ¶ Sed quæ antecedentia & consequentia.) Duæ dialectica ptes

Duæ dialecticæ partes sunt, una inueniendi altera iudicãdi. Prior inueniendi argumẽti rationem ac locos tradit: ac proinde topice dicitur. Altera, formas quasdam tradit argumentandi, quibus dijudicari expediq; inuentum iã argumentum posit, nominatúrque κριτικὴ, παρὰ τὸ κρίνειν, hoc est, a iudicãdo. Quæ igitur à Cicerone, Quintiliano, & Boethio, in locorum explicatione de antecedentibus, cõsequentibus,

repugnãtibusq; præcipiũtur, ea (inquit Rodolphus) ad posteriorẽ potius dialecticæ partem, quàm ad priorem pertinent, quare non erant hæc referenda inter locos. Sanè Cicero ipse paulò minus in hac uidetur fuisse sententia, ut putarit ea quæ ab ipso de his tribus dicuntur, magis ad explicanda formandaq;, quàm ad inueniẽda argumẽta pertinere. Verba eius sic habẽt: Cum tripartitè igitur distribuatur locus hic, in consecutionem, antecessionem, repugnantiã: reperiendi locus simplex est, tractandi triplex. Hactenus Cicero. Verum enimuero ut altius paulò hæc discutiamus, asscribã huc uerba ipsius Rodolphi, ex capite uigesimosecundo de cõtingentibus. ubi inter alia multa: Nec est, inquit, inutile, etiãsi id natura rei non cogeret, plures tamen esse locos, hoc est, aditus & uias unius inueniendæ rei: ut si minus unus perducat nos ad id quod quærimus, altero tamen tertiõue tentantibus, aliqua parte procedat. Hæc Rodolphi uerba si uera sunt, quid tandem flagitij admisit Boethius, qui antecedentia quoq; & consequentia unà cum repugnantibus, inter locos inseruit? An nõ hæc etiam uiam aperiunt facilius inueniendi? Nónne multa sunt, quæ hac ratione facilius inuestigari queant, quàm si alia uia quærantur? Et ut missa faciã antecedentia & consequentia, certè repugnantia non uideo cur reijciat Rodolphus, eo dũtaxat intellectu, quo est hoc nomine usus Boethius, uti paulò post dilucidius explicabitur. ¶ Quod si uerum est, etiam animal antecedens erit ad hominem.) Hoc quàm sit ue-

rum uiderit Rodolphus. Omnes certè confirmãt, hominem esse antecedens ad animal: nemo contrà, animal ad hominem. Neq; profecto uirium quicquã habet, quod affertur de omni animali: quando fieri potest, ut idem diuersa ratione acceptum, interim antecedens, interim consequens esse dicatur. Ita homo est antecedens animalis: nequit enim homo esse quin & animal sit. Cõtra, omne animal antecedens ad hominem, siquidem nullo modo fieri potest, uti omne animal sit, quin sit etiam homo. ¶ Ad hoc quo pacto distinguetur hic locus ab alijs.) Respõdeat (opinor) Boethius, non piget me ire inficias, quin antecedentia & consequentia sparsa sint per locos fermè omnes: sed esse quædam, quæ facilius inuestigari queant, cum his significantur uocabulis: q̃ si alijs eadem uocibus notarentur: atq; hãc sibi causam fuisse, cur distinctũ istis dederit locum præsertim cum ne Rodolpho quidem displiceat, etiãsi natura rei non cogat, tamen plureis esse locos, hoc ẽ aditus & uias unius reperiẽdæ rei. ¶ Quod si iam, haud uideo quod dicetur à specie ducium.) nuitus facio ut in ista inquirã scrupulosius, ac uelut censoria quadam uirgula quædam notem in uiro hoc, quo neminem ego in hoc duntaxat argumẽti genere, maiorem meruisse laudem ausim contendere. Sed quemadmodum in speciosis fere corporibus solent animaduerti quædam, quæ non displiceãt ipsa quidem, at minus tamen placeant quàm cætera: ita haud scio quo modo in uiris etiam quamlibet doctis, quædam tamen notari solent, in quibus etsi non alijs,

tamen se ipsis inferiores esse uideantur. Et quid si (quemadmodum ait ille) quandoque bonus dormitat Homerus? id quod hoc loco, ut si usquã, Rodolpho accidisse mihi uidetur. Nã quod ait, nõ uidere se, quod nam argumẽtum ducatur à specie, si id quod affert, ex antecedẽtium loco ductum dicatur: hoc certè facile refellat Boethius, si dicat non esse absurdum, argumentum idem ex diuersis produci locis, quod ne ipsi quidem Rodolpho displiceret, paulò ante docuimus. Iam quod addit à Boethio magnæ infelicitatis damnari antecedentia, quòd existimarit perfectam inde depromi argumentationem non posse: hac parte tantum abest ut subscribam Rodolpho, ut demirer hominem alioqui longè diligentissimum hoc loco tam dissimilem sui esse potuisse. Certè Boethius in ea planè opinione fuit, ut crediderit ex utrisq;, tam antecedentibus quàm consequentibus, perfectam duci argumentationem. Ex antecedentibus hoc modo. Si peperit, cum uiro concubuit: peperit autem, ergo cum uiro concubuit. Ex consequentibus. Si peperit, cum uiro concubuit: non autem cõcubuit cum uiro, quare ne peperit quidem. Hæc exempla ipse ponit Boethius topicarũ differentiarum lib. 3. è quibus facile perspectu est, sententiam illius eandem planè esse cũ ea, quam Rodolphus tribuit Ciceroni. Et ut semel dicã quod sentio, nihil aliud cõijcere, cũ ex hoc loco, tũ ex alijs quibusdã postũ, q̃ cũ hæc scriberet Rodolphus, tum Boethij eũ libros ad manũ nõ habuisse: aut certè alio festinãti, nõ fuisse tãtũ ocij ut illos cõsuleret.

quod cũ ex ijs quæ dixi, tum uerò maxime ex ijs quæ continuò subiungam, patere potest. Repugnãtia quoque Boethius, inquit, uoluit esse contraria consequẽtiũ. Quid? unde isthæc Rodolphe? Boethius certè repugnantia hunc in modum non finit, sed ordine contrario: Repugnantia, inquiẽs, contrariorum sunt cõsequentia. Verbi causa. Cõtraria sunt dormire & uigilare: stertere dormientibus adiunctum est. quare stertere & uigilare sunt repugnantia. Rursus. Prudentia contrarium est imprudentiæ: fraudibus acimposturis obnoxium esse, imprudentiam sequitur: quofit ut id repugnet prudentiæ. Atq; hoc intellectu cũsumitur nomen repugnantium, non uideo cur distinctum ac peculiarem habere locum ea nõ possint. Sedut finiam aliquando, hi si sunt errores dicendi, nõtamen id genus errores sunt, qui inscitiam arguãt: sedqui ex præcipiti quadam festinatione profecti uidentur. Quanquam & aliud quiddam hic mihi uenit in mentem, de quo postea capite uigesimoseptimo. Illud hic dicam, summam à me gratiam inituru, si qssecus habere ista ostenderit, q̃ uisum est mihi, quando nihil mihi tam cordi est, quàm ut in omnibus optimè sensisse uideatur Rodolphus, cui ego uiro tribuotantum, ut nunquam ipse mihi credam minus, quàmquoties ab eo me dissentire res cogit.

Repugnãtia.

¶Dé contingentibus, & uario ipsorum usu.

Caput XXII.

Contingẽtia cur dicta.

PRimum accidentium genus contingentia diximus, quoniam circa rẽ cõ

tingant,id est,eueniant,ea quidē conditi-
one,ut siue ista non eueniant,res existere:
siue res nō existat,ista euenire possint. Vt
pallor añ ægritudinē. Nam pōt quis pal
lere,ut non ægrotet: & ægrotare, ut non
palluerit. Sic iurgium añ cædem. pōt eñ
iurgatus quis esse,ut non occiderit: & ali-
us occidisse,q̄ non sit iurgatus. Sic forma
ad luxuriam. Nam & formosus frugi, &
deformis pōt esse profusus. ¶Miret for *Scrupus.*
te quis, cū uideat pallorem, ægritudinē,
formā,luxuriam,adiacentia esse,& iurgi-
um & cædem actus, quare ea iam contin
gentia faciamus: aut q̄d hoc loco sit opus,
si illo satis fuerit hæc explicare. Non ē er- *Solutio.*
go nobis ignorandū,locorū fines non tam
pro rerū uarietate,quam ex seipsis accipi-
unt, q̄ pro habitudine eorū quibus appli-
cantur,distingui. Sic candor, adiacens est
niuis,& coloris spēs, & contingens pul-
chritudinis. Nec est inutile, etiam si id na-
tura rei non cogeret, plures tñ esse locos,
hoc est,aditus & uias unius inueniēdæ rei,
ut si minus unus perducat nos ad id quod
quærimus,altero tñ tertio'ue tentātibus,
aliqua parte procedat. ¶Differunt aūtē

Quo differant contingẽtia à connexis.

connexis cõtingẽtia hoc pacto, ꝙ cõnexa uno significantur nomine, quod cõtinuo ut prolatũ est, & eam rem indicat in qua est, & id quod extra ipsam est, unde id oriꝛ tur nomen. Nam cũ diuitẽ dicis, accipis statim eum q est diues, & diuitias à qbus diues uocatur. sic cõtra, in diuitiaꝝ nomine ilico & opes ipsas, & eum qui possidet agnoscis. At in cõtingentibus, uel potius in oĩbus accidẽtibus, necesse est, ut duo cõferamus, quo esse intelligamus ea accidentia. Nam si astutiam p se dicas, adiacens uidetur: si seruũ, connexũ est: si coniũgas seruum astutũ, cõtingens est. Et cõnexum cõnexo cõtingit, ut seruus diues. Et adiacẽs adiacenti, ut astutus medicus. Et in summa, quẽadmodũ p̃diximus, oĩa ea quæcũ ꝙ huiꝰ sunt gñis, ut alteꝝ sine altero possit ultro citroꝙ eẽ & perire. ¶ Nõ tñ hoc sic accipi uelim, ut oĩa quæcunꝙ sunt rei cõtingẽtia, cõferre putem ad inuentionẽ, aut ad hunc locum credam ptinere. Nec enim excidit nobis id quod prædiximus, non oĩa probãdis oĩbus apta esse. Veꝝ illa demũ cõtingẽtia nr̃i sunt negociꝫ, quæ uelut indagine uestigñsꝙ quibusdam ad

Quæ contingentia huius sint loci.

ipſam rem nos poſſunt perducere, cuiuſmodi ſunt, uel unius efficientis facta, uel ſubiecti unius adiacentia, uel quæ in eodē ſunt loco uel tpe, uel quomodolibet aliqd cōe inter ſe habent, quo de uno poſſit in aliud fieri tranſitio. ¶ Apud Quintilianū itaq; in Mathematico, uir fortis, hoc ipm q; fortiter fecit in argumentū adfert futuri parricidij, qm utraq; ait opus eſſe impetus & furoris cuiuſdam, ut ambo unius animi poſſint uideri. Terentius quoq;, Non dubium eſt (inquit) quin uxorē nolit filius, ita timere Dauum ſenſi. Nam qd per ſe timor Daui ad nuptias filij, niſi id eſſet, q; oīa cōmuni inter ipſos cōſilio agerentur, & eadem oīa uellent atq; nollent? Huc ptinet etiā, q; ſolebant q accuſabant in foro q maxime p̄mere uitā anteactam: quod non eò modo ſpectat, ut inuidiam reo conflarent, uerum qm uidebatur animū, à quo illa fuerāt ꝓfecta, nec à præſentis quoq; ſceleris abhorrere fide. Huius ſunt generis, quæcūq; ſunt mōſtra oſtentaq; rex, ut defectus ſolis lunæq;, & ſtellæ crinitæ, quæq; alia uel uideri ſolēt uel audiri, q̄bus inſigniū populoꝝ urbiū ue cla

des auguramur. Ita in cæde uultus turbatior, implicati animi index, minæ, uitata colloquia, spreti cõgressus. In ægritudine uero, spontanea membrorũ lassitudo, fastidium cibi, inquietudo peruigiliaq;. quæq; reliqua huiusce modi rem antecedunt. Ex adiũctis collegit Asdrubal apud Varum fluuium auctas esse copias Romanas, qm̃ strigosiores equos, & coloratiora uiderent corpora. Annibal etiã cũ exercitũ admouisset Vrbi, nondũ fractas esse res Romanas, qm̃ ager in quo tum castra locauerat proscriptus sit, & inuenerit emptorẽ. Et Quintilianus, non esse cæci aut solliciti percussoris uulnus: qm̃ solum unũ sit, certoq; loco, q̃ pro cæci uel trepidatiõe festinãti factum. Cicero quoq; Catilinam docet malum aliquod publicũ meditari, qm̃ angustia rei familiaris p̃matur. Sic ex cõsequentibus ducitur, sceleris aliquos agitasse consilia, qm̃ diducti non constiterint inter se uerbis: furtũ fecisse, qm̃ res sit inuẽta domi ipsius: cædem admisisse, qm̃ fugã uel latebras uel arma circũspexerit. Iam & quæ εἰκότα dicuntur, id est, cõsentanea uel uerisimilia, huius sunt loci: quale est,

εἰκότα.

fortem esse, quia lato sit pectore: & quia pauper sumptuose uiuat, furari: & si qua matrona sola p uiam noctu pergat, mœchum expetere. Signa quoq; nõnulla possunt huc referri: ut futuræ postridie serenitatis, uesptinus occidentis rubor: & spe ratæ sanitatis, oris exhulceratio. Pleraq; tñ uel ad actus, ut uiuũ esse quia spiret: uel ad effecta, ut ignẽ esse, quia sit fumus, referunt. Quæ quidẽ si magis latius ue pateant, q̃ ea quibus adhibent, cõmuni nomine signa uocãtur: ut quod pcussus sit, quia cicatricem habeat. põt eñ cicatricem, uel qa ceciderit, uel ex hulcere habere. & gra uidam esse, quia tumescat uterus, quia uel ueneno uel morbo põt tumescere. Sin uero uel minus pateant, ut ignẽ esse quia fumus sit. põt eñ & sine fumo ignis esse. uel item ex æquo, ut fœtam esse quia habeat lac, τεκμήρια, id ẽ, indicia uocant. Ea Quintilianus inter argumenta non putat habẽda, qa nihil post se dubiũ relinquãt. Quod quidẽ acutissimo uiro miror potuisse in mentẽ uenire. Ergo sibi nihil eorum, quibus mathematici inuenta sua colligũt, argumentũ esset; cum certis & de qbus am

Signa.

τεκμήρια

bigi non possit, rõnibus oĩa demõstrent. Cumq; id agamus argumẽtando, ut q̃ minimũ dubitandi relinquamus locũ, q̃ põt fieri, ut q̃ ad liquidũ indubitatũq; rẽ pdu xerit, uideaẽ nõ esse argumẽtatus? At nos incerta pleraq; p manifestis argumẽta sumim⁹, q̃nto meli⁹ igiẽ res ipsa nr̃o cõsulũt pudori, ut faciat ipsa p se fidẽ, ne cogaẽ ĩ locũ ei⁹ is q̃ dicit, suo succedere mẽdacio.

¶ Scholia in caput nigesimum secundum.

Sic forma ad luxuriam.) id est, luxum, utium opositum frugalitati. ne uulgi more libidinem intelligas. ¶ Nec enim excidit nobis quod diximus.) Huius libri capite secundo. ¶ Quintili. in Mathematico.) Verba Quintiliani eo in loco sic habent: Virũ fortem dixit & parricidam. Vicina sunt hæc, etiam ut dissimilia: paria uiribus, etiam ut mẽte dissentiãt. Quid enim me aliud notabilem fecit in bello, q̃ quod non parco cædibus, cruore non satior: exultans super stratorum corporum strages, palpãtibus adhuc cadaueribus alacer insisto? Et paulò post. Crede pater, & parricidium tam facile est quàm fortiter facere, cum utrunq; de fato est. ¶ Terentius quoque. In Andria. ¶ Huc pertinet etiam quod solebant qui accusabant in foro.) Hunc morem accusatoribus fuisse facilè ostendũt actiones Ciceronis in Verrẽ. & quod idem autor pro Cælio, plus operæ sumit in diluendis anteactæ uitæ criminibus, quæ in iudicium non uenit;

ebant: quam in eo, cuius gratia erat constituta quæstio. ¶Huius generis sunt, quæcunque sunt monstra ostentaq; rerum.) Ex his Cicero argumenta ducit in Catilinam, inuectiua tertia. ¶Asdrubal apud Varum fluuium) Secũdi belli punici anno duodecimo, Asdrubal frater Annibalis cum ingenti exercitu in Italiã uenit. qui cum se fratri in Vmbria occursurũ literis illi significaret, easq; literas intercepissent Romani, priusquam ad Annibalem perlatæ fuissent: Claudius Nero consul, non cunctandum ratus tempore tali, neque expectãdum decretum senatus, cum sex millibus peditum & mille equitibus noctu castra egressus, M. Liuio collegæ sese coniunxit, ut nihil tale suspicantem ambo iunctis uiribus aggrederentur Asdrubalem. Horum ergo coniunctionem subodoratus est Asdrubal ex ijs signis, quorum mẽtionem facit Rodolphus. Quæ de re ita Liuius eius belli libro septimo: Moram, inquit, pugnæ attulit, quòd Asdrubal proue ctus ante signa cũ paucis equitibus, scuta uetera hostium notauit. quæ antè nõ uiderat, & strigosiores equos, multitudo quoq; maior solito uisa ẽ. Suspicatꝰ id quod erat, receptui properè cecinit: ac misit ad flumen, unde aquabantur, ubi & excipi aliqui possent, & notari oculis, si qui fortè adustioris coloris, ut ex recenti uia, essent &c. ¶Annibal etiam cũ exercitum admouisset Vrbi.) Hac de re hũc in modum Liuius, secundi belli punici libro sexto: Minuere, inquit, etiã spem eius & aliæ paruæ magnæq; res: magna illa, quòd cũ ipse ad mœnia urbis Romæ armatꝰ

ſederet, milites ſub uexillis in ſupplementum Hiſpaniæ profectos audiuit: parua autem, quòd per eos dies cum fortè agrũ in quo ipſe haberet caſtra, uæniſſe, nihil ob id diminuto precio, cognitum ex quodam captiuo eſt. ¶Et Quintilianus, non eſſe cæci aut ſolliciti percuſſoris uulnus.) Locus ẽ in declamatiõe ea, cui titulus eſt, paries palmatus. ¶Cicero quoq; Catilinam.) Cicero prima otatione in Catilinam meminit quidem nonnihil de difficultate eius domeſtica: & in ſecunda enumerans genera hominum eorum, ex quibus Catilinæ conſtabat exercitus, omnes fermè illos egeſtate rei familiaris laboraſſe oſtendit. Nuſquã tamen (quod ſciam equidem) anguſtiam rei familiaris in argumentũ aſſumit, ut oſtendat publicum aliquod malum illum meditari. ¶Iam & quæ εἰκότα dicũtur.) Cicero in partitionibus, τὰ εἰκότα ueriſimilia uocat: & τεκμήριον, propriam rei notam. ¶Ea Quintilianus inter argumenta.) Quintilianus libro quinto, nõ tantum ſigna neceſſaria, ſed & ea quæ neceſſaria non ſunt, eſſe argumenta negat. ſed argumẽtis ſanè inualidis. Nam quod ait, ubi ſint ſigna indubitata, ibi quæſtionem non eſſe, id ego iudico nõ uſq; quaq; eſſe uerum. Tametſi enim, poſteaquam ipſa cognita fuerint, nihil poſt ſe dubitationis relinquãt: tamen quandiu iudex nõdum de eis eſt factus certior, utiq; quæſtio ac controuerſia eſſe poteſt. Quod autem ſubdit, ne dubia quidẽ ſigna argumenta eſſe, propterea quòd ipſa argumentis indigeant: id quoque ꝙ

εἰκότα.

τεκμήρια

sit inualidum liquere uel hinc potest, quòd ex plerisque argumentorũ locis eiusmodi quædam adduci solent, quæ parum habitura sint uirium, nisi aliũde corroborentur. ¶ *Ergo sibi nihil eorum.*) *Rursum sibi dixit, ubi alius (haud scio an rectius) ei aut ipsi dixisset.*

¶ Cur nomen rei (Alij interpretationem nominis uocant) retulerit inter locos externos, & de triplici eius usu. Cap. XXIII.

Nomẽ reĩ aliâs notatio, siue interpretatio noĩs.

NOmen quoq; rei recte mihi inter accidentia cõferri uidetur. Nec eñ est aliud nomen, q̃ uox ad rem significandam cõsensu hoĩm ĩstituta: quod, si quid aliud, uel maxime accidentium naturã habere manifestum est. Nam & rei antequã fit, & postquã facta est, nomẽ est, & aliud quoq; nõnunq̃ eiusdem rei nomen est: ut Romulus post mortem dictus est Quirínus: & apud poetas, Hippolytus, postquã redditus à Pallade est uitæ, Vírbius. Cicero quidem ab etymologia, hoc est (ut ipse dixit) uerbũ è uerbo, à ueriloquio: ut aptius & mollius putauit, à notatione: ut uulgo dicimus, ab interpretatione nominis: separatũ locum descripsit. Quod fieri posse non abnuo, & nõnunq̃ argumẽta inde

duci apertius est, q̃ ut ostendendũ sit. Vnde & multa in nomen Verris cauillatus est, & in Chrysogonũ pro Sex. Roscio. Et facetè dictor̃ crebra sumitur occasio, ut Augustus de eo q̃ locũ paternæ sepulturæ arabat, hoc (inquit) est patrem colere. Et q̃ filios ex ancilla susciperet, dictus est uerus familiæ pater. Quod aũt locum nomini inter ea quæ sunt in substantia fecerint, nõ uideo quam rõnẽ sint secuti, cũ rerum apud oẽs gentes eadẽ sit substãtia, nomina diuersa. Quinetiã & apud eosdẽ populos idem nomen, pſæpe aliud apud maiores, aliud apud posteritatem significet, nemo nescit. Adhæc ut quædã interp̃tationes conueniant, ut toga à tegendo: & dux quia ducat, & quia regat rex: ita pleræq; aut in aliquo non cõueniunt, aut discrepant oñino. Prætoriũ à prætore dici manifestum est: tñ & in castris ubi consul tendebat, & in ciuitatibus itẽ ubi ius reddebat, dicebatur prætoriũ. Sic codicis & libri nomina si reddantur originibus suis, neutrum hodie cõgruet ei quod significat: quor̃ alter̃ à caudicibus, hoc est, tabulis ductũ est; alter̃ arboris significat cor-

ticẽ: ꝙ his primum materijs rudis uetustas, ad inscribendas lras uteretur. Quãobrem cum ex his liquere uideatur, nequaq̃ nomen inter ea quæ sunt in substantia numerari posse, non inueni, quẽ sibi locũ putarem uerius magisq; è natura sua conuenire. ¶ Vsus eius non simplex est. Qñq; eñ ex ipsa ui aut interpretatiõe nominis: Vt q dicat aiam constare ex aere, quẽ inspirando haurimus: qm̃ ania, quod uentũ significat, sit uocata. Sic pecuniam in instrumẽto domestico esse, quia ipsa instruatur domus. ¶ Alius est usus, cũ ducimus ex homonymia, id est, agnominatiõe, uel (ut uulgo loquimur) ex æquiuocatiõe argumentũ. Vt expetẽdas esse hũanitatis artes, quia nihil tam propriũ sit hoĩs, q̃ ipsa hũanitas. Et pessime facere q plebem contra patres concitent, qm̃ nullum in terris nomen uenerandũ magis sit, q̃ patrũ. Et Isocrates in Helenes laude, pulchritudinẽ (inquit) admirandã maxime laudandãq; esse: eiusq; inter reliqua signũ facit, ꝙ uirtutem maxime probamus, qm̃ pulcherrima rerũ sit oĩm. Facile est ꝑspectu, quõ humanitatis, & patrũ, & pulchritudinis no-

Tres modi, quibus noũ rei utimur.

Secundus

men in diuersas secatur significationes. Quod si occulti⁹ fiat, aut rebus in idē tendētib⁹, captiosa fit argumētatio. Sin apertius, in ridiculū persæpe euadit. Vt certa esse progeniē Aeneæ Neronē, qm̄ p̄rem Aeneas sustulerit, Nero matrē. Sic & in eis quæ paulo ante diximus, in quibus coēlēdi & familiæ nominū ambiguitas (quē admodū hic q̄ sustulisse dicit) causam ridiculo præbent. ¶ Alius præterea est huius loci usus, cū translato nomine, deinde ducimus ex re, non quam hoc in loco, sed quā proprie significat, argumentū. Quale est apud Ouidium: Quis eī celauerit ignē, Lumine q̄ semp̄ proditur ipse suo? Ignē pro amore posuit: deinde ex lumine argumentat, tanq̄ de uero igne loqueret. Sic apud Terentiū Phormio: Hisce ego dictis illā tibi tā incensam dabo, ut ne extinguas lachrymis, si tot⁹ extillaueris, incensam p̄ irata dixit, deinde relīqua subiecit, uelut uere ardētem crederet. Ergo ꝓpter eas quas dixi causas, nomen ab eis quæ in substantia sunt remoui, protulicq̄ iudicium meū, quoꝝ diuersa si quis putabit accedere propius uero, nihil obstabit,

Tertius.

Epilogus totius capitis.

quo minus non me, sed quæ credat optima, sequatur.

¶Scholia in caput uigesimumtertium.

ROmulus post mortẽ dictus est Quirinus.) Seruius grammaticus Romulũ ait dictũ esse Quirinum, quòd hasta uti soleret, quæ Sabinorum lingua curis diceretur: uel quia græci κοίρανον regem uocent. Plutarchus in uita Romuli alias quoq; causas quasdam nominis huius affert. Sed longum sit referre hic omnia. Legere qui uolet, ei ostensus est locus. ¶Et apud poëtas Hippolytus.) Hunc ab equis discerptum Diana Aesculapij opera in uitã restituit, ac deinde Virbium quasi bis uirum iußit uocari. Autor Seruius super illud septimi Aeneidos: Ibat & Hippolyti proles pulcherrima bello Virbius &c. ¶Cicero quidem ab etymologia.) Locus est apud Ciceronem in topicis. ¶Vnde & multa in nomen Verris.) Quẽ interim Verrẽ dici ait, quòd omnia uerrat: interim malum sacerdotem uocari à Siculis, qui tam nequã sibi Verrem reliquisset. ¶Et in Chrysogonũ pro Sex. Roscio.) Verba Ciceronis in ea oratione hæc sunt: Venio nunc ad illud nomen aureum Chrysogoni, sub quo nomine tota societas statuitur &c. ¶Augustus de eo qui locum paternæ sepulturæ arabat.) Hunc Vectium quendam fuisse autor est Macrobius libro Saturnaliorum secundo, capite de iocis ac responsis Augusti Cæsaris. ¶Et qui filios ex ancilla suscipiebat.) Hic quisnam fuerit, hauddum legisse memini. io

cus est in nomine patris: etiamsi Rodolphus, nõ in patris, sed in familiæ nomine causam ridiculi inesse existimat. ¶ Quandoq; enim ex ipsa ui nominis.) Sic Cicero in Antonium, ex nomine ipso tumultus ostẽdit, tumultum sine bello esse nõ posse. ¶ Quoniam anima quod uentum significat sit uocata.) Virgilius in octauo: Quantum ignes animæq; ualent. Et Horatius: impellunt animæ lintea Troiæ. Dixit & Plautus: Ne quid emittas animæ, id est, ne flatum uentris. Porrò Diogenes fuit, autore Aristotele, qui censeret animã esse aërem. ¶ Ex homonymia.) Aristoteles in categorijs, ὁμώνυμά φησι, λέγεται, ὧν ὄνομα μόνον κοινόν, ὁ δὲ κατὰ τοὔνομα λόγος τῆς οὐσίας ἕτερος, id est, Homonyma dicuntur, quorum solum nomẽ cõmune est, ratio autem essentiæ quæ secundum id nomen datur, diuersa. Est ergo (ut apertius dicam) homonymia, quoties uno nomine res diuersas significamus, ut taurus, gallus, aquila. ¶ Expetẽda esse humanitatis artes.) Hæ sunt illæ ipsæ, quas ingenuas liberalesq; uocamus. Nam humanitas, interim φιλανθρωπίαν, interim eam quam παιδείαν græci uocant, id est, eruditionẽ ac liberales disciplinas significat Lege Gellium libro 13. capite 16. ¶ Plebem contra patres.) Patres qui fuerint apud Romanos, explicat T. Liuius libro ab urbe condita primo. ¶ Et Isocrates in Helenes laude.) Extat hodieq; hæc oratio Isocratis de laudibus Helenæ. Fecit eam latinam Iohannes Petrus Lucensis. ¶ Certam esse progeniem Aeneæ Neronem.) Suetonius autor est, posteaq; iussu

Homonymia.

Humanitas.

Neronis occisa esset Agrippina ipsius mater, tũ hos in illum uersus euulgatos fuisse: Quis neget Aeneæ magna de stirpe Neronem? Sustulit hic matrẽ, sustulit ille patrem. Aeneas patrem Anchisen sustulit, cũ impositum humeris ex incẽsa iam urbe exportauit. Nero autem sustulit matrem, cum occidendi eius mãdatum Aniceto dedit. ¶Apud Ouidium.) In epistola Paridis ad Helenen. ¶Apud Terentium.) In Phormione, ubi minatur Phormio, se Nausistratam uxorem Chremetis ita incensurum ira, ut à marito ne lachrymis quidem ac fletu ea ira restingui possit.

¶De pronunciatis, seu testimonijs, siue autoritate. Caput XXIIII.

Inartificiales ne argumẽtationes sint, quæ ab autoritate seu testimonijs ducuntur.

LOcum, qui sumitur ex ijs, quæ quisquam de re proposita uel dixit, uel (quod perinde est) sensit, eum quidã à iudicio, nõnulli ab autoritate, Cicero testimonia uocauit, Aristoteles & itidem qñq; Cicero & Quintilianus probatiões inartificiales dixerunt. Nos (si quicq; nobis post tantos uiros licet) pronũciata appellare maluimus, qm̃ reliqua nomina addu ctiora erant: & ab arte (quatenus ad nr̃m utiq; institutum ptinet) non credidimus semouenda. Pronũciata aũt dicimus, quæ quisquã ulla de re, ut affirmaret uel negaret, est elocutus. Ea quidẽ (ut modo diximus) Aristoteles, quicq; ipsum secuti sunt

Cicero & Quintilianus, remota dixerunt ab arte, exemerũtq; numero locoꝝ. Quappter ne cui negligentius uideamur uel imperitius fecisse, qui conꝯciamus illa in hunc locũ, facti nr̃i paucis reddenda nobis est ratio. Si quis igitur testimonia, id est, quæcunq; aliquis ea de re de qua disserimus dixit, sic accipiat, ut inter differendum tractantur à nobis, fideiq; parandæ sunt instrumẽtũ: non uideo, q̃ minus ista cõtineant̃ arte, q̃ relíqua cuncta, quæ uel effecta sunt reꝝ, uel cõtingentia, è quibus argumẽta sumuntur. Cumq; ea, & quæri à dicentibus, & inueniri uideamus, & alius alio melius & cõmodius eis utatur: cõstanter ipsa & artis, & huius esse loci, contenderim. Aristotelẽ uero, quiq; alꝯ auto res ista tradidêre, credo equidẽ sensisse arte carere testimonia, non quatenus à disserente cõfirmandis adferuntur rebus: sed ut ab eis ipsis quoꝝ sunt testimonia, præsentẽ in rem dicuntur. Foro nanq; & ciuilibus attribuerũt ea certaminibus. Et testis sane oꝛo, inquantũ probat̃ ab ipso res, nihil ad disserẽtis rõnem ptinet: nec iam ut inueniẽdi argumenti locus põt accipi,

cum nõ dicentis arte, nõ argumẽtatione, ſed etiam eo q̃ dixit tacente, hæc peragat probatio, Sic tormenta, chirographa: ſic leges, ſic plebiſcita, quæ ad rem ptinent, non oratoris expectant uocẽ, ſed ipſi ſibi iudices oculis auribuſq; faciunt fidẽ, Non magis ſunt itaq; diſſerendi artis iſta, q̃ ſi quis cũ multa ſe pro repub. pertuliſſe dicat, id q̃ probare uelit, diducta ueſte, ſilẽs demonſtraret in aduerſo pectore cicatrices, & conſpiciendum cõcionis oculis, id quod erat animis probaturus, oñdat. Qñ uero in oſonem ſibi aſſumit iſta qui dicit, tum artis eſſe, declarat eor, q̃ uel in ſcholis eruditionẽ tradũt, uel in publico de ciuilibus negociis diſputant, labor: quem ſumunt, quo uel cõfutent eos q̃ diuerſa dixerunt, uel eor q̃ ſecum ſenſêre uerba cõfirment. Quinetiã tradita ſunt ab autoribus præcepta teſtiũ interrogandor: & aſtruendæ teſtimoniis infirmãdæq; fidei, prout res poposcerit, rõ monſtrata, & teſtiũ quoq; editæ ſeorſum interrogationes, & cõfutationes ipſor, & aſſeuerationes perpetuar oſonum monumentis cõprehenſæ. Qui põt ergo fieri, quod arte ſit traditũ,

quod præscripto tractetur artis, ut id esse possit ab arte semotũ? Nisi sine arte credimus dixisse Lucanum:

Quis iustius induat arma,
Scire nefas: magno se iudice q̃s̃q; tuetur.
Victrix causa deis placuit, sed uicta Catõi:

cum diuinũ & humanũ testimoniũ pariter sit una oſone complexus. Ad artẽ pertinent igitur (ut semel finiam) testimonia, quoties ex ipsis à dicẽte, non p ipsa fit à teste ꝓbatio. ¶ Sunt ergo pronunciata oĩa, aut diuina, aut hũana. Diuina sunt, quæcũq; dei uel numinis uoce pferunt: ut quæ p quietem, quæq; locis sacris, aut uiris flagrantiore diuinor̃ amore afflatis, aut pstremor̃ etiam sceler̃ nõnunq̃ obnoxĩs territamẽta solẽt reddi, quæq; item diuinar̃ rer̃ ministri sacerdotes uatesq;, uelut interpretes & cælestium arcanor̃ cõsciĩ, prædicãt. Humana sunt, quor̃ prima est a nobis origo. Quæ uel in scriptis sunt posita, ut chirographa, instrumẽta, epistolæ, libri. uel in oſone: eaq; uel libera, ut laudatiões, res iudicatæ, dicta testium, pacta, cõuenta: & doctor̃, claror̃, magnor̃ uir̃ sententiæ, & rumor famaq; populi,

Pronunciatorum diuersitas.

uel in oꝝone expreſſa:aut religione,ut iurata:aut tormentis,ut quæſita. ¶ Videtur hic locus ſimilitudinẽ quandã habere illoꝝ,quæ ſupius uocauimus connexa: qm̃ ab oꝝone res uel dicta uel pronunciata dici poteſt:eſtq; extra rem oꝝo. Verum hoc intereſt, q̃ (quẽadmodũ cum de cõnexis loqueremur diximus) neceſſe eſt, cõnexa ſi tueri nomẽ ſuum debeant, ſimul utraq; eſſe:quod in ꝓnunciatis non euenit. nam & dicimus de re aliqua,qm̃ non eſt ipſa:dicimus etiã ueluti de re,quæ tñ ipſa nõ modo non eſt,ſed ne fuit quidẽ unquam,nec unquam eſt futura. Quo facile ꝓſpicit̃, & poſſe rem ſine oꝝone,& oꝝonẽ ſine re eſſe, & ꝓnunciata recte inter accidẽtia numerari. Itaq; ſunt etiam & antecedẽtia ꝓnunciata:ut prædictiones uatum,famæ expectatio. Et cõſequentia:ut rumor opinioq; de rebus, ad poſteritatem diffuſa. Et adiuncta: ut laus uituperatioq; extantiũ, & iacta in oẽm partẽ de præſentibus uerba. ¶ Poſſunt etiã inter pronunciata numerari quædã,quæ non in oꝝone,ſed in re ſunt poſita,qua qd dicere quis uelit,ſignificat. Vtq; interrogatus: qualis eſſet hoim ui-

Obiectio.

Dilutio.

Ducit pronunciata per tres illos gradꝰ, quorũ mẽtionem fecit ca. 21.

Notatio.

Hunc eſſe

Pythagoram, testatur Aphthonius in progymnasmatis.

ta, cum parumper se ostendisset, abscondit quod solũ in eius locũ fecit, quo uolebat breuem esse ipsam pnunciare. Et Tarquinius Superbus, cũ eminentiora papauerũ capita decuteret, non dixit quidem, sed signo quocũq; potuit pronũciauit, primores Gabiorũ à Sexto filio auferri debere. Nobilitas quoq; huius loci esse poterit, qñquidẽ non aliud esse uidetur, q̃ uel maior uirtus, uel opes, uel res gestæ, fama hoĩm celebrata. Diuerbia etiã, Ne quid nimis, Modus optimus, Tempori seruiendum: quæq; alia huius generis publico hoĩm iudicio firmata sunt, & locũ habẽt testimoniorũ, nõ iniuria qs nũerauerit ĩ pnũciatis.

¶Scholia in caput uigesimumquartum.

ARistoteles, & itidẽ quãdoq; Cicero, & Quintilianus, probationes inartificiales dixerũt.) Locus Aristotelis est primo libro rhetoricorum, Ciceronis in topicis, Quintiliani institutionum libro quinto. Porrò non sine causa ait, & itidem quandoq; Cicero. Is enim etsi in topicis hũc locum esse ait expertem artis, tamen secundo libro rhetoricorum diuersam est secutus sententiam. quo in loco sic habet: Accedunt autem ad coniecturam sæpe quæstiones, testimonia, rumores: quæ cõtra omnia uterq; simili uia præceptorum torquere ad suæ causæ commodum de

bebit. Nam & ex quæstione suspiciones, & ex testimonio & rumore aliquo, pari ratione, ut ex causa aut ex persona & ex facto duci oportebat. Quare nobis & ij uidentur errare, qui hoc genus suspicionum artificij nõ putant indigere: & ij qui aliter hoc de genere ac de omni cõiectura præcipiendũ putãt. ¶Si quis igitur testimonia.) Hoc dicit, testimonia sine pronunciata bifariam cõsiderari posse: primum, quatenus ab illis ipsis, quorum sunt, in rem præsentem dicuntur: hactenus ea arte carere. Deinde, quatenus orator ea aliunde sumpta, suo accõmodat proposito: qua ratiõe utiq; & ista sub artem cadere. Id quod & Quintilianum sensisse uerba eius planè ostẽdunt. Libro enim quinto, capite de exemplis, sic habet: Nonnunquam cõtingit iudicis quoq; aut aduersarij, aut eius qui ex diuerso agit, dictũ aliquod aut factum assumere, ad eorũ quæ intendimus fidem. Propter quod fuerunt, qui exempla & has autoritates, probationũ inartificialium esse arbitrarentur, quòd ea non inueniret orator, sed acciperet. Plurimum autem refert. Nã testis, et quæstio, & his similia, de ipsa re, quæ in iudicio est, pronunciant. Extra petita, nisi ad aliquã præsentis disceptatiõis utilitatem ingenio applicantur, nihil per se ualent. ¶Nisi sine arte credimus dixisse Lucanum: Quis iustius induat arma.) Difficile iudicatu est (inquit Lucanus primo Pharsaliæ libro) uter iustius ad gerendum ciuile bellũ arma induerit, Cæsar ne an Pompeius: cum magno uterq; iudice causam suam tueatur. Cæsaris enim causam ui

si probassent dij ipsi, nũquam illorum benignitate uicisset. Contrà Pompeius, non modo approbatorẽ, sed adiutorem etiam habuit causæ suæ Catonem Vticensem, hominẽ tam integrum prudentemq; , ut haud scias, huic ne an dijs ipsis credendum sit. Simile quiddã apud Ciceronẽ est pro Q. Ligario: Principum (inquit) dignitas erat penè par, non par fortasse eorũ q sequebãtur. causa tũ dubia, quòd erat aliqd in utraque parte, quod probari posset. nũc melior certè ea iudicanda est, quam etiam dij adiuuerunt. ¶Sunt ergo pronunciata omnia, aut diuina, aut humana.) Vide Ciceronem in partitionibus atq; item in topicis, & quæ Fabius Quintilianus habet de autoritate libro quinto. ¶Vel in oratione, eaq; uel libera.) Liberam orationẽ hic eam intelligit, quæ liberè ac citra coactionem omnem profertur. Expressam, ad quam ui atq; coactione quadam compellimur. Fitq; hæc expressio duobus modis, religione & tormentis. Religione, cum quis iureiurãdo ad dicendam ueritatẽ adigitur. Tormẽtis, quoties dolore ac cruciatu ueritas exprimitur. Iuratam deniq; orationem uocat, quæ à iurato dicitur. Quæsitam, que per quæstiones ac tormẽta elicitur. De qbus omnibus multa Fabius Quintilianus libro quinto circa principium. ¶Vt qui interrogatus, qualis esset hominum uita.) Multa apud autores paßim legũtur de fragilitate uitæ humanæ, dũ alij bullam, alij fumi umbram, alij somniũ quoddã umbræ esse hominẽ dicunt, alij arborem foliis ac frõdibus comparant. Elegãs ea de re præfatio est apud

Plinium in librum septimum. Quis fuerit autem qui hoc modo, quem innuit Rodolphus, breuitatem uitæ nostræ significare uoluerit, in præsentia mihi nõ succurrit. ¶Et Tarquinius superbus.) Historia ẽ apud T. Liuium libro primo ab urbe condita. ¶Diuerbia etiam.) Quæ & prouerbia, & adagia & parœmias dicimus. Sed de his locupletißime Erasmus.

¶Quæ comparationis utilitas, & quomodo ea ab exemplo & similitudine differat. Tum, quo sensu id sit accipiendum, q̃ comparatio duo semper in uno tertio coniungat. Cap. XXV.

COmparatio frequens est, & magno usui rhetoribus locus. Paratus em̃ fere & ad manũ est. Et qm̃ ex ĩs sumit̃, quæ nõ alte sunt eruenda, sed propemodũ nota sunt atq̃ cõspicua: etiam expedita proinde uim habet ad rudiores animos pmouendos. ¶In nomine uero nõ usq̃quaq̃ cõsentit usus. Nanq̃ apud poetas cõparationẽ uocant grãmatici, quã nos similitudinẽ dicimus: quale est, At ueluti magno in populo cum sæpe coorta est Seditio: & quæ sequuntur. notus est em̃ apud Virgilium locus. At quam compationẽ nos, illi plerũq̃ exemplũ dicunt: quo nomine utitur & Aristoteles. Et est sane exemplũ inter cõparata, sed non oĩbus cõparatis cõ-

Comparationis utilitas.

Sp. Melliũ Q. Seruilius Hala occidit. At Scipio Tiberium Gracchũ, quare Rodolphum memoria lapsum apparet.

ueniet hoc nomen. Quãuis eñ illud apud Ciceronem: An uero uir amplissimus, P. Scipio pontifex maximus, Sp. Melliũ mediocriter labefactantẽ statum reipub. priuatus interfecit, L. uero Catilinã, orbẽ terra cæde & incendijs uastare cupientem, nos Coss. pferemus? quãuis eñ illud inquam exemplũ sit, non tñ istud quod subijciemus dici poterit exemplũ: Ego te cõsulẽ putem, cũ tu me non putes cõsularẽ? Et apud Quintilianũ in milite Mariano: Tu si tribunus esses, hoc fecisses? si miles, hoc tulisses? comparationẽ fieri certũ est: probare eñ uult, quia aduersarius, nec si tribunus fuisset, hoc conari: nec si miles, hoc ppeti uoluisset: ergo nec illũ tribunũ q occisus est, id debuisse tentare: nec militem q occidit, ppeti. exemplũ uero istud esse nemo dixerit. Nam illud multo apertius apud Virgilium:

Captíq; dolis, lachrymisq; coacti,
Quos neq; Tytides, nec Lariſſæus Achilles,
Nõ anni domuere decẽ, nõ mille carinæ.

índignitas rei cõparatione, non exemplo colligit. Hoc eñ uult efficere poeta, índignissimũ fuisse, capi unius fraude & arti-

bus eos, quos nullæ uires superare potue
rant. ¶Explicemus ergo qd differant cõ *Compara*
paratio & exemplũ. quõ item à cõparati *tio quo di*
one similitudo discernatur. Comparatio *ffert ab ex-*
nem uocamus, cum duo aut plura in ter *emplo &*
tio aliquo cõferuntur, quod cõe sit eis: ut *similitudi*
Catoni licuit sequi bellũ ciuile, ergo Ci *ne.*
ceroni licebit sequi. Cõmune est hic am
bobus, sequi bellũ ciuile. Exemplũ est spe *Exemplũ.*
cies quædam cõparationis. Est em̃ uel ali
quid maius, uel par, uel minus, quod ad
imitandũ uitandum' ue sumitur. Estq; ea
non solũ huius loci, sed etiam à specie du
citur, ut apud Lucanum: Omnisq; pote
stas Impatiẽs cõsortis erit. Subiicit: Nec
longe factoꝝ exempla petãtur, Fraterno
primi maduerũt sanguine muri. Romu
lus enim & Remus, primi Romæ reges,
oñdunt nõ posse regnũ in consortiũ mit
ti. Et à cõiugatis etiam prædiximus duci.
Similia sunt, qñ iunguntur aliqua, non in *Similia.*
tertio, quod sit ambobus cõe, quemadmo
dũ fit in cõparatione: sed utrũq; in singu
lis, quoꝝ quemadmodũ hoc in isto, sic il
lud se habeat in illo. ut si dicam, quemad
modũ uascula oris anguſti supfusam hu

moris reſpuunt copiam, ſenſim aũt inſtil-
lantibus, replentur: ſic tenera puerorũ in-
genia, grandia nõ pcipiunt, modica & ui-
ribus ſuis apta cõmodius addiſcunt. Hic
uaſcula oris arcti, & minora puerorũ inge
nia cõferuntur, nõ in uno aliquo: ſed illa,
in eo quod eſt, non admittere ea quæ im
petu ſuperfunduntur: hæc, in eo, quod dif
ficiliora ſubito nequeunt amplecti. ¶ Cũ
dixerim autẽ comparationẽ in uno fieri,
quod ſit comparatis cõe: nolo quenquã id
fallat, ꝙ nõnunquam eis quæ comparan-
tur, ſua ſingulis tribuuntur propria, ut ſi
Didonem decet habitare Africam, dece-
bit & Aeneam petere Italiam. Quanquam
aũt non in uno proximo cõferuntur iſta,
non tñ argumẽtandi uis in ſingulis eſt po
ſita, ſed in cõmuni, quod iſta cõiungit. Ne
ꝙ em̃ hoc nititur Aeneas, quod uel Dido
in Africa habitet, uel ipſe Italiã petat, ſed
eo quod ſubñcitur apud poetã: Et nos fas
extera quærere regna: ut ſit argumentati
onis huius iſte uelut neruus, Didonẽ de-
cuit peregrina regna quærere, ergo Aene
am itidem decebit. Sic etiam Iuno: Pallas
ne exurere claſſem Argiuũm potuit: &

Comparatio quõ plura in uno coniũgat.

quæ sequuntur, deinde subiecit: Ast ego una cum gente tot annos bella gero: commune ambobus quo Iuno nititur, est ulcisci inimicos: ut si Pallas potuit ulcisci inimicos suos, & Iuno poterit. Causa uero propter quam sic diducitur ista potius, q̃ cõmune in utrisq; ponatur, non est neglige da nobis. Quanquam in nonnullis ad elocuendi magis, quàm inueniendi rõnem pertineat: in pleriscq; tamen præcipua est & acris in istis inuentio. Primum, q̃ latius & minus dialectice, hoc est, perplexe spinoseq; dicuntur ista: & latitudine atq; diuersitate decorem quendam accipiunt: quod solum ferè sectatus uidetur Virgilius in exẽplo, quod priore posuimus loco. Deinde, q̃ ea quæ poterãt alioq; paria fortasse uideri, explicatiõe qd in singulis interfit, ingẽs plerũq; in alterã ptẽ capiũt incrementũ. Vt in secũdo exẽplo, cũ posuisset primũ Pallada, nihil adiecit Iuno, quo minorẽ illã monstraret, q̃si turpe putaret, quærere maiorẽ se alteri⁹ deæ cõuicio fieri. At cũ ad pson̄ suã ueniisset, nõ solũ opposuit se Palladi, ut diceret: Ast ego, sed adiecit: quæ diuũ icedo regia, nec id sa

tis putauit: addidit etiam, Iouis soror & cõiunx: ut uel ex hac magnitudíe sua admoneret, minoris numinis & uelut priuatam deam esse Pallada. Postea subiecit: Pallada exurere potuisse, hoc est, funditus euertere classem Argiuorũ: quodq; plus fit, id unius solum Aiacis iniuria pmotã fecisse, deq; ipo grauissimas sumpsisse pœnas: se uero non unũ odisse, sed gentẽ: neq; tñ euertere potuisse, aut pœnas sumere: sed etiam bellum cũ contumacibus gerere, & quidẽ tot annos. Sic in exemplo Ciceroís quod diximus, cum simpliciter diceretur: P. Scipio recte seditiosum ciuẽ interfecit, ergo nos recte iterficiemus: paria propemodũ hoc pacto fiebant. Didu xit ergo, & singula suo apparatu instruxit. P. ergo Scipio cum Spurium Meliũ mediocriter labefactantem statũ reipub. priuatus interfecerit, quid nos? Catilinã, non statũ reipu. sed orbem terrarũ: non labefactantẽ, sed uastare cupientẽ: non mediocriter, sed cæde & incendijs: eum nos, nõ priuati, ut Scipio: sed Cos. non interficiemus, sed pferemus? Si tñ hæc acrius intueamur, satius fuerit dicere, duplicatis

Iam ante monuim⁹, ab Scipiõe nõ Sp. Meliũ, sed T. Gracchũ occisum fuisse.

ē locis constare has argumētationes. Vt sint hinc ductæ à minoribus, Pallas potuit, ergo Iuno poterit. Scipioni priuato licuit, ergo Cos. licebit. Hinc uero ducantur à maioribus: potuit ob noxam unius euertere classem Argiuum, ergo indignū erit mihi tot annos una cum gēte frustra contendere: &, potuit occidere Spurium Melium minus obnoxium, ergo poterimus Catilinam sceleratissimum.

¶ Scholia in caput uigesimum quintum.

AC ueluti magno in populo.) Ex primo libro Aeneidos. ¶ Quamuis enim illud apud Ciceronem.) In Catilinam inuectiua prima. ¶ Sp. Meliū.) Haud dubiè legendum est, non Sp. Melium, sed Tiberium Gracchum. Hunc enim occidit P. Scipio, quemadmodū refert Plutarchꝰ in uita C. & Tiberij Gracchorum. Sp. autem Melium, non à Scipione, sed à C. Seruilio Hala interemptum fuisse, autor est T. Liuius libro quarto ab urbe condita. Rodolpho ut nomē pro nomine poneret, illud nimirū fuit in causa, quòd Cicero eodē in loco utriusq; cædis mētionem fecit. Neq; enim opinor tam dementem fore quenquam, q̄ eiusmodi errata uelit aßignare librarijs, quādo eiusmodi esse non solent errores hominum indoctorum. Cui etiam accedit illud, quod quemadmodum hoc loco, ita etiam post semel atq; iterum nomen Sp. Meliꝰ,

pro Tiberij Gracchi positum est, in erratis autem librariorum summa inesse solet inconstantia. ¶ Ego te consulem putem, cum tu me nō putes consularē?) Verba sunt magni illius oratoris L. Crassi, cui cum Philippus consul manum injici iuberet, ille reiecto lictore, nō es, inquit, mihi Philippe cōsul, quia nec ego tibi senator sum. Autor Valerius Maximus libro sexto de liberè dictis aut factis. & Cicero tertio libro de oratore. D. Hieronymus ad Nepotianum de uita clericorum, eandem propemodum sententiam tribuit oratori Domitio: Scitum est, inquiens, illud oratoris Domitij, Cur ego te habeam ut principem, cū tu me nō habeas ut senatorem? Et Fabius libro octauo: Ego te consulem putem, cum tu me non putes esse senatorem? Alludit cōdem Cicero in secunda philippica, non tractabo, inquiens, ut consulem, ne ille me quidam, ut consularem. ¶ Et apud Quintilianum in Milite Mariano.) Quo tempore C. Marius bellum gerebat aduersus Cimbros, eo tempore tribunus quidā militum, propinquus eius imperatoris, pudicitiā militi cuidam uolens eripere, interfectus ab illo est. Atque hunc militem (ut Ciceronis uerbis dicam) ille uir summus, scelere solutum, periculo liberauit. Hinc ortum argumentum declamatoribus, pro reo illo dicē di, quod fecit & Quintilianus. Vnde & declamatio ipsa Miles Marianus inscribitur. ¶ Nam illud multò apertius apud Virgiliū.) Secundo Aeneidos. ¶ Capi unius fraude & artibus eos.) Vnius, nempe Sinonis. Eos, Troianos. ¶ Exemplum est species quædam

Nō es mihi consul Philippe &c.

comparationis.) De hoc rursum libro secundo, capite decimoquarto. ¶Sed etiam à specie ducitur.) Hic meminisse oportet illud, quod dictum est prius capite sexto. nempè quod attinet ad rationem inueniendi, indiuidua quoq; species dici posse: quando eadem planè ratio est indiuidui ad speciè, quæ speciei ad genus. Alioqui non facilè intelligi potuerit, quo modo hæc argumentatio dicatur ducta à specie: Romulus Remum fratrem imperij consortem ferre non potuit: ergo nemo in summo imperio constitutus, patiens consortis erit. Verba Lucani primo Pharsaliæ libro hæc sunt:

Nulla fides regni socijs, omnisq; potestas
Impatiens consortis erit: nec gentibus ullis
Credite, nec longè factorum exempla petantur,
Fraterno primi maduerunt sanguine muri.

¶Et à coniugatis etiam prædiximus duci.) Supra capite decimo. ¶Vt si dicas, quemadmodũ uasculaoris angusti.) Ex Quintiliano libro oratoriarum institutionũ primo, capite tertio: ut quidè hodie libri eius uiri in capita distincti sunt. ¶Vt si Didonè decet habitare Aphricam.) Aeneas Didoni apud Virgilium 4. Aeneidos inter cætera respondet in hunc modũ:

Si te Carthaginis arces
Phœnissam, Tyriæq; aspectus detinet urbis:
Quæ tandem Ausonia Teucros considere terra
Inuidia est?

¶Sic etiam Iuno.) Primo Aeneidos. ¶P. ergo Scipio cũ Sp. Meliũ.) Hac de re paulò ante ĩ hoc ipso capite.

¶Similitudo ad quid maiorẽ habeat uim, quo modo inueſtiganda. Diſſimilitudo quid ſit, unde comparata ſimilia q; ſumantur. Cap. XXVI.

Similitudinẽ ad docẽdũ atq; alliciendũ potius, q̃ ad conuincendũ eſſe accommodatam.

OMnium locorũ è quibus ducũtur argumenta, nulli ferè minus eſt uiriũ contra renitentẽ auditorem, q̃ ſimilitudini: ad eum uero q̃ ſponte ſequitur, docendumq; ſe præbet, accommodatior nullus eſt. Aperit eñ rẽ, ſi recte adhibeat, & quãdam eius imaginẽ ſubiiciat animo: ut cum aſſentiendi neceſſitatẽ non afferat, afferat tacitũ diſſentiendi pudorẽ. Quapropter ad probandũ non ita crebro, ad explanandum illuſtrandumq; ſæpe ab oratoribus, à poetis ſæpius adhibetur. Habet tñ plærumq; probantis ſpẽm ſimilitudo, eo ipſo, q̃ rem qualis ſit indicat. Itaq; cũ legis Quintiliani illud: uaſcula oris anguſti ſuperfuſam humoris copiã reſpuunt, ſenſim aũt influentibus uel inſtillantibus etiã replẽtur: non conficitur utiq;, debere propter hoc tenera puerorũ ingenia pro modo uirium ſuarũ doceri: ſed tñ concipiẽdo quiſq; rem apud animũ ſuum ſub hac imagine, pſuadet ſibi, aliter fieri nõ poſſe. Apud Lucanum egregia uidetur ſimilitudo pro

argumento posita:

Cæsaris an cursus, uestræ sentire putatis
Dānū posse fugæ: ueluti si cuncta minent
Flumina (quos miscent) pelago subducere fontes:
Nō magis ablatis unq̄ decreuerit æquor,
Quàm nunc crescit, aquis.

Planū est uidere, si qs sic argumentet: flumina subducta mari nō minuent ipsum, ergo nec uos deserentes Cæsarem, retinebitis cursum rep. suap., frigidū esse & plane enerue argumentū. Qñ uero sumitur, non ad puincendā rem, sed docendam, rapitq̄ mentes ad se similitudo: non iam qs quis hæc audit, cogitat de Cæsare uel militibus id, quod sunt: sed ī specie maris, Cæsarē: in fluminū, milites capit: quodq̄ in proprijs Cæsaris militumq̄ psonis incredibile fuisset, abrepto iam trāsformatoq̄ in alienam imaginē aīo, uelut pspectum in similitudine accipit, prorsusq̄ sic esse, si bīpsi persuadet. ¶ Quid sit similitudo, & quēadmodū distinguatur à cōparatione, superius diximus. Quia uero tota extra rem est, difficilior uidetur inuētu. Quod quanq̄ confertur, extra rem esse certū est:

ut mare extra Cæsarem. Id etiam in quo fit collatio, extra est, cũ (ut prædiximus) non in uno aliquo cõferantur: nanq; incrementa & decrementa maris in Cæsarẽ cadere nõ possunt, tametsi de utroq; fortasse in proposita similitudine crescere dici posset & decrescere, non tñ una in utrisq; est ratio istorũ: sed cadẽ nomina erunt, res liquet prorsus esse diuersas. ¶ Demus ergo, si possumus, uiam aliquã, quo paratius ista inueniri queant. Primũ uideamus in re ꝓposita, cui similitudinẽ quærimus, qd sit id quod exprimere similitudine uolumus, idq; quale sit, & quid efficiat, diligẽter intueamur. Deinde rem quãpiam quæramus, quæ habeat ĩ se aliquid, cui sit similis in ipsa uis, qualis est in ꝓposito nostro eius, quod cupimus imitari. Neq; si primo nõ occurrat, desistamus: sed subinde alias res excutiamus & alias. Non erit quisquã tam infelicis conatꝰ, ut quãuis semel iterum ue non succedat, tertio tñ aut quarto non eruat aliquid. ¶ Aperiamus primũ hac uia similitudinẽ, quam nobis in exemplũ, ex Lucano desumpsimus. Cæsar repressurus militũ seditionẽ, quid eos

Quõ inuestigãda similitudo.

similitudine docere uoluit: nempe amplitudinē rerū suarū ex illis nō pendere. In re quidē sunt Cæsar & milites Cæsari deseruientes. docendū aūt est, nō esse milites, q̄bus magnitudo Cæsaris sit innixa. Ante oīa ergo quærendū habuit Cæsar aliqd, cui numerus quidā rerū deseruiret (quēadmodū laborabāt milites) quod nō crescat earū rerū ministerio. Id fuit mare, cui quidē se, flumībus uero milites cōtulit.

¶ Circūspiciamus aliud. Forte tam omni ex parte accōmodatū nō inueniemus. Tenuis ēm esset ingenij laus, si passim posset ex obuio sumi. Inueniemus tñ aliqd. Fingamus, ut dicant hoīes, admittere se nolle solē, sed lucis occlusis receptaculis oībus, excluſuros ipsum. Sic ēm quanq̄ ueneratio solis quæ ex hoīm usu tribuitur, sibi peritura sit: lumini tñ reuera maiestatiq̄ suæ nihil decrescet. sic ne Cæsari quidem quicq̄ de sua peribit amplitudine, licet deserāt ipsum milites sui. Sed ptinus à prioris similitudis ui desciscimus, quod quēadmodū ibi flumina aliqd mari inferūt, ita hic nihil est quod hoīes afferant soli: nisi uelimus dignationē in eius locū ac

cipere & admirationē hominū. ¶Quæ-
ramus aliud in hoc ipso proposito. Quid
agunt milites seditiōe: ut cōcutiendo sta-
tum rerum Cæsaris, etiam ipsum atterāt
Cæsarem. Scrutemur aliquid, quod sine
damno concutitur. Scopuli q̄bus fluctus
perpetuò illiduntur. Sed segnius illud,
hoc uiuidius: ignem concuti uentis, & nō
decrescere, sed ali uidemus. ¶Rursum
milites quid præstant Cæsari? Ornant q̄-
dem augentq̄ decus rex Cæsaris: ex illo
tñ opes sunt ipsis, & dignitas, & singulo-
magnitudo. Quæramus quod ornet alio,
& idipsum sustineat & tueatur. Terra ui
ret herbis, gratiamq̄ ab ipsis habet: ex ipa
uero herbæ recipiunt uigorē. Itaq̄ in si-
militudinē transferemus. quēadmodum
istas nō sine periculo suo reuelli transfer
riq̄ posse: terram uero sua fœcūditate fa-
cile alias sibīpsi herbas redditurā: sic Cæ-
saris militū defectionem ipsis periculo fo
re, Cæsari ex opibus suis alios milites faci
le redituros. Sic etiam q̄ fœcundū agrū
ignauia deserant, sibi quidē īminere ege-
statē, agrum celeriter allecturum sua hu
bertate q̄ colant. Facile est uidere, has oēs

similitudines eo ducere, quod initio sum-
pſimus, nihil militum defectione Cæsari
perituꝝ de ſua magnitudine: quæ eo lati-
us diximus, ut uel ipſa copia offideremus
quõcunqꝫ, aliquam ſimilitudinis inueniẽ
dæ uiam. Multum aũt profuerit in hac re
intueri, quæ de eo cui ſimilitudinẽ quæri
mus p tropum (quam tranſlationẽ uoca
mus) efferuntur. Dabit nanqꝫ ſimilitudi-
nẽ nobis ſine cunctatione id, in quo tranſ-
lata illa ꝓpria ſunt uel natiua. Vt ſi amo-
rem quod malus ſit, ſimilitudine quæras
effingere: uide quæ de amore tranſlatiõe
ſoleant dici. Vulgo itaqꝫ iam uſurpat, ar
dere quem amore. Paratam nobis conti-
nuo ſimilitudinẽ uidemus ab igne, in quo
uerus eſt ardor. Et qm̃ ardere in bonam
etiam dici partẽ poteſt, licebit etiam ignis
ſimilitudine ipſum laudare. Vt uel uitu-
perando dicamus, quemadmodũ oĩa con
ſumit ignis, atqꝫ deſtruit quæcunqꝫ cõple-
ctitur: ſic amorem mentium noſtraꝝ ro
bur uiresqꝫ oẽs conſumere, & uelut in ci
nerem redactas diſſipare. Vel laudando,
ut quemadmodũ ignis rebus ĩmiſtus, ca-
lorẽ ipſis uitæqꝫ præbet uigorẽ, ſic amo-

rem nobis industriam strenuecp agẽdi sti
mulos subñere, nec quenq̃ rem ullam re
cte sine operis amore conari. Sic etiã quia
dicuntur hoies premi amore, similitudo
ab oneribus duci põt. Iam astrictos etiam
amore dicimus, similitudo à uinculis &
cõpedibus sumetur. Ita si insanire dicãtur,
furentibus: si cõsumi, in ignẽ positis: si lan
guere, ægrotãtibus assimilabimus. Cõtra
uero si laudare instituimus, similitudinẽ
ab eis quæ in laudẽ dicũtur trahemus: ut
tenacẽ esse amorẽ, solidum, non fractum,
dulcẽ dicimus. Poterit ergo ex eis, quibus
horũ unũquodcp reuera ineſt, similitudo
depromi. Delectus adhibẽdus est, ut pro
rei qualitate ipsam adaptemus. Vt si do
cere uolumus, apta sit similitudo: si lauda
re, splendida: si uituperare, pudẽda: si rem
tollere, magnifica. Liquidius nãcp oporte
bit rem quãcp talẽ uideri, qualẽ imagine
Dissimilia sua uolumus aliã esse monstrare. ¶ Dissi
miliũ nõ ita creber est usus. Quid sint aũt,
facile est deprehẽdere ex similibus. Non
em̃ aliud est dissimilitudo, q̃ cõtraria eius,
quod oñdere uolumus, similitudo. Itacp
& idem est eorũ cũ similitudine locus, Cõ

ſunxit utrũq; Quintilianus: Non em̃ uox (inquit) illa præceptoris, ut cœna, minus pluribus ſufficit: ſed ut ſol, uniuerſis idem lucis caloriſq; largitur. ¶ Tractatur uarie hic locus, & huberius & aſtrictius p iudi cio dicentis effertur. Poetæ ita q; nõnun q̃ fabulæ, & illæ q̃s uocãt Aeſopicas, lati nõnunq̃ narrant, nõnunq̃ cõtra breuiter colligũtur ſimilitudĩes: ut in Quintiliani illis exẽplis. Sic & Aeſchines, q cũ Demo ſthenẽ diceret oẽm in oſone fidutiã hſe, tibĩs aſſimilauit eũ, qbus ſi collũ demaſ, reliquũ corp⁹ iutile ẽ. Et ille cõtra, Aeſchi nẽ trutinæ ſimilẽ, quæ à quacũq; pte ifun dif, eo inclinat. ¶ Sumũtur aũt utraq;, & cõparata & ſimilia, ex añcedẽtibus, conſe quẽtibus & adiũctis. Ex añcedẽtibus, An uir clariſſimus P. Scipio: & quæ ſequun tur. Et, Pallas ne exurere claſſem. Ex cõ ſequẽtibus, ut Iuuenalis: Tantũ igitur mu ros intra toga cõtulit illi Nomĩs ac tituli. Notus eſt locus, Comparat em̃ Ciceronis rebus Auguſti bella. Ex adiunctis: Si te Carthaginis arces Phœniſſam, Libycæq; aſpectus detinet urbis. Antecedentia ue ro ſimilia ſunt, ut apud Ciceronẽ p lege

Loci huius uſus.

Tres gradus per quos dixit duci poſſe oĩa accidentia.

Manilia, Medœæ quæ mẽbra fratris dis-
cerpſit, quo colligẽdis illis pſequentẽ mo-
rareť patrẽ, aſſimilať Luculli exercitus,
opibus Mithridatis à pſequẽdo ipſo Mi-
thridate diſtẽtus. Adiuncta ſunt, ut p Ro-
ſcio, anſeres & canes q in Capitolio alebã-
tur, ut fures detegerẽt: quibus accuſato-
res ſimiles dixit orator, ut nocentes in R.
P. ad pœnas ſceleꝛ dandas, in ius uocarẽt.
Ex cõſequentibus Lucanus ſumpſit, cũ p-
turbationẽ ciuitatis explicaret, confuſio-
ne ea quæ ſit in fine mundi rerumq; oĩm
futura. ¶ Copioſi ſunt hi duo loci, & uul-
gi opinioni ſenſibusq; aptiſſimi. Nam ut
cõparatis facile peruincunť rudiores ani
mi (nõ eĩm facilius quiſquã credit, q̃ quod
iam in alio uidetur probaſſe) ſic ſimilitu
do ad explanandũ eſt ĩſdem maxime ac-
cõmodata. Hebetes eĩm mẽtes, & quæ in
ipſas res penetrare nequeũt, ut quale ſit
quicq; poſſint perſpicere, non alia re apti
us, q̃ imagine & figura notioꝛ aliarum
rerum, in id quod oſtendere uolumus
ducuntur. Acriora ingenia, uelut qui ui-
dent, oculos ſequunť: contra, hebetes tan
quam cæci, tactu explorent iter oportet.

Horum lo corum hu bortas.

¶Scholia in caput uigesimumsextum.

ITaq; cum legis Quintiliani illud.) Libro primo capite tertio. ¶Apud Lucanum.) Verba sunt Cæsaris ad milites Pharsaliæ libro quinto. ¶Non enim uox illa præceptoris.) Verba sunt Quintiliani, loco quem indicaui. ¶Sic & Aeschines.) Aeschinis in Demosthenem uerba, interprete Leonardo Aretino, sic habent: At cum uir totus ex uerbis compactus atque his uehementibus & superfluè laboratis, simplicitatem simulet, quis ferat? Cuius gulam si quis auferat, instar fistularum nihil reliquum erit. ¶Et ille cõtra Aeschinem trutinæ similem.) Equidem ubi Demosthenes dixerit Aeschinem esse similem trutinæ, nondum usquam legisse memini. In oratione pro Ctesiphonte, nominat eum (interprete Aretino) fabulam ac tritu ram fori, & uilissimum scribam. Item paulò post, tragicam simiam, rusticum Oenomaum, oratorẽ absurdũ. Quod si quis ipsius Demosthenis uerba hac de re malit, ea quoq; asscripsimus: Εἰ δ' ἔακοε, (inquit) ἢ ξαδάμανθυε, ἢ μίνωε ἦν κατηγορῶν, ἀλλὰ μὴν ὡμολόγηε, πρίτγιμμα ἀγοράε, ὄλεθροε γραμματεύε, οὐκ ἂν αὐτὸν οἶμαι τοιαῦτ' εἰπεῖν, οὐδ' ἂν οὕτωε ἐπαχθεῖε λόγουε ποιήσαιθ', ὥσπερ ἐν ξαγωγίᾳ βοῶντα, ὦ γῆ, καὶ ἥλιε, καὶ ἀρετή, καὶ τὰ τοιαῦτα. Et post in eadem oratione: πονηρὸν ὦ ἄνδρεε ἀθλιαῖοι, πονηρὸν ὁ συκοφάντηε ἀεὶ, καὶ παντα χόθεν βάσκανον καὶ φιλαίτιον. τοῦτο δὲ καὶ φύσει κίναδόε τ' ἀνθρώπιον ὄζει, οὐδέν ἐ ἀρχαῖ-

ὑγιὲς πεποιηκὸς, οὐδ' ἐλεύθερον, ἀυτοβαγικὸς πῖ θηκος, ἀργυραῖος οἰνόμαος, πρόσημος ἑκάτως &c.

¶Ex cõsequentibus, ut Iuuenalis.) Apud hunc poetã satyra octaua de Cicerone sic legis:

Quid Catilina tuis natalibus atq; Cethegi
Inuenit quisquam sublimius? arma tamen uos
Nocturna, & flammas domibus templisq; parastis,
Vt Braccatorum pueri, Senonumq; minores:
Ausi quod liceat tunicæ punire molesta.
Sed uigilat consul, uexillaq; uestra coërcet
Hic nouus Arpinas, ignobilis, & modo Romæ
Municipalis eques, galeatum ponit ubiq;
Præsidium attonitis, & in omni gente laborat.
Tantum igitur muros intra, toga contulit illi
Nominis & tituli, quantum non Leucade, quantum
Thessaliæ campis Octauius abstulit, udo
Cædibus assiduis gladio: sed Roma parentem,
Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.

¶Vt apud Ciceronem pro lege Manilia.) In ea oratione Cicero ostẽsurus, cur adhuc periculosum acmagnum esset bellum Mithridaticum, rege fugato atq; expulso: Primũ, inqt, ex suo regno sic Mithridates profugit, ut ex eodem Põto Medœa illa quondã profugisse dicitur: quã prædicant in fuga fratris sui membra in his locis, qua se parens persequeretur, dissipauisse: ut eorum collectio dispersa, mœrorq; patrius, celeritatem persequẽdi retardaret. sic Mithridates fugiens, maximam uim auri atq; argenti, pulcherrimarumq; rerum omnium, quas & à maioribus acce-

perat, & ipse bello superiore ex tota Asia direptas, in suum regnum congesserat, in Ponto omnem reliquit. Hæc dum nostri colligunt diligentius, rex ipse è manibus effugit. ¶ Adiuncta sunt ut pro Roscio.) In oratiõe Ciceronis pro Sex. Roscio Amerino, ubi miris salibus defricatur accusator Erutius, hæc quoque præter alia multa aduersus præposteros accusatores dicuntur. Anseribus cibaria publicè locãtur, & canes aluntur in capitolio, ut significent si fures uenerint. At fures internoscere non possunt, significant tamẽ, si qui noctu in capitolium uenerint. Et qd id est suspicioſum, tametsi bestiæ sunt, tamẽ in eã partem potius peccãt, quæ est cautior. Quod si luce quoque canes latrent, cum deos salutatum aliqui uenerint, opinor ijs crura suffringantur, quod acres sint etiã tum, cum suspicio nulla sit. Similima est accusatorum ratio. alij uestrum anseres sunt, qui tãtummodo clamant, nocere non possunt: alij canes, qui & latrare & mordere possunt. Cibaria uobis præberi uidemus, uos autem maximè debetis in eos impetũ facere qui merentur: hoc populo gratißimum est. Deinde si uoletis, etiam tum, cum ueriſimile erit aliquẽ commißisse, in suſpicione latratote: id quoq; concedi potest. sin autem sic agetis, ut arguatis aliquem patrẽ occidisse, neq; dicere poßitis, aut quare, aut quo modo, ac tantummodo sine suſpicione latrabitis, crura quidẽ uobis nemo suffringet: sed si ego hos benẽ noui, literam illam, cui uos usq; eo inimici estis, ut etiam eos omnes oderitis, ita uehementer ad caput affi

gent, ut postea neminem alium nisi uestras fortunas accusare possitis. ¶Ex consequentibus Lucanus.) Libro Pharsaliæ primo, non ita longe à principio. Reliquos uel Ciceronis uel Vergilij locos iam ante indicauimus. ¶Copiosi sunt hi duo loci.) Nempè comparatorum & similium. Et certè nulli argumentorum loci crebrius inter dicendum incidunt, quo circa ut plenius à iuuētute intelligātur, & facilius usui quotidiano accommodari possint, operæ preciū mihi facturus uideor, si paucis eos illustrem exemplis. Cūq; cōparatorū locus sit triplex, à pari, à maiori, & à minori: ideo & per hos gradus argumenta ducemus.

A PARI

Cicero in Verrem: Si finem edicto prætoris afferunt Calendæ Ianuarij, cur non initium quoq; nascitur à Calendis Ianuarijs?

Idem primo rhetoricorum: Nā si Rhodijs turpe nō est, portoriū locare, nec Hermacreōti cōducere.

Et pro Rabirio: O dij immortales, hæc est illa exoptata iudiciorū seueritas? Corruptores nostri cautam dicunt, nos qui corrupti sumus, non dicimus?

Quintilianus li. 5. Qui ob rem iudicandam pecuniā accipit, & ob dicēdū falsum testimoniū accipiet.

Idem: Quæ pœna aduersus interfectorem patris iusta est, eadem aduersus matris.

Iphicrates ille Athenienſis, cum ab Aristophonte proditionis accusaretur, percontatus ab illo est: ecquid ipse accepta pecunia proditurus esset rempublicam? quod cum negasset ille, quid igitur quod tu,

inquit, facturus non sis, id ego feci?

A MAIORI

Cicero epistola quadã ad Metellum: Tu tuas inimicitias ut reipublicæ donares, te uicisti: alienas ut cõtra rempublicam confirmes adduceris? Quanq̃ hoc & à pugnantibus ductum uideri possit.

Idem pro Milone: Quem igitur cũ omniũ gratia noluit, hũc uoluit cum aliquorum querela? Quem iure, quẽ impunè nõ est ausus, hũc iniuria, iniquo loco, alieno tpe. periculo capitis, nõ dubitauit s. occidere?

Eiusmodi est illud Medææ apud Ouid. Seruare potui, perdere an possim rogas? Et Aeneæ apud Virg.

Vos & Scyllæam rabiem, penitusq̃; sonantes
Accestis scopulos, uos & Cyclopea saxa
Experti, reuocate animos, mœstumq̃; timorem
Mittite: forsan & hæc olim meminisse iuuabit.

Vult enim his uerbis planum facere Aeneas, non debere socios suos frangi rebus præsentibus, qui maiora grauioraq̃; iam pertulissent.

A MINORI

Histrio quid deceat quærit, & non idem faciat orator? Ex Cicerone de oratore.

Quòd si in ipso etiã corpore multa uoluptati præponenda sunt, ut uires, uelocitas, ualetudo, pulchritudo: quid ni idem in animis fiat, in quibus doctißimi illi ueteres cæleste ac diuinum quiddam inesse putârunt? Ex eodem, secundo libro de finibus.

Demosthenes a cane quomodo ϛ̃ litera expri menda esset discere nõ erubuit: & nos pudebit, si ho

mines homine præceptore utamur? Ex Hieronymo aduersus Ruffinum.

Quid? an non uehementer absurdum illud, assuefacere pueros, ut dextra cibum capiant, & si læuam forte manum extendant increpare: at interim non prouidere illud, ut honesta suæq; ætati congruentia audiant? Ex Plutarcho de educatione liberorum.

Serui (inquit Memmius tribunus pl. apud Salustium) ære parati, iniusta imperia dominorum nõ perferũt: uos Quirites in imperio pati, æquo animo seruitutem toleratis?

Sed horum plena sunt omnia. Illud notandũ, quod & Rodolphus monet capite uigesimoquinto, quædã argumenta esse, quæ diuersa ratione, interim à maiori, interim à minori duci uideantur. Causa uerbi. Cicero in secũda philippica: Quid indignius, quàm uiuere eum, qui imposuit diadema: cum omnes fateantur iure interfectum esse, qui abiecerit?

Hic si committas Cæsarem & Antoniũ, ducta fuerit argumentatio à maiori. Neq; enim aliud demonstrare uult Cicero, quàm iure occidi potuisse Antonium, eo quòd Cæsarem illo maiorẽ iure occisum esse, omnes faterentur. At si causas occidendi comparet inuicem, iam contrario modo habebit. Est enim hæc uis argumentationis. Minor causa fuit occidendi Cæsaris, qui diadema sibi impositum reiecit: quàm Antonij, qui illud imposuit: quare si illum omnes iure occisum esse fatentur, quid indignius, quàm uiuere Antonium illo longè scelestiorem? Hieronymus ad-

uersus Iouinianũ: Si altißima illa ſublimitas cecidit, quis cadere non poßit? Si in cælo ruinæ, quantò magis in terra? Hic confer angelicam illam creaturam è cælo lapſam cum genere humano, & à maiori ducta erit argumentatio. Rurſum, uocà id maius, more Ariſtoteliico, quod eſt ueri ſimilius: minus, quod uero eſt diſſimilius: iã cõtrà à minori ducta erit. ſiquidẽ minus erat uero cõſonũ, altißimã illã ſublimitatẽ cadere poſſe q̃ hoiem: quo circa ſi illa cecidit, qd ni cadere poſſit & homo? Atq; hoc poſteriori intellectu ferè hiſce noĩbus utũtur, qui hodie dialectica docẽt. alij cõtrà, priori. Ego, utris potius accedendũ ſit, dubito. Placent certè mihi hac quidem parte utrique: neq; ita magni referre puto, hinc an illinc ducta argumẽta dicantur, modo inuenire ea diſcat iuuentus.

EXEMPLA SIMILIVM

Quemadmodum dicere ſolebat Philoxenus, carniũ ſuauißimas eſſe eas quæ carnes nõ ſint, & piſciũ quoq; eos qui non ſint piſces: ſic in philoſophia, ea cũ primis ducunt ac alliciunt animos iuuenum, quæ neq; philoſophicè nimis, neq; accuratè nimium tractantur. Autor Plutarchus.

Philoxenus Eryxidis filius, & Gnato Siculus, gulæ proceres, imò uerò extremi perditiq; gulones, cõ uiuijs adhibiti, emungere ſe in pultarijs ſoliti erunt, ut abſtinentibus cæteris, ſoli epulis ampliter fruerẽtur. Ita hodie quidam ſtudia liberalium artium docere aut ſcribere ingreßi, uocabulis ſordidis, & ex intima plebeij ſermonis fece acceptis, fœdant ac con

taminant omnia: ut bonis mentibus & præclaris ingenijs inde auersis, soli ipsi rerum potiantur, ac citra æmulum regnent. Ex Hermolao Barbaro.

Fuit quidam tempore Alexandri Magni, qui eam longo usu tenebat artem, ut ex certo interuallo grana ciceris sine frustratione in foramen acus inseret: qua re cum confideret se placiturum regi, ac magnum aliquid ab illo reportaturum: modio eius leguminis donatus ē, digno me hercules tali artifice præmio. Ita qui disserendi artem profeßi, secula iam aliquot, aliud nihil quàm nugacißima quædā & per manus tradita in scholis decantant sophismata, nónne digni sunt, qui, non dico modio uno aut altero, sed plaustris aliquot sophismatū, senes iam onerētur? Erraui, honorētur dicere erat in animo. Ex Quintiliano.

Vt in urbe defendenda nihil prodest, cæteras quidem portas omneis esse clausas, modò una aliqua pateat per quam hostes recipiantur in urbem: ita parū profuerit iuueni, si à cæteris uoluptatibus sese abstineat, dum ab una quapiā in profundum uitiorū præceps agatur. Ex Plutarcho de audiendis poëmatis.

Quomodo in uitibus pampini & palmites esse solent in causa, cur botri subinde occulantur, obūbrātiq; lateant: ita in dictione poëtica, propter circunfusas undiq; fabulas, multa non animaduertuntur à iuuentute, alioqui futura uel utilißima. Indidem.

Tanquā ille qui gallos infeliciter pinxerat, puero mandauit, ut ueros gallos quàm longißimè à tabula abigeret: sic adulator nihil æquè timet atque ueri

cuiuspiam amici accessum. Ex eodem de dignoscendo adulatore & amico.

Cicero familiarium epistolarum libro quinto: In ludis gymnicis, inquit, mos erat præcões quoq; ipsos corona ante ludorum missionem donari: uerum hi, cum cæteris coronas imposuissent uictoribus, eorũq; nomina magna uoce pronunciassent, sibi tamen aliũ adhibebãt præconem, ne sua uoce ipsi se uictores esse pronunciarent. Hoc modo & nos, aliorum quidem uirtutes pleno ore laudabimus, nostras cõuscq; in occulto sinemus, dum alius quisquã existat, qui eas ab interitu uindicet, posterisq; commendet.

Idem post reditum ab exilio: Sed tanquã bona ualetudo iucundior est eis, qui è graui morbo recreati sunt, quàm qui nunquam ægroto corpore fuerũt: sic patria cæteraq; fortunæ bona, desiderata magis q̃ quotidie percepta delectant.

Dissimile est apud eũdẽ philippica tertia: Certus dũt dies, non ut sacrificij, sic consilij expectari solet.

Verum hæc quis non malit petere ex Erasmo? Illud non indignum fortasis obseruatione, in quibusdam comparatis difficulter admodum assignari posse aliquid utriusq; cõmune, & in similibus interim facilimè. Comparatio est illa apud Salustium: Maiores uestri parandi iuris & constituendæ maiestatis gratia, per secessionem armati bis Auentinum montẽ occupauêre: uos pro libertate, quam ab illis accepistis, nonne summa ope nitemini? atq; eò uehemẽtius, quod maius dedecus est, parta amittere, quàm omnino nõ

parauisse. Similitudo apud Quintilianum: Quomodo uulnus infligi citius potest quàm sanari, ita reũ facilius accusare est quàm defendere. Et apud Ciceronem in Antonium: Vt Helena Troianis, sic iste reipub. causa pestis atq; exitij fuit. Hic si quis unum aliquid commune quærat, nónne in exemplo Quintiliani commune fuerit utrisq;, facilius esse lædere quàm mederi? & in Ciceronis, utrunq; exitij fuisse causam ijs, quibuscum degeret? Contrà in comparatione illa Salustiana non ita facilè. Sed de his pro suo quisq; arbitratu ut uolet statuat. Ego dicere hoc ausim, in quibusdam nihil interesse inter similitudinem & cõparationem, nisi tractandi rationem diuersam, & diuersum genus elocutionis. Comparati o est, quã modo ex Salustio adduximus. Tractetur paulò aliter, & similitudo erit, nempè ad hunc modum. Sanè quẽ admodum maiores uestri Quirites, parandi iuris et constituendæ maiestatis gratia, per secessionem armati bis Auentinum montem occupauêre: sic uos etiam pro libertate, quam ab illis accepistis, summa openiti debetis. Dissimilitudo est apud Liuiũ secũdi belli punici libro octauo: Quàm compar (inquit Fabius Maximus ad Scipionem) consilium tuum parẽtis tui cõsilio sit, reputa. Ille COS. profectus in Hispaniam, ut Annibali ab Alpibus descendenti occurreret, in Italiam de prouincia redijt: tu, cum Annibal in Italia sit, relinquere Italiam paras: non quia reip. id utile, sed quia tibi id amplum & glorioſum censes esse. Quid porrò negocij fuerit, hinc efficere comparatio

ñē, si mutatis paucis hūc in modum hæc efferantur? Quid? Pater tuus COS. profectus in Hispaniā, ut Annibali ab Alpibus descendēti occurreret, in Italiam de prouincia rediit: & tu, cum sit Annibal in Italia, illā relinquas? Hæc ideo adscripsi, ut diligenter expēdat lector, ecquid semper ea ratione distent similia à comparatis, quæ distare ea ait Rodolphus.

¶ Quid repugnantia, & quomodo ea diuidatur. Hinc opposita quæ dicantur, & quot horum sint species. Tum differentia quæ sint, & quæ horum diuisio. Postremò, quæ ducantur hinc argumenta, & duarū obiectionum dilutiones. Cā XXVII.

NOn debet cuiquam mirū uideri, si repugnantia (cum superius nō puta uerimus ex Boethij uel Ciceronis potius sentētia inter locos ponēda) nunc ipsi uelut oblitī nī, inter locos numeremus. Equidē non id tunc egi, ut docerem repugnantia locū non esse: sed oñdere uolui, in eam conditionē, quō Boethio uisum est, ut esset repugnans, qcquid contrariū eēt cōsequentis: non posse hoc pacto certum eis & seiunctum ab alīs locum attribui. Orditur à præmunitione, ut si mul intelligas, quatenus actum sit de repugnantibus ca. 21.

¶ Repugnantiam aūt in præsentia definimus, ut sit rerū per se dissidens habitudo, qua fit, ut alterū dici id esse quod alterū, nō possit. Quod aūt (per se) addimus de- Repugnātia quid.

finitioni,id eo ptinet,ut ostendamus, non qcquid de altero negatur, repugnãs esse. Nec em̃ etsi dicam Ciceronẽ non esse infantẽ, ideo infantẽ esse,repugnans est Ciceroni:nec si dico,Catonẽ non auarũ fuisse,repugnat idcirco auarum esse Catoni. Non enim p se ista, hoc est, Cicero quatenus Cicero est,& Cato quatenus Cato,tales negantur esse:sed quia Cicero eloquẽs est,cui repugnat esse infantẽ: & Cato uir bonus,cui repugnat item auarum esse. At hõ & irrationale repugnant: qm̃ rõnale quod repugnat irrationali, in substantia est hois.ergo hõ per se,hoc est,p substantiam suam,ab irrationali dissidet. Sic homo & uirtus repugnant,qm̃ hõ per se existentiũ generis est,uirtus uero inhærentium.neq; em̃ dici põt,hõ est uirt⁹. Adeoq; longe magis repugnant,quantũ ad se, id est, ad substantiã suam, hõ & uirtus q̃ hõ & irrationale. ista em̃ in proximo & sub eodem genere posita distant. utrũq; enim intra animalis est cõplexum.at illa toto rerum ordine, hoc est, prædicamentis sunt diducta.Quod aũt uulgo dicimus,non repugnare homini uirtutẽ aut uitium,id in

Cauilli exclusio.

eam sententiam dicitur, non ut alterꝝ dici possit id esse quod alterum: sed quia nihil obstet, quo minꝰ ineſſe alterꝝ alteri possit.

¶Repugnant aũt, aut unum uni, aut uni plura. Illa oppoſita, hæc differentia uocamus. Et quæ nos oppoſita, Cicero contraria dixit. Boethiꝰ cõmodiꝰ oppoſita putauit dici, qm̃ ea quæ τὰ ἐναντία Græci uocãt, aptius cõtraria dicerẽtur: quæ Cicero q dem dixit aduerſa. Vtcũqꝫ uocẽtur, haud multũ ĩtererit: nos Boethiũ, qñ uſus magis hunc in morẽ triuit ea noĩa, ſeq̃mur. *Diuiſio repugnãtiũ.*

¶Oppoſita ſunt, quæ repugnãt, unũ uni, ſic, ut neqꝫ alterꝝ de altero, neque ambo de tertio dici poſſint. Ea Ariſtoteles ĩjs ferme uerbis diuidit. Alterꝝ (inquit) alteri opponi dicitur quadruplicit: uel ut quæ ſunt ad aliquid, uel ut cõtraria, uel ut priuatio & habitio, uel ut affirmatio & negatio. Vt ad aliquid opponũtur, ſicut duplũ dimidio. Vt cõtraria, ſicut malum bono. Vt ſecundũ priuationẽ & habitionẽ, ſicut cæcitas & uiſus. Vt affirmatio & negatio, ſicut ſedet, non ſedet. Vtcqꝫ paucis dicamus, oĩa aut relata ſunt, aut contraria, aut priuatiua, aut contradicentia, Ad aliquid *Oppoſita quæ.* *Oppoſitorũ diuiſio quadrimẽbris.*

Ad aliqd. (quæ & relata dicuntur) sunt ea, quæ secundũ hoc ipsum quod sunt, aliorũ dicuntur: Vt seruus, dñi dicitur seruus: & dñs, seruí dñs. sic pater, filij pr̃ dicitur: & filius, pr̃is filius. & totũ, dicitur partis totũ: & partes, totius esse partes dicuntur. Pot aũt dubitatione dignum uideri, cum tm unum uni dixerimus opponi: quõ id constare possit in relatis, cum unius dñi multos uideamus seruos, unius pr̃is multos filios esse. Certum est em̃, hunc pr̃em & hos filios relata esse, similiter hũc dñm & hos seruos. Sunt q credant filios referri ad pr̃em & seruos ad dñm, multos ad unũ, nõ quatenus multi sunt, uel hi singuli: sed quatenus cõis ratio est unaq; in omnibus & filiorũ & seruorũ, quemadmodũ in istis, pr̃is & dñi. Scotus oim̃ qui philosophiam tractauerũt disputator multorũ cõsensu acerrimus, uoluit, in patre q multos haberet filios, multa proinde nomina respectusq; esse pr̃is. quemadmodũ & iuris periti, patri suam in quenq; filium describerẽt patriam ptãtem: & dño in quẽq; seruũ, proprium discretumq; ius mãci pij. Sed recõditiora sunt hæc, neque nr̃æ

Scrupul⁹.

Solutio.

(quod aiunt) farraginis. ergo reliqua ꝑſe quamur. Cõtraria ſunt repugnãtia, quorum utrũq; põt ſimul exiſtere, & alterũ ſine altero eſſe: Vt calidũ & frigidũ cõtraria ſunt, exiſtuntq; utraq; ſimul. Quod q̃dem in cõtradictione fieri non põt, nec in priuatione: quorũ ſi eſt alterũ, non põt alterũ eſſe. In relatis uero nõ põt alterũ ſine altero eſſe: non em̃ põt eſſe dñs, ut nõ ſit ſeruus: nec è diuerſo ſeruus, ut nõ ſit dñs. At calidũ nihil repugnaret eſſe, ut non eſſet frigidũ: nec nigrũ, ut nõ eſſet album. Priuatio eſt defect⁹ alicuius, in eo, quod id natũ eſt habere. Vt cæcitas ẽ defectus uiſus, non in quouis, nec em̃ lapis cæcus dr̃, ſed in eo quod natũ eſt uidere. Sic mutũ eſſe, nõ cuiuſq; eſt, ſed ei⁹, quod natũ eſt loqui: & demens, eius quod ſapere: & mortuũ, eius quod uiuum eſſe poſſet. Contradicentia ſunt, quorũ negatur uno id ipſum, quod ẽ altero affirmatũ. Vt ſedere nõ ſedere, currere nõ currere. Quod dicimus aũt negari uno id ipm̃, quod ẽ affirmatũ altero, hoc eo ptinet: nã ſi dicas hoiem alĩ quẽ currere, & aliquẽ hoiem non currere, non contradicunt iſta; põt em̃ utrunq;

Cõtraria.

Diſcrimẽ contrariorum à reliquis oppoſitis.

Priuatio.

Contradicentia.

esse uerum: nam põt aliquis hõ currere, ut Cicero: & simul aliquis nõ currere, ut Cato: uerum non negatur uno, quod erat affirmatũ altero. Quare ut cõtradicãt, necesse ẽ idipsum neges quod affirmasti: ut qm̃ dixisti aliquem hoiem currere, neges currere aliquẽ, hoc est, nullum dicas currere. Estq; ea ppetua & ĩmota contradicentiũ lex, ut de omni re necesse sit uere alterũ contradicentiũ dici, utraq; de nulla.

Differentia q̃ sint.

¶ Differentia sunt, quæ sic repugnant, ut non certo ductu unũ contra unum dirigatur, sed satis est substantijs inter se esse dimota. Vt Cicero & Cato differunt, qm̃ non est Cicero quod Cato. non tñ sic differunt, ut calidũ & frigidũ: calido em̃ nihil opponi põt aliud, quod eodem, modo cum ipso quo frigidũ pugnet: at quemadmodũ Cato à Cicerone distat, sic etiã Scipio, sic Lælius, sic quẽcunq; alium hoiem sumas, distabit. Quapropter neq; colores quos medios uocãt, cõtrarij inter se erũt. Quemadmodũ em̃ flauus cæruleo, sic etiã indicus, & ruber, & uiridis distat: & põt ex quolibet colore in quẽuis, & p quẽlibet ex albo in nigrum fieri transitus. Si

militer sapoꝛ etiam diuersæ spẽs contra
riæ nõ sunt, sed uerius differẽtes. Sic quæ- *Differentiũ diuisio*
cunq; aliæ sunt multæ spẽs, sub uno gene
re cõprehensæ: non magis censendæ sunt
cõtrariæ, q̃ iustitia, tẽperantia, fortitudo,
reliquæq; spẽs uirtutum. ¶ Differunt aũt *Differentia nũero.*
oĩa aut solũ ut singula: ut singuli inter se
hoĩes, singuli equi, & quæcũq; indiuidua
sub una cõtinentur specie. Aut specie: ut *Specie.*
quæcunq; indiuidua sub diuersis sunt spe
ciebus, uel ipsæ inter se spẽs diuersæ: ut
hic hõ & hic equus: & hõ & equus. Aut *Genere.*
genere: ut quæ uel diuersoꝛ sunt geneꝛe,
ut uitis & equus: quoꝛ hic aĩalis est spẽs,
illa plantæ. & ipsa quoq; genera diuersa,
ut aĩal & planta. Possumus addere istis ea,
quæ prædicamẽtis differunt, ut hõ & can
dor, quoꝛ hõ substantia, candor est quali-
tas. Quæcunq; ergo prædicamentis diffe
runt, genere differũt: & quæ genere, etiã
& specie: & quæ specie, singulatim diffe-
runt. Contra, quæcunq; singula sunt ea
dem, hoc est, quæ numero una dicuntur,
etiã specie sunt eadẽ: & quæ specie, ea ge-
nere: & quæ genere, prædicamẽto quoq;
sunt eadem. Quo fit, ut maxima differen-

tia,& minima unitas sit in prædicamẽto; cõtra, minima differẽtia, maxima unitas sit in singularibus. Quorũcunq; aũt duorum,alterꝝ de altero negatur, ea ut minimũ singulatim, hoc est, nũero oportebit differre. Nolim aũt quenq; fefellerit nominis huius ambiguitas,qua dicimus aliqua singulatim uel nũero eadem esse, uel differre. Qñq; em̃ aliqua numero eadem uocamus,quantũ ad substantiam suam pertinet:ut idem numero dicimus hoiem & animal rõnale,qm̃ eadem est utriusq; substantia: & Ciceronẽ unum numero dicimus,qm̃ nulla est ipsius ad seipsum differentia.Qñq; uero denominatiõe dicimus eadem: ut idem numero dicimus Ciceronem & eloquentẽ:non q̃ idem sit Ciceronis & eloquẽtiæ substantia, sed q̃ insit Ciceroni eloquentia,atq; ob id,idem & Cicero & eloquens uocetur. Verꝝ in præsentia de eis solum dicimus,quæ substantiꝫ eadem sunt atq; differũt,qm̃ denominatione idem differens à se dici põt:ut Cicero uir,à Cicerone puero,nõ substantia, sed ætate differt: & contra, quæ maximè differũt,eadẽ dicũtur: ut idẽ & hõ & mu

Duplici-teraliqua dici idem numero.

ficus & pr̃ dicitur, cũ ſubſtantijs hæc tria prædicamento differant. ¶Sane oía argumenta hmõi, In foro eſt, ergo non eſt rueri, Et illo tpe factum eſt, ergo non eſt hoc tpe factum, Et mea res eſt, ergo nõ eſt tua, Et huius eſt filius, ergo nõ illius, ad hunc locum rediguntur. Qm̃ em̃ ea natura eſt rerum, ut tm̃ unũ aliquod iſtorũ de re dici poſſit, (nec em̃ poteſt aliqd niſi in uno loco eſſe, nec niſi in uno tempore factum eſſe, quæq; reliqua ſimilis ſunt conditionis.) ergo cum unum aliquid de re affirmaueris, reliqua oía, quæ ab eo in eodem genere differunt, negabuntur de eadem. ¶Erit fortaſſe, cui uideatur neq; repugnãtia ab alijs locis, neq; ipſa quidem inter ſe oppoſita & differentia, ſatis diligenter eſſe diſcreta. Nã ut prius de hoc dicamus, quod poſterius ſumpſimus, pater & filius quæ relata ſunt, & calidum & frigidum quæ contraria, nemo eſt qui dixerit iſta non eſſe differẽtia. Deinde priuantia quoq; & contradicentia, cũ eadẽ eſſe nõ poſſint, differant neceſſe ẽ. Iam quod ad reliquos locos ptinet, calidum & frigidum in adiacentibus diximus, & pr̃em & filiũ

Vſus horũ locorum.

eſt rerum

factum

Obiectio prior.

Obiectio altera.

numerauimus inter connexa, & partiũ & totius sui sunt loci: ita etiam hõ & equus spẽs sunt, & animatũ & inanimatũ propria: ut uideaꝫ (id quod antea in Boethio annotauimus) repugnãtia p oẽs ductum iri locos. ¶ Non negauerim uera eẽ quæ contra dicuntur. Verũ non ob id efficitur, ut pturbentur loci: quod facile uidebit, q̃ meminerit eius q̃ diximus etiam ante, loco rũ discrimen nõ tã ab rerũ naturis, quas habent p se quæq̃, accipi: q̃ ab habitudine, quã sumunt inter se cõparatæ. Quod itaq̃ ad oppositа & differentia attinet, certũ est contraria specie inter se differre: & relata quidem quõ differãt, haud temere affirmauerim. Verũ utcũq̃ sit, cũ certa inter se lege differãt, ut uni tm̃ unum opponatur, oppositа dicimus ea, propter certam & destinatã ex natura sua repugnantiam, qua uelut singula è regione, alterũ cõtra alterũ certo sunt structu locata. Pater itaq̃ & filius, oppositа sunt inter se cõparata: cõparatus aũt quantũ ad substãtiam suam, pater dño, filius seruo, non opponi dicentur ista, sed differre. Sic calidum & frigidũ inter se cõtraria sunt: calidum &

Solutio obiectionis prioris.

dulce,frigidum & humidum differentia. Relata ergo & cõtraria(ut dicimus)quãquam inter se cõparata opponi proprie dicantur,differunt tñ etiam: sed oppositapotius dicũtur,quod certioris est & acrioris repugnantiæ nomen. Contradicentia aũt & priuantia differentiæ nomẽ nõ accipiunt.Cum sit enim differre dictum, quasi in diuersum ferre, non põt id nisi inter rem & rem fieri:at cõtradicẽtia & priuantia, una quidẽ parte res sunt, ut uisus & sedens:alia parte tm̃ negationẽ rei significant,ut cæcitas & non sedens.Non magis ergo possunt ista inť se differre, quàm (quod dici solet) uiui cum mortuis bellũ gerere. Haud absimile iis, quæ dicta sunt,fuerit, quod rñderi possit ad eã partem,qua dicebatur,repugnantia per alios sparsa locos esse. Possunt eim̃ ea quæ repugnantia dicunť, nonnunq̃ accipi seorsum quodlibet:uel saltem sic, ut non cõponantur inter se,& uel alter, de altero, dicanť, uel ambo de tertio aliquo. hoc eñ modo suis quæq; reddunť locis. At cũ uel in tertiũ aliquod incidũt, uel alter, de altero dicitur, repugnãtia sunt,huiusq; loci ppria

Posteriorís obiecti onis dilutio.

fiunt. Totum itaq; & pars, pr̃ & filius, nisi de altero dicatur alterꝫ, aut ambo de tertio aliquo, nequaq̃ repugnãt: quippe quorum alterꝫ altero constat, neq; sine altero uel fieri possit uel esse. cũ uero quis dicat, exempli causa, irascibile in ania partẽ esse ipsius, alius discretã per se distinctamq; esse aiam: certũ est repugnare ista, q̃ idẽ totum esse faciant & partẽ. Sic album & nigrum qbus insunt cõparata, non contraria sunt, sed adiacẽtia. Sic currere nõ currere, nõ cõtradicunt: sic quiescere & moueri, non priuatiue repugnant: si de homine illa, ista de lapide dicantur. Illud tñ prætereundũ non est, contradicentiũ priuatorumq; partes eas, quæ negant, nõ posse in alium cõferri locũ. Cum eñ negatio, non significari, non intelligi sine affirmatione possit: semp repugnantiam eius quod negat, præ se ferat necesse est. Non currere nanq; sine cursu, nec cæcitas sine uisu, intellectu cõprehẽdi nequit. Cũq; negationẽ significent, semp in eis & negatio & cursus uisusq; intelligitur: habẽtq; uelut innatam quandã in se repugnãtiam ad id, cui contradicunt, aut cui priuatiue

Notatiuncula.

repugnant. Habent autem hi loci pro- *Quid sit*
prium hoc, quod non potest ex ipsis quic- *his locis*
quam confirmari directe, sed è diuerso: *proprium*
ut si in uno neges, in altero affirmandum
est: contraq; alterius affirmatione negan-
dum est alterum: ut si dicas, iste pater est: se-
quitur non esse filiũ: & filius est, certũ est
patrem nõ esse. sic, cæcus est, ergo non ui
det: contra quoq; uidet, igitur cæcus non
est. Complectimur tñ nonnunq; hincin
de repugnantia, atq; directe pbamus. Vt
si lucrum est habere, damnũ est perdere,
Si utile est possidere, inutile est amittere.

Illud uero argumẽtandi genus: An pde *Altera no*
re possim quæris? seruare potui. &, Cui *tatiũcula.*
totũ dederam, illi negarem partẽ? non ex
repugnãtibus est, sed à maiori. neq; em̃ ut
repugnãtia hic sumuntur, sed cõsentanea
ad id, quod instituis cõfirmare, & ut sit al
terum alterо maius & difficilius effectu. Ne
q; em̃ quia seruare repugnat ei quod est p
dere, pbatũ à se putat Medœa, pditũ ire
se posse Iasonem: sed quia difficilius maio
risq; negocij ẽ, seruare, q̃ pdere. Sic etiã,
quia maius est totũ donare q̃ partẽ, pba-
bit nõ se cũctaturum in pte, cũ dederit totũ.

¶Scholia in caput uigesimumseptimum.

Capite 21.

Sed ostendere uolui, in eam conditionem, quo modo Boethio uisum est &c.) Aliam esse sententiam Boethij quàm refert Rodolphus, supra ostensum est. Non enim ait uir ille, repugnans esse, quicquid contrarium esset consequentis, sed quod esset consequens contrarij. Sed de hoc prius. Adeoq; longè magis repugnat.) Maior, inquit, pugnantia est inter hominẽ & uirtutẽ, quàm inter hominem & irrationale, propterea quòd homo & rationale sub eodem genere, nempe animali, continentur: homo autem & uirtus, discreta diuersáq; genere sunt: siquidem homo substantia est, uirtus qualitas. ¶Quòd autem uulgò dicimus.) Vulgo, inquit, dicimus homini non repugnare uirtutem, nõ hoc intellectu, quasi homo id esse possit quod uirtus, sed quòd uirtus homini possit inesse. Iam aliud est, posse homini inesse: aliud, posse esse hominem. ¶Et quæ nos oppositа, Cicero contraria dixit.) Cicero in topicis ita diuidit contraria, ut partim aduersa, partim priuantia, partim collata cũ aliquo, partim deniq; negãtia dicantur. Boethius quarto commentariorum libro quos scripsit in topica Ciceronis: Sed M. Tullius, inquit, non tam proprijs nominibus quàm notioribus utitur. Ait enim, contrariorum alia esse quæ aduersa uocẽtur, alia quæ priuantia, alia quæ in comparatione sint, alia quæ aientia et negantia nuncupentur. Sed quæ cõtraria nominat, oppositа uerius dicerentur: quæ aduersa dicuntur, contrariorum melius susciperent nomen: quæ in cod

Contrariorum diuisio apud Ciceronẽ.

latiõe nominat, ea relatiua uel ad aliquid certius uocarentur. Sed utatur nominibus ut uolet, dum res ipsæ certa proprietatis suæ ratione signentur. ¶Opposita sunt quæ repugnant, unũ uni.) Quomodo unũ uni, cum ex sententia Aristotelis, malo, non tantũ bonum, sed & aliud malum contrarium sit, cum uni timiditati, non modo repugnet fortitudo, sed & temeritas? Quanquam Aristoteles hac parte satis est uarius, ut qui in libris de cælo, unum uni aiat esse cõtrarium: in categorijs, uni interim plura. Diuus Thomas Aquinas, in ijs commentarijs quos scripsit in libros de cælo, hũc nodum hisce uerbis dissoluit: Eidẽ, inquit, secundum idem est unum tantum cõtrarium: nihil tamen prohibet, quin uni secundũ diuersa sint plura contraria: sicut si sit idem subiectum dulce & album, contraria ei uidentur nigrum & amarũ. Sic igitur illiberalitati contrariatur uirtus liberalitatis, sicut ordinatum inordinato: prodigalitas autem, sicut superabundatia defectui. Hactenus recẽsuimus uerba illius. A Boethio oppositæ finiũtur hoc modo: Oppositæ sunt, quæ in eodem, secundũ idem, in eodem tempore, circa unam eandemq; rem, simul esse nõ possunt. ¶Ea Aristoteles ijs fermè uerbis.) Græca, si qs forte requirat, sic habent: Λέγεται δ' ἕτερον ἑτέρῳ ἀνθυπεῖναι τρεῖς τρόπους. ἢ ὡς τὰ πρός τι, ἢ ὡς τὰ ἐναντία, ἢ ὡς στέρησις καὶ ἕξις, ἢ ὡς κατάφασις καὶ ἀπόφασις. In summa hoc dicit, quatuor esse genera oppositorum, relatiua, contraria, priuantia, &

Obiectio cum sua dilutione.

Oppositæ quomodo finierit Boethius. Libropræ dicamentorum.

contradicentia. ¶Potest autem dubitatione dignum uideri.) Nõ uideo equidem quid sit cur obiectio hæc magnopere moueat aliquem. Nam cum dicitur, uniũ uni opponi, id de speciali, non de numerali unitate accipiendum est. Ergo ut quis centum habeat filios, tamen quatenus pater est, uni tantum (de specifica unitate loquor) opponitur, nempè filio: siquidem omnes illi specie idem sunt, & in communi filij ratione conueniunt. Secus fuerit, si dicas patrem ea ratione qua pater dicitur, referri ad filium & uxorem. hic enim unum opponeretur duobus specie diuersis. ¶Quemadmodum & iurisperiti, patri suam in quenq; filium describerent patriam potestatem: & domini in quemque seruum, proprium discretumq; ius mãcipij.) De his lege institutionum imperialium librum primũ, capite, de his qui sui aut alieni sunt iuris. Et ff. eodẽ titulo. Item C. de patria potestate. Atq; fuit sanè olim patri in liberos uitæ necisq; potestas. cui deinde potestati adeo derogatum est, ut ne libertatẽ quidem, nedum uitam liberis auferre patri liceret. L. libertati, C. de patria potestate. Quocirca supra etiam monuimus, cautius accipiendum esse id quod ait Rodolphus, patrem adoptiuum, uitæ necisq; potestatem in eum quem adoptarit, accipere. De dominorum potestate in seruos, Caij iureconsulti uerba sic habẽt: Igitur in potestate sunt serui dominorum, quæ quidẽ potestas iuris gentiũ est. Nã apud oẽs peræque gentes animaduertere possumus, dominis in seruos uitæ necisq; potestatẽ fuisse: & quodcũq; per seruũ acquiri

Potestas patris in filium, & domini in seruum.

tur,id domino acquiritur. Sed hoc tpe nullis hoïbus, q sub imperio Romano sunt,licet supra modū & sine causa legib⁹ cognita,in seruos suos sæuire &c. L. prima. ff. eo quem diximus titulo. ¶ Neq; nostræ ,quod aiunt,farraginis.) Materiæ,propositi,instituti. ¶ Cō trariā sunt.) Contraria,inquit , sunt repugnātia ea, quæ in diuersis subiectis uno eodemq; tempore inesse possunt: & alterum subsistere in rerū natura potest, etiamsi non sit reliquum. Distant ergo cōtraria à relatiuis,quòd ea eodem tēpore,aut esse ambo,aut non esse necessum est. Distant etiam à priuantibus & contradicentibus, quòd cōtraria eodem tempore esse in diuersis possunt,contradicentia & priuantia nō possunt. Nam in eodem ea subiecto simul inesse nequire, id planum est,at cum diuersis subiectis accommodātur,iā desinunt esse contradicentia & priuantia. Neque enim philosophari & non philosophari contradicūt,si ad Platonem unum, alterum ad Demosthenem referatur. Et cæcitas illa Democriti,non fuit priuatio uisus in Lynceo. Secus habet in contrarijs. Nam ea nomen retinent suum,etiam cum in diuersis reperiuntur subiectis. Vt dulcor & amaror,etsi alterum in melle,alterum in felle sit, dicuntur nihilo minus esse contraria. At enim quo,inquies, pacto ait contraria alterum sine altero esse posse,cum Aristoteles secundo libro de cælo confirmet,terram non posse esse sine igni,eo quòd necessarium sit,contrariorum aut utrūq; esse aut neutrum? Sanè quæ Aristoteles eo in loco dicit, ea in solis elemētis locum habere uel hinc

Cōtraria.

Obiectio.

Dilutio.

liquet, quòd idem ait in categorijs, posse alterum ex contrarijs esse, ut non sit reliquum. Et quid uetat sanitatem sine ægritudine esse? quid sine nigro album? quid fortitudinem sine timiditate? Cicero in rhetoricis cõtrarium finit hoc modo: Contrariũ est, quod positum in genere diuerso, ab eo cui cõtrarium esse dicitur, plurimũ distat. ut frigus calori, uitæ mors. Hodie uulgus ea sic finit: Contraria sunt, quæ sub eodem genere posita, plurimum à se inuicem distant, & eidem subiecto quod modo eorum sit capax, uicißim insunt, à quo se mutuo expellunt, nisi alterum eorũ insit à natura. ¶ Quapropter neq; colores quos medios uocant.) Rectè illud, colores medios non esse inter sese contrarios. Verum illud interim male habet animum meũ, quòd non uideo, quo modo his nõ conueniat cõtrariorum finitio. Cõtraria, inquit Rodolphus, sunt repugnantia, quorum utrunq; potest simul existere, & alterum sine altero esse. Iam repugnare inter se medios colores, uerbi causa rubrũ & uiride, est manifestum, cum ita inter sese dißideant, uti neutrum possit dici idipsum esse quod alterũ, neque est cur negemus posse ea simul & separatim esse: quo fit, ut coloribus medijs tota conueniat cõtrariorum finitio: quod si demus, iam ne contrarios quidem eos esse inficiari poterimus. Et (ut obiter quædam addamus his etiam absurdiora) quis non uideat, omnibus propemodum differentibus accommodari posse definitionem contrariorum, quã ponit Rodolphus? An non repugnantia sunt Cato & Cicero?

Obiectio.

nõne eodem tempore ambo fuerunt? nónne rursum solus Cicero fuit, Catone iam mortuo? Quid? scientia & uirtus, nónne ita per se dißident, ut non poßit alterum dici idipsum esse quod alterũ, ac proinde repugnantia sunt? Sunt profectò. neq; negari potest, et simul ista & separatim esse posse: quamobrẽ hæc quoque iam nobis iuxta Rodolphi finitionem dicẽda erunt cõtraria. quo quid dici queat absurdius? Quod ad me attinet, mallem ego hac parte alterius audire sententiam, quàm quid sentiam ipse temere effutire. Et quidem ante omnia non puto ullo modo esse faciendum mihi, ut sine causa uidear suggillare uoluisse Rodolphum, hominem longè aliter meritum de studiosis omnibus: cuius etiam nomen mihi uenerandũ quiddam præ se ferre uidetur. certè quoties nominatur à me, honoris gratia nominatur. ac proinde uellem equidem id quod iam dixi, digniorem se patronum contigisse homini longè doctißimo, qui tueri sic posset hanc eius finitionem, ut ostenderet, quomodo salua illa, ea quæ differentia ab Rodolpho ipso dicũtur, submoueri queant ex albo contrariorum. Ego tamet si quanto licuit studio id egi, ut mihi uel archetypum ipsum, uel alioqui emendatum aliquod comparem exemplar, hactenus tamen spe ea frustratus sum: neq; ullũ aliud cõtigit, quàm quod excusum Louanij, infinitis propemodum mendis contaminatum est. quorũ ut pars maxima reijci in typographos potest: ut quod in capite de partibus oratiõis, toties cũ totius sententiæ iactura, pro enumeratione legitur

Dilutio.

enunciatio, & ibidē in exemplo Quintiliani pro gla dio gaudium, aliaq; id genus propè innumerq: ita quædam rursus, quēadmodū partim iā indicauimus, partim suis locis indicaturi sumus, non illorum uel inscitia uel negligentia irrepsisse, sed initio parum emēdatè scripta fuisse mihi uidentur. Apparetq; exemplari illos usos esse, quod aut scripserit aut dictarit Rodolphus ipse, uerum non in hoc tamen dictarit aut scripserit, ut sic prodiret in lucē: sed ut post mensem unum aut alterum, sub incudem reuocatum, emendaretur diligentius: & si quæ adhuc labeculæ (ita ut solet) occurrerent, eæ q̄ exactissima cura eluerentur. Ergo ut tandem aliquando ueniamus ad id quod in præsentia agitur, nō negauerim ego ab Rodolpho scriptum sic esse ut exemplaria habent: sed & illud è contrario ausim contendere, nihil minus illum scribere uoluisse, quàm id quod scripsit: ut iam calami lapsus uerius dici possit quàm hominis. Diuiserat superius repugnantia in oppositа & differentia, feceratq; unum genus oppositorū contraria. Ita que contraria ipsa definiturus, mirum ni genus proximum, id est, oppositа, in illorū ponere finitione decreuerat. quod si feciisset, nihil prorsus esset admissū flagitij. Nunc cum utrunque nomen, tam repugnantium quàm oppositorum, recenti adhuc memoria hæreret, alterum (ut fit) pro altero incurrit in calamū. Nos ergo non tam id quod calami error expressit, quàm quod autor ipse procul dubio scribere uoluit, in cōtrariorum finitione ponamus, legamúsque hoc

pacto: Contraria sunt oppositа, quorum utrunque potest simul existere, & alterum sinè altero esse. Id si faciemus, continuò exclusa erunt omnia ea, quorum mentionem iam fecimus: quando nihil horum omnium est, in quod competat nomẽ oppositorum, eo duntaxat intellectu, quo opposita definit Rodolphus. Et in præsentia quidem hæc sola ratio tollendi scrupi huius mihi occurrit: quæ si cui minus probabitur, is meliorem afferat, & nos minimè pertinaces erimus in sententia nostra. Porrò quod meminit de speciebus colorum & saporum, de his multa Aristoteles in libro de sensu & sensili. Et de coloribus rursum Aulus Gellius libri secũdi capite uigesimosexto. Corrigitur definitio contrariorum.

¶Differunt autem omnia.) Dicit id quod hodie longe decantatissimum est apud omnes, nempè trifariã aliqua eadem, aut differentia siue diuersa dici, genere, specie, & numero. Genere eadem sunt, quæ sub eo dem genere continentur: ut temperantia & fortitudo, quorum genus est uirtus. Diuersa genere dicuntur, quæ sub unum genus non cadunt: ut equus, uelocitas. Specie eadem sunt, quæ eadem specie continentur: ut Virgilius, Cicero. Diuersa, quæ eadem specie non continentur, ut hæc uulpes, hic leo. Numero eadem dici solent, quorum inter numerandum alia ab alijs non discernuntur. Atque id rursum quatuor fit modis, nomine, finitione, proprio & accidente. Sed cum horũ plena sint omnia, nos eis missis pergamus ad alia. Eadem et diuersa. Genere. Specie. Numero.

¶Quæ prædicamentis differunt.) Nimis q̃ ridiculè illi, qui somniant interesse nescio quid inter

differentia & diuersa: quasi diuersa ea sola dicãtur, quæ in diuersis insunt categorijs: reliqua, differentia. Cuius farinæ est & illud, quod apud Petrum illum suum Hispanienſem, aliud esse aiunt præsentare, aliud repræsentare. Præsentat, inquiũt, uox seipsam, repræsentat rem significatam. ¶ Erit fortasse cui uideatur.) Duas affert affectiões aduersus ea quæ hoc capite dicta sunt. Earum prior hæc est. Oppositæ oĩa etiam sunt differentia: ergo non fuit faciendum Rodolpho, ut locum hunc repugnantiũ in opposita differentiaq; diduceret. Cui obiectioni hunc in modum occurrit ipse. Contradicentia, inquit, & priuatiua nullo modo differentia dici queunt, propterea quod ea tantum differre dicuntur, quæ utraq; sunt: cõtradicẽtium uerò & priuatiuorum alterum semper nõ est. Contraria autem & relatiua, si non cũ suis quæque oppositis, sed cum alijs quibusdam conferantur, nihil utiq; uetet, dici illa & differentia: ut si patrem nepoti, album rubro, maritum socero aut socrui cõpares. Quoties autem cum suis committuntur oppositis, ut cum nigro album, pater cum filio, cum uxore maritus: iam etsi possent fortasse differentium ut cunque appellationem recipere, eo quòd uel genere uel specie differant: aptius tamẽ oppositа dicuntur, propterea quòd non quoquo modo, sed certa quadã lege alterum ita contra alterum dirigitur, ut oppo natur unũ uni: quod nõ fit ita in differentibus. Itaq; in summa hoc dicit: Si differentium uocabulo intelligerentur omnia ea, quæ quomodocunq; ita inter se

Obiectio prior.

Dilutio.

Summa solutionis.

pugnant, uti neutrum queat dici esse idipsum quod alterum: dari posset, & contraria quoq; & relatiua differentia esse. Atqui nunc ea sola hoc nomine donamus, quæ nullo certo ductu inter se pugnant, sed substantijs modo dimota sunt, possuntq; plura repugnare uni: cuiusmodi haud quaquam sunt contraria & relatiua, quoties ad sua ea referũtur opposita. ¶At enim repugnantia, inquies, sparsa sunt diffusaq; per locos omneis: quocirca parum considerate Rodolphus, qui suum illis locum descripsit. Hanc quoq; ea uillatiunculam ita refellit Rodolphus, ut dicat repugnantia bifariam considerari posse: principio, ita ut ipsa inter se conferantur, atq; hac ratione per alios ea locos diffusa non esse. deinde, ut spectentur singula seorsum, ac si certe, ut ne ipsorum inter se fiat comparatio: quo pacto repugnantium ea nomen amittere, & per omnes locos diffundi. Verbi causa: Dulcedo si conferatur cum amaritudine, ad solum hũc oppositorũ pertinuerit locum. Cõfer eandem sapori, iã species erit: confer cum dulcedine hac aut illa, & genus dicetur. Eadem collata melli, est adiacẽs, albo cõtingens &c. ¶In adiacentibus.) De his supra capite undecimo. ¶Inter connexa.) Quorum natura explicata est capite uigesimo. ¶Et partium & totius sui sunt loci.) Quemadmodum dictum est supra capite nono. ¶Ita homo & equus species sunt.) Porrò quid species & quid genus, id explicatũ est libri huius capite quinto & sexto. ¶Animatum & inanimatũ propria.) De quibus est caput octauum. ¶Id quod antè

Obiectio altera.

in Boethio annotauimus.) Capite uigesimoprimo, in quo de accidentibus agitur. ¶Qui meminerit eius quod diximus etiam antè.) Capite uigesimosecũdo. ¶Complectimur tamen nonnũquam hinc inde repugnantia.) Creberrimum est hoc genus argumentandi apud autores, ut mirũ mihi uideatur, eos qui uulgò dialectica in gymnasiis docent, nihil aliud in ore habere quàm illa hispaniẽsia: albus est, ergo niger nõ est: cæcus est, ergo non uidet: homo est, & non sanus, proinde æger. Quam argumentandi formam ut non improbo, ita illam alteram scio apud autores omnes longè esse frequentiorem: cuius aliquot subijciemus exempla.

Si summum malum est uiuere cum doloribus, consentaneum est, summum esse bonum uiuere cum uoluptate. Ex Cicerone primo libro de finibus.

Bonũ liberi, misera orbitas: bonũ patria, miserũ exilium: bona ualetudo, miserum morbus: bonum integritas corporis, misera debilitas: bonum incolumis acies, misera cæcitas. Ex eiusdem operis libro quarto.

Quintilianus libro duodecimo: Age non ad perferendos studiorum labores necessaria frugalitas? quid ergo ex luxuria spei?

Idem libro quinto: Frugalitas bonũ, luxuria enim malum. Si malorum causa bellum est, erit emendatio pax. Si ueniam meretur qui imprudens nocuit, non meretur præmium, qui imprudens profuit.

Si isthæc quæ calidiora sunt, difficilius gelu coguntur: cõgruens est, ut quæ frigidiora sunt, facilè cogantur. Ex noctibus Gellianis libri decimi septimi capite octauo.

Si stultitiam fugimus, sapientiã sequamur. & bonitatem, si malitiam. Sic in topicis Cicero.

Si anima quæ peccat, ea morietur: ergo quæ non peccat, ea uiuet. Ex Hieronymo.

Si euangelium est uirtus dei in salutem omni credenti, ergo in perditionem omni nõ credenti. Ex epistola ad Romanos.

Quia deus gratia mouetur, ergo & irascitur. Ex Lactantij libro de ira dei.

Nam si deus non irascitur impijs atque iniustis, nec pios utiq; iustosq; diligit. Ex eodem.

Si eius qui malè facere cupiat, non facta solum, sed & propositum odisse ulciscíq; oportet: gratia è contrario habenda est benè faciendi cupido, etiamsi nequierit id quod uelit perficere. Ex libello Plutarchi de discernendo amico & adulatore.

Cicero in quadam philippica: Cuius singularem prudentiam admiramur, eius stultitiam timemus. Quanquam hic magis simplex illud argumentãdi genus subesse apparet, ac si dicat hoc modo: In Cæsare Octauio singularis inest prudentia, ergo stultitia in eo non est. Cui non dissimile est illud Fabij Quintiliani: Qui sapiens est, stultus non est.

¶Illud uerò argumentãdi genus ,An perdere poßim quæris? ſeruare potui.) Verba ſunt Mędœæ apud Ouidium, qua de re ita Quintilianus libro octauo: Nam cum ſit rectum, nocere facilè eſt, prodeſſe difficile: uehementius apud Ouidium Medœa dicit, Seruare potui, perdere an poßim rogas?

¶ Quid diſcriminis ſit inter locos ſuos & aliorum. Caput XXVIII

Quid interſit inter locos Rodolphi & aliorũ.

PRæter hos aũt quos hactenus executi ſumus locos, aliꝫ quidem alios q̃ nos quoſdam fecerunt, & quoſdam traditos à nobis prætermiſerũt: neꝙ uel eiſdem nominibus oẽs, uel eodẽ diſpoſuerunt ordine.

Cicero quidẽ antecedentia, cõſequẽtia, repugnantia poſuit: quæ ſi ita capiantur, quemadmodũ ille uoluit ea accipi, oñdimus inter locos nequaq̃ poſſe poni. At ea quæ nos propria, quæ finẽ, quæ deſtinata, quæꝙ etiam in tres diuiſa locos applicita diximus, in nullum Ciceronis locũ poterunt includi. Quod quidẽ de fine & deſtinatis, per oẽs eunti locos facile eſt uidere. ſed proprꝫ locus inter antecedẽtia ponetur fortaſſe: ſed eo pacto, quo cõtendimus oẽs ferè locos inter antecedentia poſſe nu

merari,& quo antecedentia non esse locũ docuimus. Applicita aũt,ut locum & tẽpus,uoluit Cicero, ut inter adiuncta ponerentur. Sed Boethius ex ijs credidit probabile solum duci argumentũ. at ex loco & tpe sæpe necessariũ ducitur. Vt, quod non uiolauerit Clodius sacra Bonæ deæ Romæ,cum sacrorũ tpe,non Romæ fuerit, sed Interãnæ. Simul hic ex loco & tẽpore ductum est,& quidẽ necessarium argumentũ. Non põt culpa male consultorum ante Phocense bellum,in Demosthenem cõferri,nondũ em̃ rempu. attigerat: ex tempore est. Non possunt sidera ali humore, nullus em̃ humor eo puenire põt: ex loco sumitur. Ita ex cõnexis: non es imperator meus,qm̃ non sum miles tuus. Quæ oĩa argumenta cohærẽt recte, & necessario cõficiunt. Ergo fortasse iam dicemus, ea ex añcedẽtibus esse ducta: quodq; ineptissimũ est, cum locum ex quo inuenire debeas,cognitũ antè esse oporteat, q̃ inuenire ex ipo queas: nos cõtrà,cũ iuenerimus constituerimusq;, necessarium sit an probabile argumẽtum, tum demũ ex quo ductum sit loco cognoscemus. Adia-

centia etiam, actus, & subiecta, itidem in adiunctis esse censebuntur: similiter & cõtingentia, sex loci in unũ, hoc est, q̃ ampla facultas in quantas coacta angustias? Themistius forte hos int cõiter accidentia posuerit, nisi tñ subiecta ad materiam maluerit referre. Ego istos locos exactissime distinguẽdos arbitror, ausimq̃ cõstanter affirmare, nullos oĩm crebrius aut expeditius usu uenire. Quod nõ solum q̃ poetas oratoresq̃ reuoluet, uerum esse sciet: sed & q̃ philosophos eos excutiet, q̃ intimam & in abdito positam scrutantur rẽ̃ naturam: nedum q̃ mores hoĩm tractant, quorum oĩs ex professo circa ista uersatur labor. Nanq̃ ex eis q̃ in substantia sunt, atq̃ ex causis, ut certissima & ĩdubitata eruuntur argumẽta, ita rarae reliquitatis est, ut sit eorũ nobis copia parata. Cum sint eñ arctissime cõiuncta rebus, plerũq̃ perinde sunt ac res ipsæ, aut cognita nobis, aut ignorata. Locum quẽ ex partiũ enumeratione Cicero, & Themistius ex diuisiõe uocauit, nõ putaui ponendũ. Nam si ptes oẽs cum collegero, ad totũ deinde ꝓgrediar: paries, tectum, fundamẽta, quæq̃ re

liꝫ sunt, mea sunt, tota ergo domus mea est: apertũ est id argumentũ è loco, quia à ptibus dicitur, duci. Si sic dicam, habet iustitiã, fortitudinẽ, modestiã, prudentiã, ergo oẽs uirtutes habet: à specie est. Sin dixero, est uirtus, & nõ prudẽtia, iustitia, tẽperãtia, ergo fortitudo: sic etiã, est pars domus, & nõ tectum, paries, tabulatũ, ergo fundamentũ: à differentibus ducta erunt hæc argumẽta. Cũꝯ non sit alius diuisionis & partiũ enũeratiõis apud autores ullos usus, mihi haudquaꝫ necessarius uidetur locus, q ex istis descriptus est: cum ꝓprie & aptissime ad illoꝝ quos dixi loco rũ naturã accõmodentˉ. Tum locus q Themistiꝰ est de generãtibus, ab efficientibus nobis erit: nõ est em̃ aliud generare rem, q̃ efficere. Corrumpentia uero priuatiua sunt: corrũpere nãꝯ nihil est efficere, sed solum id quod est ut nõ sit, eniti. Vsum etiã inter locos posuit, eũ recte dicemus à fine: quantũ em̃ ad utentẽ ptinet, idem est finis rei, q usus. Descriptionẽ quã inter locos q in substãtia sunt ille nũerauit, ego, quia hoc solum definiẽdi genus relictum nobis puto, à definitiõe nõ discreui: quod

cum de definitione dicerem, plenius fum
profecutus. Præterea quem locũ Cice-
ro à notatione, Themiſtius ab interptatio
ne, ego à nomĩe rei malui dicere. Qm̃ (ut
docuimus) nõ ſolum ex interptatione, ar
gumentũ nobis præbet nomẽ, ſed in plu
res patet uſus. Quæ uero ſimilia Cicero,
quæq; Themiſtius ſimilia itidẽ dixit, & eſ
ſe in qualitate & quãtitate, & maiora etiã
eſſe & minora, ea cõparata dixi, quemad
modũ Cicero. Nanq; quẽ locũ Cicero ſi-
miliũ fecit, is in eũ qui eſt inter cõparata à
paribus, recidit. At quæ nos ſimilia dici
mus, Cicero ea non habet, Themiſtius uo
cauit à pportione. Quã formã autẽ dixit
Cicero, cum ſpẽm maluiſſet, niſi quia ſpe
cieꝫ & ſpeciebus credidit latine nõ poſſe
dici, eũ nunc locũ oẽs recte an ſecus, ſpe-
ciem appellãt. Iam cõtraria maluiſſem
dicere (ut Cicero) ea quæ oppoſita uocãt
oẽs, niſi oẽs ita uocarent. Caſus aũt qm̃
tenuiſſimo à coniugatis diſcrimine ſecer
nunt, eſtq; ſimilis & rarus, pinde uſus ipſo
rum, qm̃ Cicero in coniugatis incluſerit,
ego ſecludẽda nõ putaui. Tranſſumptio-
nẽ, uel (ut nos) trãſlationẽ, in rei nomine

Specierũ & ſpẽb⁹ Ciceroni parum latina.

ad quod ptinet, rectius posuisse uidemur, q̃ ut propriũ illi daremus locũ. ¶Ordo quoq; nõ idem est apud Ciceronem loco rum, q apud Themistiũ: ne ego quidem sum utrũuis hor̃ secutus. Vtq; paucis rõ nem ordis mei reddam, ita iudicaui pri= mũ quẽq; locor̃ ponendũ, ut esset arctissi me quisq; cum re coniunctus: & proinde ut longius defluxit à substantia rei, poste= riorẽ posui. quo factum est, ut repugnan tia ultima fierent, qm̃ non modo nõ arcte cum re cohæreant, sed dissidẽtia etiã infe= staq; tollant ipsam atq; subuertãt. Quo facilius aũt sit oĩa uidere, disponam ordi ne uelut in tabula, Ciceronis, Themistij, nostrosq; locos. eritq; præscriptus oĩbus numerus, quẽ in suo ordine habent: dein de subĩcientur alij numeri qui indicent, ad quẽ cuiusq; locum alior̃ cõferri unũ= quẽq; oportebit. At si quis apud quẽpi am sit locus q nõ sit apud alios, numerus proinde in alior̃ ordine apud quos non est, non sit asscriptus. si q loci etiam in plu res aliorum conueniant locos, plures nu meros subscriptos habebunt.

SEQVITVR TABVLA, QVA LOCOS Ciceronis & Themistij cum suis, & suos rursum cum illorum locis confert.

LOCI.

RODOL.	CICERO.	THEMIS.		CICERO.	THEMIS.
1 Definitio	1	1 2	Genus	5	4
3 Species	6	1 4	Proprium		
5 Totum	1	5 6	Partes	2	7.9.11
7 Coniugata	4	20.21 8	Adiacentia	10	
9 Actus		10	Subiecta		
11 Efficiens	14	8 12	Finis		10.13
13 Effecta	15	14	Destinata		
15 Locus	10	16	Tempus	10	
17 Connexa		18	Contingentia	10	15
19 Nomen	3	3 20	Pronunciata	27	16
21 Comparata	7.16	17.18 22	Similia		18
23 Oppositа	9	19 24	Differentia	8	

CICERO.	THEMIS.	RODOL.		THEMIS.	RODOL.
1 Totum	1	5 1.5 2	Partes	7	6
3 Notatio	3	19 4	Coniugata	20.21	7

5 Genus	4	2	6	Forma	6		5
7 Simile		21	8	Differentia			24
9 Contraria	19	23	10	Adiuncta	15	8.10.16.18	
11 Antecedentia			12	Consequentia			
13 Repugnantia			14	Efficiens	8		11
15 Effectum		15	16	Comparatio	17.18.		21
17 Iudicium	15	20					

THEMIS.	CICERO.		RODOL.		CICERO.	RODOL.
1 Definitio	1	1	2	Descriptio		
3 Interpretatio	3	19	4	Genus	5	2
5 Integrum	1	5	6	Species	6	3
7 Pars	2	6	8	Efficiens	14	11
9 Materia	2	6	10	Finis		12
11 Forma	2	6	12	Generatio		9
13 Corruptio	9	23	14	Vsus		12
15 Cõmuniter accidẽs	10	8	16	Iudicium	17	20
17 Simile	16	21	18	Proportio	16	21
19 Oppoſita	9	23	20	Caſus	4	7
21 Coniugata	4	7	22	Diuiſio		

¶ Scholia in caput uigesimumoctauum.

Ostendimus inter locos nequaquam posse poni.) Id discussum est supra, capite uigesimoprimo. ¶ Sed eo pacto, quo contendimus omnes ferè locos inter antecedentia posse numerari.) Eo ipso capite, quod iam nunc indicauimus. ¶ Vt quod non uiolauerit Clodius sacra Bonæ deæ Romæ.) Huius rei mentionem fecimus superius capite 18. ¶ Non potest culpa malè consultorum ante Phocense bellum.) Hoc argumento utitur Demosthenes ipse in oratione ea quæ περὶ τοῦ στεφάνου siue pro Ctesiphonte inscribitur. Verba eius si quis requirat, sic habent: τοῦ γὰρ φωκικοῦ συσάντος πολέμου, οὐ δι' ἐμέ, οὐ γὰρ δὴ ἔτωγε ἐπολιτθυόμην πω τότε: πρῶτον μὲν ὑμεῖς οὕτω διέκεισθε, ὥσε φωκέας μὲ θέλειν σωθῆναι, καίπερ οὐ δίκαια ποιοῦντας, ὁρῶντες, θηβαίοις δ' ὅτιοῦν ἂν ἐφηθῆναι παθεῖν, οὐκ ἀλόγως οὐδ' ἀδίκως αὐτοῖς ὀργιζόμενοι. Ea uerba hunc in modũ latina fecit Leonardus Aretinus: Phocensibus aduersus Thebanos bellum gerẽtibus, non me quidem autore, nondum enim tũc in republica uersabar, uos Atheniẽses sic eratis armati, ut Phocensium quidem rebus quanquam iniustè pugnantium, studeretis: Thebanorum autem quibuscũque aduersis lætaremini. Nec uos immeritò id facere uidebamini. Et quæ sequuntur. ¶ Non possunt sidera ali humore.) Fuêre, haud scio an Pythagorici, quibus usum fuit, stellas humore ali. Quorum sententi

am hoc argumento refellit Aristoteles, ut dicat humorem eum plane cõsumptũ iri, priusquam ad astra possit pertingere. Meminit rei eiusdem (nisi tamẽ memoria me fallit) & Macrob. ¶Quoniã ut docuimus, non solum ex interpretatione argumentũ nobis præbet nomen.) Lege caput huius libri uigesimumtertium. ¶Quam formam autem dixit Cicero, cum speciem maluisset.) Verba Ciceronis de re ista recensuimus capite nono. ¶Iam contraria maluissem dicere, ut Cicero.) De his capite proximo, hoc est, uigesimo septimo.

¶Epilogus dictorum. Epilogus libri I.

HOc pacto sint loci nobis descripti, et pprietas cuiusq; naturaq; explicata: intra quos cõplexum quicqd ulla de re dici cogitarí ue põt, uenire mihi uidetur: siue argumẽtemur, & apta directaq; fronte certemus: siue turbemus affectibus audientẽ, & mediũ inter argumentationem expositiõemq; cursum quendã sequamur oñonis. Quin etiam suos habebit expositio locos, qñ ꝓbabilius aliud alio atq; uerisimilius exponi certũ est: quod nisi locis non fieri, qñ ex ipsis oĩs ducitur fides, nemo (quod arbitror equidẽ) negabit. Est aũt (ut initio diximus) necesse, quicqd ad faciendã ulla de re fidẽ assumitur, aliqua

Repetitur superius facta locorũ diuisio

parte ad ipsam pertinere. nec enim ex eo quod nihil attinet, doceri quicquam potest. Quæ attinent autem, aut intra rem sunt omnia, aut extra: unde primam locorum duximus differẽtiam, ut alios internos, externos alios uocaremus. Et genera lia locorũ uelut capita, sex fecimus. Duo internorum, ea quæ in substantia sunt, & ea quæ circa substantiam. Externorũ quatuor, cognata, applicita, accidentia, repugnantia. In substantia septem fecimus, definitionem, genus, speciem, proprium, totum, partes, coniugata. Tres circa substantiam, adiacentia, actus, subiecta. Externos cognatorum quatuor, efficiens, finem, effecta, destinata. Applicitorum tres, locũ, tempus, connexa. Quinq; accidentiũ, contingentia, nomen rei, pronũciata, comparata, similia. Repugnantium duos: opposita, & differẽtia. Fiuntq; isti in summa loci uigintiquatuor, quibus in oẽm rẽ quacũq; erutum inuẽtumq; ratione ducitur argumentum. Idq; qua uia, quoq; modo faciendum, proximo dicetur libro: quoniam iusto maior huius uoluminis modus excreuit, finisq; sit, si illud addiderimus:

Scopus sequentis libri.

Boethium, quiq; post eum scripserunt de locis, singulis locis addidisse quãdam (ut uulgo loquimur) maximam, id est, pronunciatum quoddam, una sententia multa complexum, cui indubitata sit fides: ut, de quocunq; definitio dicitur, de eo definitum. De quocunq; species, de eo genus. Quod non faciendũ mihi, non ideo, quia id Aristoteles & Cicero non fecissent, putauí: sed quia in nullum id usum fieri arbitrabar. Primum, quòd ut possint istæ maximæ fingi illis in locis, qui necessarium præbent argumentum: tamen in eis qui probabile faciunt, parum conueniet, quorum maior sane pars est. Deinde, quòd multi sunt loci, in quibus in nullam certam & satis conuenientem formam concludi hæ maximæ possint. Itaque uideas Boethium, dum cuilibet loco maximam suam reddere cupit, in angustias quasdã detrudi: ut cũ locus latissime sit fusus, maxima in arctũ prorsus agatur. Et ne p oẽs locos sequamur, cum de efficientibus dixisset, subiecit maximam: quoꝝ efficiẽtia naturalia sunt, eoꝝ effecta sunt naturalia.

Maximæ an locis addendæ.

primacau sa cur non sint locis addendæ maximæ.

Secunda.

Sic de materia, cuius materia deest, & id quod ex ea efficitur deest. Et sic de fine, cuius finis bonus est, ipsum est bonum. Et de forma, tantum quenq; agere posse, quantum naturalis forma pmiserit. Quasi uero hi loci, quorum amplissimus est ambitus, intra hos concluſi sint terminos, ut pertineant omnia argumenta ex efficientibus ad esse naturale uel non naturale: & ex materia, ad deesse uel suppetere: & ex fine, ad bonum uel malũ: & ex forma, ad agere uel non agere. Adde, quòd si qs exacte & penitus cognitam habuerit locorum naturã, nihil erunt ei opus hæ maximæ, quoniam ultro ferè in animum incurrunt, & apertiores sunt, quàm ut sint discendæ. Aut si quis tam prorsus expers ingenij sit, tamq; à communi sensu rerũ abhorrens, ut apertissima illa & propemodum per se nota docendus sit, illi ego nihilo magis quæ de locis præcipiuntur profutura crediderim, quàm Cimmeriis (quos perpetua nebulaq; caligine opertos tradunt poetæ) ea quæ de positione siderum deq; ipsorum figuris motu ℞ traduntur.

Tertia.

¶Scholia in epilogum.

Siue argumentemur.) Quid interſit inter argumentationem & expoſitionem, de ea re dictum eſt nonnihil primo capite libri huius, & pleniſſimè explicabitur libri ſequẽtis capite duodecimo, ac deinceps per compluſcula capita. ¶Siue turbemus affectibus audientem, & medium inter argumentationẽ expoſitionemq; curſum quendam ſequamur.) An in mouendis affectibus etiam ſit argumẽtandum, de eo diſſeretur libri ſecundi capite quarto. ¶Eſt autẽ ut initio diximus.) Lege huius libri caput ſecundum. ¶Quæ attinent autem.) Repetit paucis enumerationem locorum, quem fecit libri huius capite quarto. ¶Idq; qua uia quoq; modo faciendum, proximo dicetur libro.) Faceſſant ergo, qui totum hunc locum in tertium reiecerant librum. qua de re poſt quoq; ſemel iteremq; dicemus. ¶Quia id Ariſtoteles & Cicero non feciſſent.) Ciceronem non addidiſſe iſtas (ut uocant) maximas certum eſt. Quod autem eas ne ab Ariſtotele quidem additas ait, id quàm ſit uerum ſecũ expendat diligens lector. Ego hoc ſcio, ſi nõ omnibus, at quibuſdam certè locis ab Ariſtotele eas adiectas eſſe, licet nunquam maximæ ſit uſus uocabulo. ¶Sed quia in nullum id uſum fieri arbitrabar.) Quod ſi quis locis ſingulis ſuas quaſdam maximas uelit adijcere, atque his ita aſtringere locos, quaſi aliter tractari non poſſint, ſtultum ſanè id foret, & pernicioſum magis quàm utile, quãdo incertæ interim maximæ illæ ſunt, atque loci ferè multo latius

patent, quàm quæ subiectæ eis sunt maximæ. Non ideo tamen, cur sit improbandum, si in hunc usum ad datur pronũciatum seu axioma unum aut alterum, uti ijs, qui harum rerũ adhuc rudes imperitiq; sunt, uia qualiscunq; tractãdi loci cuiusq; aperiatur: quã initio ingressi plures deinde uias rationesq; tractandorum locorum, suo ipsi Marte inueniãt. Cæterũ hodie in gymnasiis ita instituitur iuuentus, ut nihil præter maximas eas, quas in suo Petro Hispano scriptas inuenit, putet quærendum: credatq; nullum aliũ esse locorum usum, quàm qui ijs maximis exprimitur: qua docendi ratione equidem haud scio an quid possit esse in studijs pestilentius. Atq; hoc nimirum illud est cur in nullum usum maximas istas Hispanienses adijci locis, aiat Rodolphus. ¶ Aut si qs tã prorsus expers ingenij sit.) Hoc ipsum primo institutionum his uerbis docet Quintilianus: Illud tamen in primis testandum est, nihil præcepta atq; artes ualere, nisi adiuuante natura. quapropter ei cui decerit ingenium, non magis hæc scripta sunt, quàm de agrorũ cultu sterilibus terris. ¶ Quàm Cimmerijs.) Horum mẽtionem facit Homerus Odysseæ libro undecimo. cuius uerba hunc in modũ latinitate donauit Erasmus:

Ast ille oceani peruenit summa profundi.
Illic sunt populiq; & mœnia Cimmeriorum
Nubibus & cæca assiduè caligine tecta.
Illos haud unquam radijs sol aspicit ardens,
Nec quando astriferum curru petit arduus axem,
Nec rursum ad terras magno deuectus Olympo.

Sed nox incumbit miseris mortalibus atra.

Meminit de ijsdem Herodotus, Cicero, Lactãtius, Hieronymus, Strabo. Vide Erasmi Chiliadas.

FINIS LIBRI PRIMI.

RODOLPHI AGRICOLAE PHRISII de inuentione dialectica liber secundus, de locorum usu.

¶ Argumentum libri totius.

Summa eorum quæ hoc libro explicantur.

QVatuor sunt in summa, quæ toto hoc libro docet Rodolphus. Principio, quid dialectice & ipsius sit finis. Deinde, materiam eius esse quæstionẽ, quidq; ea & quàm multiplex sit, quomodo in materia quauis possit inueniri, & in plures quæstiões deduci. Tertiò, instrumẽtum dialectici esse orationem: cui subijciuntur omnia ea, quæ de expositione argumentationeq; & partibus orationis dicuntur. Postremò, quomodo ex locis superiori libro descriptis, parari possit facultas ac copia differendi.

¶ Quàm præposteri dialectici ætatis nostræ. Aciam deinceps de locorum usu, deq; paranda ex eis copia, esse agendum. Caput .I.

PRinceps Græcæ facūdiæ uir Demosthenes, cū ad bellum contra Philippum, Macedonum regē, maiori apparatu atq; cura agendum, populum hortaretur Athenīēsem: doceretq;, quicqd incremēti magnitudinisq; Philippi rebus accessisset, non tam illius esse uiribus, q̄ desidia & inanibus Athenienſium cōcionibus effectum, in hanc inter cætera sententiā locutus est: ſolere reliquos hoīes, cum cōsuluissent, agere: cōtra uero Athenīēses, ubi res actas acciperent, tum demū cōsulere. Quorsum hæc? inquies. Non uideor equidem mihi magis apta propinquaq; imagine, q̄ istac ipsa, posse nostrorū temporū dialecticos figurare. Cū sit em̄ solū istud propriumq; dialectices munus, posse de qualibet re probabiliter, quantū ipsius natura patitur argumētari: quod totum (ut prædixi) duabus cōprehēsum est ptibus, quarū una excogitādi argumēti uiam docet, quam inueniēdi uocant, cui parti oīs

Quàm præposteri dialectici ætatis nostræ.

Munus dialecticæ propriū.

Duæ dialecticæ partes.

de locis destinatur disputatio: altera, cum inuentum est argumentum, formã quandam argumentandi, hoc est, certã explorãdi argumẽti tradit regulam, qua ueluti nummi moneta solent, probum ne sit, an nequaquam, fallaxq; dignoscatur: ea dicitur iudicandi pars. cumq; prior illa consilij teneat uicem, & deliberet quid sit de re quaq; dicẽdum: altera quod assumere ad probandam rem placuit, in argumentationem tanquam in expeditionẽ, & ad cõficiendam fidem audiẽti, deducat: noster dialecticus contra, cum oblatam temere, & undecunq; dederit casus, effectam iam & formatam habuerit argumentationẽ, tum si forte addubitet aduersarius, dicatq; uel non cohærere eam, uel res sese nõ consequi, tũ ad id, quod consilij erat, post rem factam reuertitur, & inueniendi partem transfert ad iudicandum, conaturq; ostẽdere, bene se argumẽtatum esse, quoniam sit argumẽtum uel à maiori, uel simili, genere, specie ue deductum. Nec intelligũt doctissimi uiri (sic enim modestissimum mihi est ipsos uocare) nullam argumentationẽ, quia à specie, uel genere, uel quo-

uis aliorum locorum ducatur, neceſſario cohærere: quoniam ex omnibus iſtis ineptæ, & minime cohærentes duci queant, ſed tum demum cohærere argumentationem, cum eſt ea rerum inter ſe conditio, ut poſſint conſici in ſyllogiſmi uel aliam quãpiam formam argumentandi probatam, per quam cohærẽtes inter ſe res, & neceſſario connexas eſſe colligatur. Scio uero quid à nonnullis mihi poſſit reſponderi. Minus hanc dialectices iacturam indigne ferendam, in tanta omnium ſtudiorum colluuie: cum cuncta, uelut feræ caueis effractis, in proximorum ius & fines irruerint, nec quicquam fermè diſcatur hoc tempore ſuo loco. Sic iuriſconſulti, perplexa & inuoluta diſputãdi præcepta balbutiũt. Sic medicinæ ſtudia magna ex parte redacta ſunt ad ſuperuacuas inſtituto ſuo phyſicas quæſtiões. Sic phyſice mathematicas arripuit. Inde uerboſa illa eſt de maximo & minimo, & de calculandi (ut aiunt) rõne iactatio. Nam mathematice ipſa, ueluti quæ minime ad inanes faciat cõtentiões circulos, neq; clamos fit capax, ſed puluere & radio cõtenta, mutam

Omnium ſtudiorũ contaminatio atq; colluuies.

potius oculoꝝ, q̄ loquacem auriū ſequaꝫ fidē, deſerta eſt: & idcirco etiam tanq̄ non acceſſa prophanis myſteria, minime cōtaminata. De theologia uero quid dicere oportet? cui ſi metaphyſicen, ſi phyſicen, ſi dialecticen hodie demas: nudā porrò & deſtitutā, & quæ nomē ſuū tueri nequeat, reddas. Ergo cū docendus erit populus, & ad religionē, iuſtitiā, cōtinentiā adhortādus, ex illis artibus inextricabilis aliqua eruitur diſputatio, quæ tēpus extrahat, & inani ſtrepitu audiētiū feriat aures. Docent itaq̄, quēadmodū pueri ſolēt in ænigmate ꝓponere, quæ ne tum quidem quū docuerint, uel ipſimet q̄ docēt, uel illi q̄ didicerint, ſciant. Has ego pſæpe querelas audiui grauiſſimoꝝ doctiſſimoꝝq̄ hoīm, quos uel grādior ætas, uel acrior ingenij uis, melioꝝ admonebat: q̄ ferebant grauiter pulcherrimaꝝ artiū ordinē turbari, mēbra cōfundi: quæ uera eſſe quēadmodū affirmare non audeam, ſic eſſe falſa uel maxīe optauerim. Mihi utiq̄ cōmittendū nō eſt, ut cū uidear uelle alioꝝ ſtudioꝝ crimī culpā dialecticoꝝ cōdonare, ꝓuocē grauioꝝ uiribus meis aduerſariū,

Quin agi ppulchre mecum putabo, si cū quo contuli pedem, contingat sine periculo mihi luctari. Si quē ergo eorum quos doctores artium uocāt, arripias, rogesq; dic quæso uir doctissime de dialectice (qñ illam uel solam uel maxime omnium artium, quas uos numeratis liberales, uideris præ te ferre) cui usui discēdam putas? Cum enim de genere non sit principum artium, & quæ idcirco tantum sunt discēdæ ut sciantur, necesse est ut ministerio & usibus aliarum sit addicta. Istam uero miseram & cauillosam loquendi solicitudinem, quam tu doces, certum est, non modo reliquis artibus discendis non prodesse, sed etiam obesse plurimum. Primum, q̄ disputandi morē ad illas tuas leges exigenti, non loquendum modo solicite, sed plane est obmutescendum. Deinde, quòd omnis artium usus, omnis loquēdi ratio, pleriscp illorum quæ doces repugnat. Postremo, q̄ cū semel fuerit extenuatus ad ista, & confractus auditoris animus, nunquam deinde tollere se, & sicut pes spinis confixus, nullum libere uestigium ponere audebit. Hoc ergo pacto si quem in-

Doctores artium.

terroges,dicat fortasse, ut pleraq; quæ in ipsa dialectice præcipiuntur,uel non prosint ad percipiendas reliquas artes, uel ita præcipiantur ut non prosint:hoc tamẽ iuuant,quod agitatione quadam & uersationẽ mentẽ exacuant,& flexibilẽ præbeãt, quo facilius reliquis se possit accommodare. Alius qui liberius uolet uerum fateri,dicet,præterquam quæ de syllogismis præcipiuntur,cætera nõ magni sane momenti esse:sed ideo docere illa quẽq;,quia quisq; didicerit,& quia doceãt omẽs. Sic fit,ut dux illa directrixq; omnium artium dialectice,uelut latissima possessiõe exclusa,soli sibi discatur:& ne sibi quidẽ ,si uerum dicere libeat,quandoquidem si modo discereturnon sibi, sed omnibus ipsam studijs prodesse oportebat. ¶ Sed de illa parte quæ ad iudicandum pertinet, post Aristotelem plena sunt omnia, quæ longe minus negocij habet, cum certis quibusdam neq; illis ita difficilibus numerosisq; legibus constet. Inueniendi rõnem, post Boethiũ,qui legi sit dignus, nemo (quod equidem sciam) tradidit literis.Priores illo(qui in manibus sunt) Quintilianus,&

Epiphonema peram plificatiõe laudis dialecticæ

Quare usum etiã locorũ tradere instituerit.

ante eum Cicero, princepsq; oĩm Aristoteles, hanc rem cõplexi sunt. Sed illi oẽs locoꝝ explicuêre naturã uarie, & suo qsq; modo. Quod aũt maximũ in re quaq; est, rõnẽ tractandi ipsos, unus Quintilianus conatus est explicare: & oñdere, quõ inueniendũ sit ex ipsis. Et quẽadmodũ in re militari solet, nõ satis putauit arma dare, sed docendũ quoq; credidit, quõ ipsis esset utendũ, & militẽ in procinctum aciemq; ducendum. Nunc aũt quotusquisq; Quintilianũ attingit eorum, qui philosophiæ sibi nomẽ asserunt? Deinde, quæ tradita sunt ab illo, quoniã ad ciuiles quæstiones astricta sunt, non facile potest ea quisquã inde sibi diuellere, rebusq; suis in diuerso quæstionum genere aptare. Iam si quis est altius ista scrutatus, quiq; omnes iustæ eruditiõis numeros impleuerit, (ut sunt pleriq; hodie docti disertiq; uiri) ille sibi fere ista musisq; (ut dicit) discit: prophanum certe uulgus quàm lõgissime sacrario suo putat arcendũ. Fuit patrum nostrorum memoria Raimundus quidam, cognomento Lullus, Hispanus uel (quod proprium est) Balearis: qui artem

Venusta similitudo per allegoriam.

quãdam, quam ex nomine illius Lullí uo Ars Lulli
cant, extulit: acuti, quod equidem non ne
gauerim, & non segnis ingenij indicium.
sed qm̃, quod ultro quoq; studiosi ipsius
solẽt eius nomine gloriari, non literas sci
ebat, non ullam aliam dignam docti uiri
nomine perceperat doctrinã: hoc & ipm
quod inuenerat, quale esset perspicere, &
si forte perspexit, eloquendo aperire, &
ut perspexisse uideretur, consequi nequí
bat. Obscuritas ergo ingens est in differẽ
do & horror incultus, q etiam eos qui di
dicerint ubiq; sequitur, nisi alioq eruditi
one ipsum ingenij q; bonitate uincãt. Co
piam sane, cuius sola est ipsis cura, suppe
ditat: sed talem, qualis in oĩbus rebus esse
solet, eorum, qui numerant, non iudicãt.
Quod autem non est difficile uidere, loci
sunt nonnulli ex his, quos tradidimus, ue
rum non satis diligenter expliciti, quibus
oĩs artis eius materia cõtinet. Vsus dein
de illoꝝ tam pplexe obscureq; tradit⁹, ut
hæc ars, quæ reliqs aperiẽdis parata debe
bat eẽ, maiorib⁹ q̃ ulla circũfusa tenebris
sit, penitioribꝰ q; latebris eruẽda: ut ausim
cõtẽdere, nisi qs maiori mẽtis ui superet

difficultates, non mõ non iuuari ab ipſa, ſed etiam ingenij aciẽ niſi ſit acerrima, re-tundi. Donandus tamen ſic quoq; uir ille ingenij præſtantis teſtimonio, nec merita honeſtiſſimi propoſiti laude fraudandus: qui cum plurimum ſtudijs cõferre cupe-ret, contulit certe quod potuit, quodq; re cte factis ſatis eſt. Si quid animo ſuo parũ reſponderit, uoluntatem quidem laudes, ignoſcas ingenio. Nobis uero ſtatutũ eſt, quando ſuperiore libro locorum propri etatem & differentiam enarrauimus pro uiribus, nũc quis ſit uſus ipſorum, & quõ diſſerendi paranda facultas ex ipſis, q̃ ma-xime poſſumus ſub oculos ponere: & pe-trahere in medium, quæcunq; utilia inſti tuto noſtro arbitramur: quæ uel legendo uel obſeruando, uel undecunq; eruendo potuimus afferre. contingetq; mihi, ſi mi nus iuuare ſtudia, at certe (quod magis cupio) doctioꝝ ingenia curamq;, ad tra-denda rectius iſta pmouere. ſecurusq; hu ius operæ meæ, æquo ipſam aĩo pdã: dũ-modo prodeſſe, quod mea conor, huberi us aliena cõſequar induſtria. Optanda em eſt iactura, quæcũq; lucro maiore penſat,

Connexio libri huius cum ſuperiore.

Sententia

¶Scholia in caput primum.

PRinceps græcæ facūdiæ uir Demosthenes.) Mo nui libro superiori, me coniectura quadam adduci, ut credam exemplar illud, quo sunt usi chalcographi Louanienses, scriptum quidem aut dictatum certè fuisse ab Rodolpho ipso, at non in hoc scriptū dictatúmue, ut sic ederetur: quin potius, ut premeretur adhuc, & post menses aliquot exactiori cura recognosceretur. cui rei etiā hic locus eē argumēto potest. Habebat Louaniēse illud, quo nos solo hactenus usi sumus, exemplar: Principem græcæ facundiæ uirum Demosthenem &c. Quod ut ab Rodolpho ipso ita scriptum fuisse credā, principio illud mihi in causa est, quòd nullam hic uideo deprauandi occasionem fuisse librarijs. Deinde, quod numerosius quoque ac sonātius nescio quo pacto esse mihi uidetur, si locum hunc accusandi, quàm si nominādi casu legamus. Sed quid facias, cum huic lectioni planè repugnet paulò post additum uerbum? Quis ita loquitur, principem græcæ facundiæ uirum in hanc inter cætera sententiam locutus est? imò uero quis manifestū subesse solœcismum non uidet? Atq; solet quidēhoc interim cōtingere uiris etiam multò eruditissimis, ut cum longius excurrit orationis periodus, tum nonnunquā uelut priorum obliti, uerbum aliquod parum consentaneum ijs quæ præcedunt, apponant: id quod Rodolpho etiam hoc loco, siue lapsus ille memoriæ, siue præceps quædā festinatio fuit, accidisse, res ipsa clamat. Itaq; aut sic legas oportet: Principem græcæ facun- In cap. 27

diæ uirum Demosthenẽ & c. in hanc inter cætera sententiam locutum ferunt, aiunt, scribũt, aut simile aliquid. Aut certè accusandi casus, ita uti nos fecimus, commutandus in casum rectum, quod ut mallem, hãc sum rationem secutus. Video hunc morẽ esse scriptoribus, ut quoties quid de homine quopiam, aliorũ monumentis fuisse memoriæ proditũ significare uolunt: aut se utiq; non apud illos ipsos, à quibus dicta factáue esse dicuntur, sed in aliorum libris legisse: tum seré ita loquantur. Hoc dixisse aiunt Periclẽ. Id Socratem perhibent crebrò in ore habuisse, Catonem dicere solitum aiunt, Ferunt Ciceronem interrogatũ sic respondisse. Quemadmodum Crassus apud Ciceronẽ docet, Quemadmodũ apud Ouidiũ ait Pythagoras. Contrà, cum quid apud eos ipsos, quorum id factũ dictúmue est, legêre: tũ mutato genere orationis, hunc in modum loqui consueuerunt. ita inter cætera locutus est, ita scripsit, ita dixit, ita scriptũ reliquit. Quã quam solet etiam non infrequens esse illud, ut posteriore hac forma loquendi, in priorem etiam sensum illum utantur: at ubi contrà priore illa dicendi ratione usi fuerint ad intellectum hunc posteriorẽ, id ego nondũ usquam legisse memini. Iam ea quæ hic ex Demosthene citat Rodolphus, legũtur apud Demosthenem ipsum, in prima oratiõe, quam is dixit aduersus Philippum regem Macedonum: neq; uideo, unde Rodolphus ea nisi ex illa ipsa Demosthenis oratione scire potuerit. Quo circa tolerabilius fore existimaui, eũ omnino aliquid mutari oporteret, si mutassem ac

eusatiuum casum in rectum, quàm si illud locutus est, in locutum ferunt. ¶ Doceretq; quicquid incrementi magnitudinisq; Philippi rebus acceßisset.) Locus ē, quemadmodum dixi, apud Demosthenem prima oratione cōtra Philippum. Quo in loco præter alia multa & hæc dicit:

τέθνηκε Φίλιππος; οὐ μὰ Δί', ἀλλ' ἀσθενεῖ· τί δ' ὑμῖν διαφέρει; ἢν γὰρ οὗτος τι πάθῃ, ταχέως ὑμεῖς ἕτερον Φίλιππον ποιήσετε, ἄνπερ οὕτω προσέχητε τοῖς πράγμασι τὸν νοῦν. οὐδὲ γὰρ οὗτος παρὰ τὴν αὑτοῦ ῥώμην τοσοῦτον ἐπικύρηται, ὅσον παρὰ τὰ ὑμέτερα ἀμελήματα.

Hoc est: Exceßit è uita Philippus? nō per Iouem. At egrotat? qd hoc ad uos? Etenim si huic fortè qd accidat, uos citò alterū uobis Philippū feceritis: si quidē hoc modo curam gesseritis rerum uestrarum: præsertim, cum ne hic quidem tantundem creuerit uiribus suis, quantum incuria & indiligētia uestra. Rursus in eadem oratione:

ἃ μὲν ἡμεῖς ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι διεσκεψάμεθα, ηὑρέθη, ταῦτά ἐστιν. ἐπιβλαβῆ δ' ἐπιχειροτονῆτε τὰς γνώμας, ἃ ἂν ὑμῖν ἀρέσκῃ, χειροτονήσατε, ἵνα μὴ μόνον τοῖς ψηφίσμασι νῦν ταῖς ἐπιστολαῖς πολεμῆτε Φιλίππῳ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔργοις. Id est: Quæ quidem nos ô uiri Athenienses inuenire potuimus, ea hæc sunt: uos autem cum per suffragia statuetis, quæ potißimū uobis sit sequenda sententia,

tum quæ placebũt uobis, ea ſuffragijs ueſtris decernitote: ut ne ſemper decretis modo & epiſtolis, ſed & manu aliquando bellum aduerſus Philippum geratis. Iterum, cum oſtendiſſet cæteras res quaſdam, quæ minoris eſſent momenti, accuratè ac diligenter agi ſolere ab Athenienſibus, deinde hæc uerba ſubiecit: Εμ δὲ τοῖς περὶ τοῦ πολέμου καὶ τοῦτου παρασκευῆς, ἄτακτα, ἀόριστα, ἀδιόρθωτα, ἅπαντα. τοιγαροῦν ἅμα ἀκκικόμεθά τι, καὶ τριηρέσχους καθίσαμεν. Et rurſum interpoſitis uerbis paucis: τὸν δὲ τῆ πράξεως χρόνον εἰς τὸ παρασκευάζεσθαι ἀναλίσκομεν. οἱ δὲ τῶν πραγμάτων καιροὶ οὐ μένουσι πῶ ἡμετέραν ἑτοιμότητα καὶ εὐρωστίαν. Ea uerba hunc (ni fallor) in modum reddi latinè poſſunt: At quæ ad belli eius q; apparatum pertinẽt, ea omnia ſine ordine atq; indefinita ſunt, neq; ulla certa lege diriguntur. Proinde ſimul, et audimus aliqd, & præfectos triremium conſtituimus. Agendi tempus ad apparandum traducimus. uerum interim rerum gerendarum occaſio, noſtras haud quaquã moras atq; diſſimulationem expectat. Potuiſſent & alia in hanc ipſam ſententiam ex eadem oratione adduci, ſed uerebar, ne & hæc quoq; lectori delicato multa nimium uiderentur. ¶Non uideor equidem mihi magis &c.) Proximè, inquit, ad ſtultitiam iſtam Athenienſium accedunt dialectici temporis noſtri. Nam ut illi tum demum conſultabant, cum iam eſſet agendũ: ita iſti eam dialecticæ partem quæ conſilij eſt, ad acti-

Dialecticorum noſtri temporis ſtultitia.

onem traducunt: & unde erat petenda argumentorum inuentio, inde petũt rationem dijudicãdi. ¶ Cũ sit enim solum istud propriumq; dialectices munus.) De hoc locupletius libri huius capite secundo & tertio. ¶ Quod totum, ut prædixi, duabus comprehensum est partibus.) Quæ sint hæ duæ partes, explicatum est libri superioris capite secundo. ¶ Conaturq; ostendere, bene se argumentatum esse, quoniã sit argumentum uel à maiori, uel simili.) Quis enim istorũ hodie in ore ista non habet? Consequentia tenet per locum à maiori, per locum à coniugatis, à simili, à cõtrarijs, à disparatis, quæq; cætera eius farinæ sunt. ¶ Quoniam ex omnibus istis inepte & minimè cohærentes duci queant.) Dubitari non potest, quin sit id quod dicit longè uerissimum, nempè ex locis omnibus ineptas duci posse argumẽtatiões, ac proinde nõ esse dijudicandum inde, cohæreánt ne argumentationes an non cohæreant. Sanè quibuscunq; argumentis autores in re quauis confirmãda refellẽdáue utũtur, eorum nullum est, quin ex aliquo depromptũ sit loco. at nõ omnia apta esse, & ad rem qua de agitur, probandam idonea, id cõstare uel hinc potest, quòd ijdem, alij aliorum inuicem argumenta diluũt ac refellunt. Quo fit, ut iudicium argumentorum petendum sit non ex locis, sed ex ea dialectices parte, quæ tradit formas syllogismorum. ¶ In tanta studiorum omnium colluuie.) Tale quiddã & Quintilianus queritur de grammaticis, libro oratoriarum institutionum secũdo. ¶ De maximo & minimo.) Docẽt enim,

res naturales determinatas esse ad maximum & minimum. Item, in sectione continui ad minimum deueniri non posse. ¶Et de calculandi, ut aiunt, ratione.) De arte ac ratione computandi, quandoquidem calculus & pro ratione cõputationeq; accipitur. Quãquam, ut ingenuè dicam, mihi hauddum satis liquet, ubi hac de re agant physici. ¶Circulorum.) Coronarũ hominum circunquaq; astantium. Sed puluere & radio cõtenta.) Solebãt enim mathematici in puluere lineas ducere, ac figuras illas suas describere. Quo autem instrumento id faciebãt, radius dicebatur. Vnde illud Virgilianum: Descripsit radio totum qui gentibus orbem, Tempora quæ messor, quæ curuus arator haberet. ¶Mutam potius oculorum, quã loquacem aurium sequatur fidem.) Probãt enim sua mathematici, non tam oratione & uerbis, q̃ ijs quas uocant γραμμικὰς ἀποδείξεις, hoc est, lineares demonstrationes: lineis scilicet ac formis descriptis in puluere, quibus planum faciunt id, quod ostendere uolunt. Hinc est quod aiũt regiam Dionysii, cum is præsente Platone mathematica amplecti uideretur, areis ex puluere & arena factis plenam fuisse. Et Archimedẽ illũ Syracusanũ, quo tẽpore Syracusas cepit Marcellus, adeò formis quas in puluere descripserat intentũ fuisse, quidã (autore Liuio) tradidêre, ut nõ prius patriã à Romanis captã senserit, q̃ à milite ignaro qs esset, occisus est. ¶Cũ quo contuli pedẽ.) Cũ quo cõgressus sum, cũ quo in certamen descendi, cũ quo manũ conserui. ¶Si quẽ ergo eorum

Mathematicorũ cõsuetudo.

quos doctores artiũ uocant.) Verè doctores, siquidẽ doctor dicendus est, cuicunq; quouis modo doctoris contigêre insignia, quẽ in modum & simia interim rex aut regina dici potest: & asinus ille apud Cumanos, cũ leonis induisset exuuium, sibi etiã ipse aliquãdiu uisus est leo. Equidẽ ita existimo, non esse aspernãdas istas quas uocamus promotiones: modò is qualiscunq; honor solis cõtingat eis, qui studio ac industria sua eo dignos se reddidêre: non etiã hominibus ignauissimis, quibus animos aspirãdi huc facit, non eruditio, non ulla morum integritas, sed quæ sola hodie omnibus in rebus dominatur, pecunia. In confesso est apud omnes, eruditionis testimonium esse debere promotiones. At si uerè dictum putamus illud, scientiã non loculorum, sed laboris & industriæ comitem esse: hic autem doctoratus, quo usqueadeo nobis placemus quidã, in plerisq; certè loculos magis q̃ laborẽ aut industriam sequitur: planum profectò est, eruditionis eum testimoniũ esse non posse. Desino plura, quod uerissimè scio dictũ esse à Comico: Obsequiũ amicos, ueritas odiũ parit. ¶ Dic q̃so uir doctissime de dialectice: quando hãc uel solã uel maximè oĩm artiũ, quas uos numeratis liberales, uideris præ te ferre: cui usui discendã putas?) Audio ego hunc morem esse quibusdam ludimagistris, ut in suis illis phrontisterijs, ante oculos puerorum quos docent, hæc uerba maiusculis literis soleãt depingere. DIC QVA RE HIC. quibus admonitam uolunt rudem adhuc ætatem illã, ut subinde secũ cogitẽt expẽdantq;, cur

quotidie ludum adeant, cur illuc à parentibus mißi-
Vsus dia- tentur. Vellem equidem hãc eãdem consuetudinẽ ha-
lecticæ. benus esse & dialecticis nostris, ut nõ illi quidem ei-
usmodi nugamẽtis oblinerẽt parietes, sed ut ijs, quos
instituendos sua disciplina susceperint, illud ante cãa
explicarent, quemnã in finem discẽda dialectica sint,
& q inde sperãdus fructus. Nam ut ingenuè id quod
sentio dicam, quemadmodum gallus ille apud Aesopum, repertam à se gemmam idcirco abijciẽdam esse
arbitrabatur, quòd quæ uirtus & qui usus eius gem
mæ esset, ipse nesciret: ita et dialectícæ unum hocmea
quidem sententia aduersatur, quo minus hodie in
precio sit apud multos, quòd ut nomẽ eius apud oẽs
lõgè est uulgatißimum, ita pauci, quæ uis, quiq; usus
ipsius artis sit, satis norunt. Multi persuasum habẽt,
ciuilibus eam causis accõmodari non posse, tãtum di
sci in hoc, ut in umbra ac schola, perinde ut auiculæ
solent, totam ætatem garriendo teramus. Atq; sunt
certè, qui tantum non omnem culpam hanc reijciant
in præceptores, cõ quod ij, etsi norunt quidem ipsi,
alium quendam quàm nugas istas esse dialecticæ finẽ:
neq; ueriſimile uideatur, tam perfrictæ posse esse frõ
tis hominẽ quenq̃, ut doctor esse sustineat artis eius,
cuius ipse præter indecoros istos garritus, usum ali
um nesciat: ita tamẽ secula iam aliquot dialectica do
cent, ut de germano interim ac genuino illorum usu
nõ audiatur apud eos uel uerbũ. Qui docẽt, inquiũt
illi, artem gladiatoriam, ij non sat habent uerbis mo
dò præscribere, qua ratiõe uel aduersarium ferias,

uel ictus ab illo intẽtatos eludas. primũ ipsi arrepto telo in ludicrum certamen illud descendunt: ut iã nõ solum auditor, sed spectator etiam artis suæ fiat is, q̃ se illis in disciplinam tradiderit. At ne id quidem satis. Tradũt deinde arma discipulo, docẽt aptare manus, docẽt gradus componere: docẽt quo pacto, nũc fugere antagonistam, nunc insequi debeat: quando fidendum uiribus, quando arte utendum. Quid? ij qui pueris præcepta tradũt grammaticorum, nónne primum ipsi exemplo uno aut altero id præceptũ quod sit explicandum illustrant? nónne deinde, autoribus enarrandis, traditas iam antè præceptiones illorum scriptis accõmodant, ostendũtq̃, quis quo modo hoc aut illo præcepto sit usus, quis neglexerit, quis obseruarit? Atq̃ ita demum ipsos etiam pueros iubẽt conari aliquid, iubent carmina meditari, iubent componere epistolas. Neq̃ uerò id, quemadmodum in prouerbio est, sine cortice. Adsunt ipsi, uitia indicãt, emẽdari ea quo pacto queant demõstrant: suas quoq̃ interim epistolas aut carmina illis imitãda proponũt: idq̃ annum unum aut alterum, quousq̃ tandem aliquando suis illi alis fidere tuto possint. Ita fit, ut iam inde usq̃ à pueris, non sola discant præcepta, sed & usum quoq̃ aliquẽ eorũ nouerint præceptorũ. Quã docendi rationẽ putant obseruandã esse etiã in dialecticis: quorum si quis alius sit usus præter istos gymnasiorũ cõflictus, hunc aiunt indicari oportere eis q̃ doceantur: neq̃ tã referre illorũ, ut aduersus præceptũ quodq̃ plaustra aliquot cõuehas obiectionũ: q̃

ut commodis in singulorum explicatione utare exẽplis, demonstresq́; quo pacto alij hac aut illa præceptione sint usi, quomodo ipsis utendũ. Hoc ut dilucidius fiat, sic explicant. Aiunt dialecticen de earum esse numero artium, quæ uelut ministræ quædam sint artium cæterarum, quasq́; usus modo causa discendas esse oẽs confirment. Itaq; enitendum nobis huc esse, principio, ut quæcunq; in ea, etiamsi argutè quidem & cum maxima quadam subtilitate dicuntur, tamen nihil aut minimũ utiq; conducunt ad usum: ea omnia aut in totum submoueantur, aut certè non oneretur hisce rebus iuuentus: quod genus magna ex parte est, quæ sola hodie docent scholæ: nec nõ multa etiam ex ijs, quæ tot libris complexus est Aristoteles. Deinde, ut quæ ad usum facere uideantur, ea tradãtur sic iuuentuti, ut quinam is illorũ sit usus intelligat. Atq; id tribus rebus fieri posse. Primum, si (quemadmodũ dixi) in tradendis præceptis non tam agamus illud, ut aduersus singula quæq; myriades aliquot cogamus argumentorum, q̃ ut commodis unumquodq; declaremus exemplis, siue ea comminiscamur ipsi, siue ex autore quopiam afferamus. Ea autẽ exempla, familiaria quidem esse oportere: non tamen ociosa atq; inepta. Nam ut grammatici paulò diligentiores suarum esse partium censent, non qualibuscunq; uti exẽplis in explanatione præceptorum suorum: sed quæ præterquam quòd præcepta illustrant, utilem etiam aliquã cõplectuntur sententiã: ita & dialecticis illud curæ esse debere, ut quæcunq; explicandis præceptis

ſuis, uel effingãt ipſi, uel aliunde ſumpta adducãt, ea ſemper eiuſmodi ſint, ut ad ciuilẽ uſum cõemq; hoĩm uitã accõmodari queãt: & uel ad uirtutẽ hortentur, uel à uitijs deterreãt, uel alioq ad formandos mores ac uitæ inſtitutionẽ pertinere uideantur. Ita fore, ut & poſtea ſcholã egreſſi, ſciamus quid in ludo egerimus, quoq; pacto in rebus eiuſmodi ijs præceptis uti debeamus. Deinde ſi in enarrãdis autoribus, ſiue ſaeris illis ſiue prophanis, nã ad hoc utiq; inſtitutũ nihil referre, omne artificiũ dialecticũ uelut digito in dicemus. Nã ut in hiſce explanãdis partes ſint grammaticorũ & rhetorũ, ut q̃ emendatè, q̃ elegãter unũ quicq; dictũ ſit quærant: ita pertinere ad dialecticos, ut q̃ credibili quiſq; oratione ſit uſus oſtendãt. Quã in re duplicẽ ineſſe errorẽ hoc ſeculo: unum eorũ, q̃ ut primũ audiunt explicari poẽtã, enarrari hiſtorio graphos, prælegi epiſtolas doctorũ uirorũ, continuõ uociferari ſolent, aliud nihil q̃ doceri grammatica. Eorũ alterum, qui poſteaq̃ totum ſeſquimenſem impẽderũt audiendis libris grãmaticorum, ſtatim ad autores quoſuis enodãdos proſiliũt, perinde quaſi nihil ibi præter fabularũ uocularũq; explicationẽ quærẽdũ ſit. Tertiũ, qđ ad tradẽdũ uſum neceſſariũ putãt, eſt, ut præter ea q̃ iã diximus, quotidie ciuilia quædã themata in gymnaſiis proponãtur: & in ijs ipſe præceptor primas (ut ſic dixerĩ) ducat lineas, oſtendatq̃; q̃ rõne, qua uia, ea themata in hãc aut illã partẽ declamari poſſit: q̃ exordiẽdi ratio, quo pacto narrãdum, quo tractãda ordine argumẽtatio, quo mõ cõcludẽdũ.

Hac demum ratiõe fieri posse, ut in umbra adhuc degens iuuentus, luci tamen assueſcat, atq; usum aliquẽ eorum quæ diſcit intelligat. Hæc illi cum alijs multis, à quibus recenſendis ea de cauſa mihi ſupersedendũ putaui, quòd haud ſcirem an omnibus perinde eſſent futura grata. ¶ Vnus Quintilianus conatus eſt explicare.) Libro inſtitutionum quinto. Quanquã multum intereſt inter præceptiones Fabij & Rodolphi. Ille docet, quo ordine quáue ratione utendum ſit argumentis poſteaquam inuenta ſunt. Rodolphus, quẽ admodũ ea inueniri eruiq; ex locis poſſint. Quo autem ordine ſit utendum inuentis, id explicat libri tertij capite decimotertio & decimoquarto. ¶ Nunc autem quotuſquiſque Quintilianum attingit eorum, q̃ philoſophiæ ſibi nomẽ aſſerunt? Ferri poterat, ſi nõ attingãt ipſi: niſi alios etiam, mirum quibus artibus, non à ſolo Quintiliano, ſed ab omni politiori literatura auerterẽt, planeq; facerẽt id quod aiũt in præſepio canem, qui nec ipſe hordeum edit, nec ferre poteſt, ut accedant eò equi aut boues. ¶ Quiq; omnes iuſtæ literaturæ numeros impleuerit.) Qui ad culmen & quaſi apicẽ melioris literaturæ peruenerit. ¶ Sibi ferè iſta muſisq;, ut dicitur, diſcit.) Diſcit idcirco ut ſciat ipſe, non ut alijs ea quæ nouit communicet. Ita tibicen Antigenidas, ad diſcipulum quendam ſuum, doctum illum quidem, ſed frigentem ſanè ad populum, mihi, inquit, cane & muſis. ¶ Raimundus quidam cognomento Lullus.) Fit & hodie nõnunquam mẽtio à quibuſdam de arte iſta Lulli: cæterum libros

Cicero de claris oratoribus.

quibus ea ars continetur, mihi nondum uidere contigit. ¶Balearis.) Ex altera Baleariũ insularum, nã duæ sunt hoc nomine in Hispania. ¶Qui numerant, non iudicant.) Sic & Plinius in epistola quadam conqueritur numerari sententias, non ponderari.

¶ Quo ordine tractanda ea sint quę hoc libro sunt explicanda. Et quid dialectice.

Caput II.

STatutũ est igit̃ nobis hoc libro, usum tradere locoꝝ, hoc est, (ut idem apertioribus dicamus uerbis explicare, quo pacto paranda sit disserendi facultas illa, quam dialecticen uocant. Id commodissime facturi uidemur, si ostẽderimus, quæ sit materia eius, quod instrumẽtum, quis reꝝ tractatus. Materiã dico rem, de qua disserimus. Instrumentum, oꝝonem, qua, quod dictum esse de re uolumus, explicamus. Tractatum quõ hæc paranda sint, & quæ cuiꝙ rei aptanda. ¶Hæc quo facilius sit uidere, optimũ fuerit initio definire, quid sit dialectice, & cui usui (hic em̃ finis eius erit) destinata sit. Et nomẽ quidem dialectices nõnulli latine tentãtes dicere, disserturam uel disputaturam, quẽ-

De ordine dicendorum.

Dialectice disserendi ratio.

Grãmaticæ literatura.

admodũ & grãmaticen literaturam dixere. Verũ qñ & illa asperiora sunt, atq; usu minus recepta, & græco perinde sunt usi pleriq; latini, tanq̃ suum esset, nos etiam græco melius utemur.

Dialecticã esse artẽ.

Dialecticen quidam ex artiũ genere uoluerunt esse, quidam facultatẽ quandã uocauêre. Verum utro dicat modo, non est quod in præsentia ualde nos solicitos habeat. Artem esse cõis accepit opinio, & artem differẽdi uulgo dicimus, hocq; nomine editi de ea inscribuntur libri. Eritq; nimirũ indignũ, artium eam excludere numero, quæ reliquarũ dux sit & stabilitrix artium, & fine cuius præsidio tueri fines suos reliquæ nõ satis cõmode possint. Quod si est ars (ut quidam definiuêre) collectio multarũ de una re comprehensionũ, ad finẽ aliquem utilem uitæ, uel (ut alij) recta ratio rerũ faciendarũ: nemo ipsam dubitauerit artẽ uocare. nam & multas cõprehẽsiones colligit, quo pacto inueniendũ sit argumentum, & quõ iudicandum ubi inueneris: & faciendorũ istorũ rectam tradit eatenus rationẽ, quatenus faciẽdi uerbum põt istis aptari. Vtilemq; esse certũ est, si falli, deci

Dialectice aliarũ artium stabilitrix.

pí,uera pro falſis,falſa ꝓ ueris accipi,inutile putamus. Fallit tñ nonnunq̃ dialecticus,& pro ueris falſa tradit. Euenit id quidem, ſed & nauẽ gubernator euertit, & medicus aliqñ perimit. Hominũ ſunt iſta,non artiũ. Atq; uel eo magis fatendũ erit,utilem eſſe dialecticen,cum & q oratione ſeducunt,aſtu id perſæpe, nulla etiã inſtructi arte faciant:& q fallitur,ſi artem calleret,uel nequaq̃ id,uel minus utiq; pateretur. Sane ſicut reliquæ artes, quæ remedio ſunt inuentæ humanis neceſſitatibus, nõ potuerũt ſuccurrere incõmodis, niſi prius ea detegerẽt: ſic dialectice, cum magna ex parte in eo ſit poſita, quo pacto laqueos captionũ fraudumq; in dicẽdo uitemus,neceſſe habuit aperire inſidias, & oſtendere q̃ uarie quis capi poſſet. Quæ ſi quis inde depromꝓta, utẽda ſibi putauit: nõ artis hæc ẽ culpa, uitare fugiẽda monſtrantis:ſed improbitatis, ſectari uitanda cupientis. Aperienda eñ ſunt,ut caueant mala: & nemo artifex tantũ remedia nouit. Relictum ergo nobis ſit,artẽ eſſe dialecticen. Artium aũt aliæ ad naturas rerũ cognoſcendas,aliæ ad uitam hoim emen

Obiectio

Reſponſio

Ethica ſimilitudo.

Sententia

Quo artium genere cõtineatur dialectice.

Tria in omni oratione necessaria.

dandam,aliæ ad oſonis dicendíq; regulã ptinẽt:huiusq; generis dialecticen eſſe apparet. Oſonem oẽm initio diximus in id paratam eſſe,ut animi ſui ptícipem quiſq; faceret aliũ. Tria ergo cõſtat in omni oſone eſſe oportere,eum q dicit, eum qui audit,& rem de qua habetur oſo: tresq; proinde in dicendo obſeruationes, ut percipi poſſit,quid ſibi uelit q dicit: ut cupide audiat,cui dicitur:ut ꝓbabile ſit, habeaturq; fides ei, quod dicitur. Primũ grammatice docet,quæ emendate & aperte loquendi uiam tradit. Proximũ rhetorice, quæ ornatũ oſonis cultumq;, & oẽs capienda rum aurium illecebras inuenit. Quod reliquum igitur eſt, uidebitur ſibi dialectice uendicare, probabiliter dicere de quælibet re,quæ deducíẽ in oſonẽ. Itaq; quæcunq; ad inuẽtionem ptinebunt, huius(ſi uerꝫ fateri uolumus) erunt negocij. Qm̃ aũt pleraq; ſibi rhetores de inuentiõe, & plura etiam q̃ quiſquam dialecticoꝝ dicenda ſumpſerunt,q̃le id ſit dicemus poſt paulum. Id nunc dicamus, quia uolumus dialectices eſſe, poſſe de quolibet dicere ꝓbabiliter: probabile in diſſerendo nõ ſolũ

id esse,quod re uera probabile est,hoc est, quẽadmodũ Aristoteles inquit,quod uel oĩbus uidet,uel plurimis, uel sapiẽtibus, hisq; uel oĩbus,uel plurimis,uel spectatis probatisq;. Vt sit exempli gr̃a quod oĩbus uidetur,religiose colendũ esse deum, exhibẽdam pietatẽ parẽtibus.Quod plurimis,parandas opes, honores expetẽdos esse. Quod sapiẽtibus oĩbus,meliorẽ esse opibus eruditionẽ.Quod plurimis,uirtutem maxime expetendã esse.Quod spectatis,ut quod Plato dixit, quod Aristoteles, quod Theophrastus. Sed qm̃ cõsulto nõnunq; talia ad dicendũ sumuntur, ut difficile sit hmõi quicq; eis accõmodari:in his ideo abunde nobis erit probabile, quod apte consentaneeq; de re proposita dicet, Quẽadmodũ multa de rebus, quæ prorsus fieri nõ possunt dicuntur:qualia de cõmentis fabulaꝝ suaꝝ poetæ, qualia etiam apud nos Apuleius duodecim libris de Metamorphosi sua, & apud Græcos Lucianus libris eis quos ueræ historiæ iscribit,quibus ea scriptuꝝ se dicit,quæ neque quisquã alius uidit,neq; quisquã sit creditus,Non q̃ nesciam, posse etiam̃ re ue-

Probabile qd Aristoteli.

Quid Rodolpho probabile

ra probabiliter de re eiusmodi dici, quæ non solũ à fide rẽ, sed facultate etiam abhorreat: ut Lucianus idem, possint ne homines in aues mutari: & apud Macrobiũ, fuerit ne prius ouum an gallina: quorum utrũuis sumas, incredibile uidẽ: de utroq; credibiliter tñ disseritur. Nam bonum & malũ idẽ esse, quod Heraclitus, quodq; post eum alĩ: & nihil sciri posse, quod noua academia dixit: permultaq; alia eiusdẽ notæ, non solum q credibiliter dicerent, sed maximos autores, q crederẽt ista habuerũt. Probabile ergo dialectices erit & probabiliter dicere, quod pro conditiõe rei propositæ, q̃ aptissime ad fidem dicetur. Erit ergo nobis hoc pacto definita dialectice, ars probabiliter de qualibet re proposita differendi, prout cuiusq; natura capax esse poterit.

Definitio dialectices.

¶ Scholia in caput secundum.

dialectica dissertura Disputatura. Disputatrix.

ET *nomen quidem dialectices nonnulli latinè tẽtates dicere, disserturam uel disputaturã &c.*) *Hac de re non inutile fuerit legere ea, quæ habet Fabius lib. 2. de nomine rhetorices. Quo ex loco facilè erroris coargui possunt, qui uel disputatricẽ uel disputatoriã dialecticen interpretati sunt. Etiamsi non*

me clam est, ab ipso etiam Quintiliano nonnunquam obiter atq; aliud interim agente, disputatricem eam uocatam esse. Sanè quemadmodũ literatura, quæstura, prætura, cẽsura, dictatura: ita disputatura quoq; aut dissertura dicendum foret, si pateretur usus.

¶Quod si ars est, ut quidam definiuêre, collectio mul Ars.
tarum unâ de re comprehẽsionum.) Simon parasitus apud Lucianum, ostensurus parasiticen esse artẽ, hãc finitionem ceu basim ac fundamentum totius suis disputationis ponit. τέχνη (inquiens) ὄξιμ, ὥς ἐγὼ ἀκόσας, σύσκμα ἐγκαταλήψεωμ, ἐγγεγυμνασμλώμ, πρός τι τέλος εὐχρηςον τῷ ζῷ. Ars, inquit, ut quidem ego à sapiente quodam audisse memini, est collectio comprehensionum exercitarum ad utilem aliquem eorũ quæ in communi hominum uita sunt, finem. Crebra τῶν καταλήψεωμ mentio fit apud Ciceronem in libris de finibus: quas interim cognitiones, interim cõprehẽsiões interpretatur. Qua de re nõnihil attingemus & postea. ¶Vel, ut alij, recta ratio rerũ faciẽda Capit. 14.
rũ.) Ita enim discernunt prudentiã & artẽ, ut prudẽ Prudẽtia.
tia rerũ agendarũ recta sit ratio, ars aũt faciẽdarũ. Ars.
Porrò actionẽ eẽ, quæ intra sese cõsumitur, neq; opis
ꝙq̃ post se relinqt: factionẽ quæ relinqt post se aliqd, Factio.
ut sunt scribere, texere, fabricare, ædificare. Neque
uerò est cur uocabulum factionis tantopere formidemus in hoc significatu, cum non modò in topicis, sed in septimo etiam libro familiarium epistolarum, testamẽti factionem dixerit Cicero. Quod si parum

latinè dici putasset, non tanti apud eum fuisset autoritas iureconsultorum, ut in illorum gratiam barbarè loqui sustinuisset. ¶Quatenus faciendi uerbū potest istis aptari.) Hoc ideo dicit, quòd id uerbi magis ad corporis quàm ad animi actiones pertinere uidetur: ac ne corporis quidem omnes, sed eas maximè, quæ operis aliquid post se relinquūt. ¶Artium autē aliæ ad naturas rerum.) Hanc ipsam artium diuisionē fecit & libro superiore, capite undecimo. ¶Orationem omnem initio diximus.) Libri prioris capite primo. ¶Quale id sit, dicemus post paulum.) Huius libri capite decimooctauo. ¶Hoc est, quemadmodum Aristoteles inquit.) Aristotelis hac de re primo topicorum libro uerba sic habent: Εσὶ δ' ἀληθῆ μὲν τὰ πρῶτα, τὰ μὴ δι' ἑτέρων, ἀλλὰ δι' αὑτῶν ἔχοντα τὴν πίσιν, οὐ δεῖ γὰρ ἐν ταῖς ἐπισκοπικαῖς ἀρχαῖς ἐπιζητεῖσθαι τὸ διὰ τί. ἀλλ' ἑκάστων τῶν ἀρχῶν αὐτὴν καθ' ἑαυτὴν εἶναι πίσιν. Ενδοξα δὲ τὰ δοκοῦντα πᾶσιν, ἢ τοῖς πλείσοις, ἢ τοῖς σοφοῖς, καὶ τούτοις τοῖς πᾶσιν, ἢ τοῖς πλείσοις, ἢ τοῖς μάλιστα γνωρίμοις καὶ ἐνδόξοις. Hoc est: Sunt sane uera & prima, quæ non per alia, sed per semetipsa uera esse creduntur. Neq; enim in principijs scientiarū inquirenda est causa, quamobrem uera sint: sed unūquodque eorum tale esse oportet, ut per se ei fides habeatur. Probabilia aūt, quæ uera esse uidētur, aut omnibus, aut plerisq;, aut sapientibus: atq; ijs rursum, aut

Prima principia

Probabilia.

omnibus, aut plurimis, aut ſpectatiſſimo atque illuſtriſſimo cuiq;. ¶Apuleius duodecim libris de metamorphoſi ſua.) Quibus titulũ fecit de aſino aureo. ¶Lucianus in libris eis quos ueræ hiſtoriæ inſcripſit.) Hi κατ' ἀντίφρασιν nomen habent. Inſcriptio
buntur enim τῆ ἀληθοῦς ἰσοχίας, cum nihil ueri, ſed Sed fabulas
fabulas meras contineant. Id quod ipſe Lucianus teſtatur, cum priori libro inter cætera ſic ait: γράφω τοίνυν περὶ ὧν μήτε εἶδον, μήτ' ἔπαθον, μήτε παρ' ἄλλων ἐπυθόμην. ἔτι δὲ μὴ ὄντων, μὴ δὲ πλὴ ἀρχὴν γενέσεως δυναμένων. διὸ δὴ τοὺς ἐντυγχάνοντας μηδαμῶς πιστεύειν αὐτοῖς. ¶Poſſint ne homines in aues mutari.) Extat dialogus Luciani, qui inſcribitur ἀλκυών, ἢ περὶ μεταμορφώσεως. In eo Socrates Chærephronti argutiſſimis aliquot ratiunculis perſuadere conatur, homines in aues mutari poſſe. ¶Fuerit ne prius ouum an gallina.) Lege Macrobij ſaturnaliorum librum ſeptimum, circa finem.

¶Finis dialecticæ qui ſit. Caput III.

HInc iam haud difficile fuerit uidere, quis ſit dialectices finis, ad quẽ ſint illi cuncta referenda. Si em̃ fines ſunt artium, opus cuius gratia diſcuntur: ut quæ cõtemplationis cauſa diſcuntur, eaꝝ finis ſit cõtemplatio; quæ propter formãdam

Reſpicit ad præcedẽtem artium diuiſionem.

uitam, probitas: quæ ꝓpter aliam aliquã actionẽ, hanc ipſam actionẽ cui deſtinantur finẽ habent: erit nimirꝝ dialectices finis, probabiliter de re propoſita dicere: qñ huic ſoli rei eſt inſtituta. Id ſcilicet eſt quod initio dixi, docere aliquid eum qui audit. Neqꝫ iſtud tñ ſic accipiẽdum eſt, ut qſquis aliqua rõne docet, dialectices munere fungatur. Nam & grãmaticus, q fabulam poetæ explicat, q hiſtoriam recenſet, q uerba interpretatur, docet: ſic etiam qui interroganti, eſt uel non eſt, rñdet, docet, nihil tñ uterqꝫ horꝝ agit, quod ad dialecticum ptinet. Qm̃ em̃ ſatis habet ab eo qui audit intelligi, quod ut prædiximus, aperte emẽdateqꝫ loquẽdi præceptis conſtat: põt grammatices finibus, quæ iſta docet, eſſe cõtentus. Sed q ita docet, ut fidem feciſſe oꝛone uelit, & dicẽdo auditoris ad ſe trahere mentẽ, quatenus id facit, dialectici negociũ agit. Oꝛone aũt iſtud & dicendo fieri uelim, nam q ſtulta auditoris credulitate abutitur (ut ſunt pleriqꝫ, qui non dictioni credunt, ſed dicenti, quanq̃ dicat incredibilia, quanq̃ repugnantia) hic non magis dialectici præſtare officiũ

Finis dialectices, probabiliter dicere

Quæ docẽdi ratio ſpectet ad dialecticũ

uidebitur, q̃ imperatoris ille, cui non sua uirtus, sed hostium metus uictoriam tradit. Quod dicimus autẽ, aperte dicendi rõnem ad grammaticũ ptinere, illud non erit ignorandũ nobis, pspicuitatem oõnis uerbis cõstare & rebus. Verbis, ut nõ sint uel impropriẽtate uel uetustate uel noũitate obscura: (quanq̃ nouandis uerbis apud Latinos nullus ferè relictus sit locus) neue contra naturam suam pplexius cõstructa. Hæc quidem pspicuitatis pars ad grãmaticũ ptinet. At pspicuitas quæ in figuris ornatuq; uerborũ est posita, ea rhetorices præceptis cõstat. Rex aũt perspicuitas, partim in natura illaꝛ, partim in tractatu cõsistit. In natura, qm̃ aliæ natura obscuriores sunt, aliæ apertiores, & cognitioni nostræ magis expositæ. Ea ad oõnẽ non pertinet, qm̃ cum rebus ipsis ad oõnem qualiscunq; est affertur. Alia est, quam ordine disponẽdisq; consequimur rebus, qm̃ ut aliquid ante post'ue dictum est, ita plus minus'ue intelligẽdo alteri confert. Hæc ex dialectici est institutis, qm̃ non modo percipiendis rebus ordo plurimũ præbet adiumẽti, sed nõnun

Duplex in oratione perspicuitas.

Rebus quoq; aptè perspicuitatẽ inesse.

quam etiã fides eaꝝ magna ex parte ipſi
Similitudo eſt innixa. Quemadmodũ em̃ nemo picto
rem quẽpiam aut fictorem conſummatũ
dixerit, qui oĩa quidẽ ſeorſum mẽbra exa
cte exprimeret, iungere aũt ea neſciret, &
in eam habitudinẽ componere, ut motus
aut actus alicuius quam uellet imaginem
imitarẽtur: ſic ne dialectici quidẽ nomen
ſibi uendicabit, qui omnia faciendæ fidei
inueniré ſciat, ſed diſponere & in ordinẽ
redigere, ut fidẽ cui deſtinanť facere poſ-
ſint, neſciat. Hic itaqꝫ finis erit dialectices,
docere ꝓ facultate rei de qua diſſeritur,
id eſt, iuenire quæ fidei faciẽdæ ſint apta,
& inuenta diſponere, atqꝫ ut ad docendũ
q̃ accõmodatiſſima ſint ordinare. Iudican
di em̃ partẽ, hoc ipſo, qꝫ faciẽdæ fidei apta
inuenire debere præſcribo, cõprehẽſam
in præſentia uelim. Nanqꝫ perinde uideť,
nõ inuenire, & inuenire eiuſmodi, quæ iu
dicentur inſtituto nr̃o apta non eſſe.

¶ Scholia in caput tertium.

FIt *nimirum dialectices finis, probabiliter de re propoſita dicere.*) Rectè hoc, *ſiquidem idem eſt officium artis & finis: quod Cicero in rhetoricis negat.* ¶ *Quanquam nouandis uerbis apud Latinos*

nullus ferè relictus sit usus. De his Fabius libro octauo capite tertio: & M. Cicero tertio libro de bonorum & malorum finibus.

¶Motionem affectuum ac delectatiõem, qua tenus inuentio eis conueniat, non esse à docendi officio seiunctã, quãquã delectatio certè ab utroque sit alienior. Caput IIII.

SEd quia inuentionẽ, docendi subiecimus officio, uideatur aũt suam etiam habere inuentionẽ qui mouet & qui delectat, quæ distincta à rõne docendi autores fecerunt, nõ immerito uidebimur angustioribus terminis q̃ fert natura inuentionis, hanc partẽ terminasse. De hoc qm̃ exactius initio dicturꝰ me sum pollicitus, hic locus uidetur aptissimus huic rei explicãdæ. Definienda erunt ista, & ostẽdendum qd sint, quo facilius queant distingui. Docere ergo, est rem ex ignota facere notiorem. Mouendi quidẽ generale est nomẽ, & quod late patet. sed in præsentia tm̃ ad mentẽ referimus: ut sit mouere, pacatam tranquillamq; mentẽ, affectibus pturbare. Delectare est tale aliquid adhibere, cuius sensu atq; pceptione, is q accipit, gaudet. Vel, est aliquid facere, quod sit sensui eius q id percipit, accommodatũ. Istaq;

Docere quid.

Mouere.

Delectare

Doceri, affici, delectari, duobus modis contingere, rebus & uerbis

uel rebus fiunt uel oſone. Nam & re docemur, quoties rei alicuius experimentū ſumimus, uel præeuntē aliquē præmonſtrantemq; ſequimur: ut pictor, qui oſtēdit quō ductis lineis, uel tumens uel cauū aliquid exprimatur, quis color umbram reddat, quis lumen, quō ſubſidētes res & uiſui ſeſe longinquitate ſubtrahentes, in plano ſint imitādæ: hic reb⁹ docet. Poſſunt & hæc eadē oſone fieri, ut non monſtrentur, ſed tradantur uerbis. Erudite itaq; Plutarchus inquit, poema picturam loquentē eſſe, picturam eſſe tacēs poema: illud ſignificans, docere ambas, & perſæpe res eaſdē: ſed alteram loqui, id quod altera oñdat. Sic & affectus, rebus & oſone mouētur. Multo aūt maxime rebus in fletum prorumpēt. Neq; eñ crediderit quiſquam, tam paratas fuiſſe P. R. lachrymas, ut qualibuſcunq; epilogor̄ Ciceronis uerbis (quanq̄ ſint illa quidē ingenioſiſſime & aptiſſime ad cōmiſeratione cōpoſita) ad lachrymas cogeretur: niſi tñ ſignium reor̄ ante oculos poſita calamitate & actione, flebilibusq; modis quibuſdam, & añ oīa manantibus hubertim la-

chrymis Ciceronis, ista cõmendarentur.

Delectari nos rebus similiter & uerbis, notius est, q̃ ut indicari oporteat. ¶ Nobis aũt de his rebus tantũ est ratio, quatenus fiunt oõne: hacq; uia, quod ad inuentionẽ pertinet, minime uidentur à docẽdi rõne esse discreta. ¶ Sane Aristoteles ait, cum cõmouere quis audiẽtem uelit, supuacuã esse argumentationẽ. Id quod haud dubie ita est, si accipimus argumẽtationẽ, quo puram nullisq; corruptã affectibus fidẽ conamur facere. Tenet eñ argumẽtatio intentã & uelut expergefactam mẽtem, ut nullus facile subrepere & auferre ipsam possit affectus. Quinetiam tenue illud & sedatũ argumẽtandi genus, turbulente affectuũ agitationi minime cõuenit: non q̃ eadẽ res & ad docendũ & ad mouendũ apta esse nõ possit: sed qa argumentandi illa quies, rapiendo extra sedes suas anĩo accõmodata nõ est. Ad hæc, si capimus argumẽtationẽ, ut id oñdat & colligat, cuius mẽtiõe uolumus cõmouere audientẽ, certũ est affectibus eã non cõuenire. Nemo eñ sperauerit quenq̃ ea in re cõmoueri posse, de qua, sit ne ita, nec ne,

Quatenus hic de affectu & oblectatione agatur

Quatenus in mouendis affectibus locus esse possit argumentationi.

prorsus addubitet. Quòd si omne id uoce mus argumentationem, quo dubia incer taq; colligimus, nõ modo opus ea esse ad affectus euocãdos crediderim, sed crebri orem etiam densioremq; esse oportere.

Viribus em̃ opus est, & rapienda mens, auferendusq; ipse sibi animus, & uelut ex tra se ponendus. Imitantur hoc in eloquẽ do autores: ut si quo minus sint ipsis plura quæ dicant, idem tñ, mutatis subinde uer bis, uelut plura ingerant. Quid aliud Vir gilius expressit, cum dicit apud eũ Dido: Per ego lachrymas, dextramq; tuam te, Per cõnubia nr̃a, p inceptos Hymenæos: Idẽ erat dextra & cõnubiũ & Hymenæi: non em̃ aliud q̃ fidem cõiugij his tribus si gnificat. Repetendo tñ alijs uerbis, tanq̃ plura inculcauit. Sed adhiberi motibus argumentationẽ facile sciet, si quis poetas oĩs generis, qui δραματικὸν aliquid, hoc est, q actum psonasq; habent, uersauerit. Tum uero præcipue poterit ostẽdere tra gœdia, apud quam ex professo oĩa ardent affectibus. Sed & historici & oratores etiã quatenus res pmisit, hac laude ingenij po etis non cesserẽ. Cicero ut oĩbus eloquen-

tiæ partibus,omnibus alijs fuit superior: ita hac parte ipse sibi comparatus uidetur supra cæteras laudes suas eminere. Ne ergo uerbis colligamus,quod apud illū exēplo demōstrare in promptu est:ab eo potius huius rei fides nobis petatur. Longū est per oēs ire affectus, cōmiserationē uideamus. Vna em̄ est oīm in cōe natura:& quod in hac oñderimus,facile liquebit in reliquis. Duo sint oportet in misericordia mouēda:acerbus alicuius casus, & eū qui pferat,indignum illo uideri. Quid ergo? non oībus cōmiserationibus Cicero, uel utraq; hæc,uel si alterū apertū putat,alterum multis argumētis psequitur? Pro Milone,Clodij primū inuidiam è tota uita illius,omnibus factis eruit. Sed omittamus hāc, atq; quæramus id quod sumpsimus. Quo magis potuit oñdere, indignū exilio Milonē,quàm quod fortissimus uir erat:atq; præsentis periculi metu,nō animū,non uultū,non oronē mutabat? Ergo subijcit iam formatā & expressam argumentationē à minori deductam. Si enim gladiatorū miseret eo magis, quo minus sunt supplices,quanto rectius fortissimus

Duo ad misericordiā mouēdam necessaria.

Explicatur artificiū epilogi pro Milone.

uir cõtumax pículoꝝ nos mouebit? Profert eñ ſe primũ affectus, utq; animus dicentis, ita etiã pacatior adhuc eſt oño. Deinde datis Miloni uerbis, liberius erũpit: Valeant (inquit) ualeãt ciues mei. Annõ Milo erga populum Romanũ hoc anío, quẽ iſta uerba præferũt, indigniſſimus tali caſu uidebitur? Iam reliq; plenis (quod aiunt) uelis: O fruſtra (inqt) ſuſcepti mei labores, ô ſpes fallaces: merita habent Milonis erga oẽs ordines. Deinde priuatim bñficium Ciceroni in reditu illius, uelut populi uolũtate datum. Poſt hæc egregia eſt oĩm ordinũ de Milone opinio. Iam animus illius oĩa ex uirtute æſtimãtis, ꝙ recte factoꝝ præmium ſint ipſa recte facta. Iam gloriæ amplitudo: De me (inquit) ſemp populus Romanus, ſemp oẽs gentes loquentur. Quid his oĩbus agitur, niſi ut oſtẽdatur, indigniſſimũ eſſe Miloñ eo caſu, quẽ intentent aduerſarij? Adeo, ut ſi quis conſicere in ſyllogiſmos iſta uelit, & diſputantiũ more colligere, nihil expeditius aut facilius fieri poſſit. Pro eo quod reliquũ erat, ut oſtẽderet grauiſſimũ eſſe hunc Milonis caſum: orator tractandorũ

animoꝝ artifex peritissimus, transfert in se hanc calamitatē: procꝫ Milonis psona, suā, hoc est, amici, qua nihil fauorabilius eē pōt, substituit: ut lachrymæ eius quere læꝫ, non iam Milonis uicem, sed suā dolē tis deflētisꝫ fortunā, iniustissime fieri ui deantur. Quid ergo potuit grauius cōtin= gere Ciceroni, q̄ eo se priuari amico, pro cuius salute suam ipse paratus sit depēde= re: cupiatꝫ mori, priusq̄ tantū mali uide at? Eo amico, cui cum sint oīa à se officia amicitiæ tributa, in irritū sint oīa præsen ti casu recisura. Eo etiā amico, cuius fortu nam ipse suā ducat: & in cuius casu, oīa in se iudicū bñficia uelit extincta: & q̄ sibi, q̄ liberis suis, q̄ fratri, oībus in uno cōserua= tis, autor fuerit salutis. quodꝫ oīm acer= bissimū est, pro cuius incolumitate, nō ui tam modo Clodij paciscí uelit, sed præto rem etiam eum cōsulemꝫ & dictatorem uidere. Respicit aūt subinde orator ab af fectu ad causam. Neꝫ eñ id agit solum, ut misericordiam moueat: sed ut per mi= sericordiam, id quod cupit, iudicium ani mis extorqueat. Hinc ergo sunt illa: Quid uos iudices? quo tandem animo eritis? *Notatium culā.*

Et, uos uos appello fortissimi uiri. Et quæ paulo post sequuntur: At in qua causa nõ potuisse? Et, à quibus nõ potuisse? Et, quo deprecante? Verum hæc ad institutũ nr̃m nihil ptinent. Neq; eñ hoc loco inuenien di rõnẽ explicamus, sed illud uoluimus oñdere, ea quibus cõcitantur affectus, oía ex eisdẽ duci locis, ex quibus ea, qbus do-

Amplificatio quid.

cemus. Est eñ amplificatio (ut inquit Cicero) uehemens quædam argumentatio, ut illa docendi causa sit, hæc cõmouendi.

Notatiuncula.

Illud non negauerim, latere plerũq; argumentationẽ in istis, & impetu uehementiaq; dicentis obrui, fieriq; similiorẽ expositioni oronẽ, q̃ argumẽtationi: & quod ad dicendi figuram ptinet, plurimũ inter ista interesse, & rhetori quidẽ multũ differre, dialectico propemodum nihil. Sed de motu hactenus. ¶ Delectare (quod ultimũ è tribus ponit) ut sit à mouendi do

Delectationem finẽ orationi esse non posse.

cendiq; officio seiunctum, finis esse nulli oroni potest. Omnis eñ oro docet. Quoniam, sicut mõ ostendimus, motus à docẽdo nullam habet, quod inuẽtionis est, differentiam. Docet autẽ quantũ in ipsa est. Neq; differere quẽquam dicas, qui nõ ali

qua de re affirmare aut negare aliquid, & & certiores nos, quantũ ipsius est oratoris, facere uelit. Ergo ut ora. probet aliqd, ex natura rerũ dispositiõeq; & ordine, quam habent inter se, cõtingit: ut delectet uero, in eius tantũ qui audit, ingenio est positũ.

Docendi itaque rõ eadem ferè est apud oẽs: quẽadmodũ res sunt, quæ & p quas docetur: delectandi non ita. Qm̃ diuersa sunt hoim ingenia: & sic se (ut inquit Cicero) res habẽt: me mea, te tua delectant. Nemo fere est, cui idem quod alteri placeat. Et pleriq; ab aliis dissident, nõ ut melius, sed aliud sequantur. Cupit em̃ quisq; suum esse, quod probat: & probat quisq; maxime, quod suũ est, hoc est, quod naturæ sensibusq; suis est accõmodatissimũ. Non ẽ ergo finis oratoris delectare: qm̃ nõ ex oratione, sed ex audientis id animo cõtingit. ¶ Quid ergo? Non multa uoluptatis auriumq; gratia dicunt? Non poema: non historia, non actio ciuilis, id maxime agunt, ut delectatione legentẽ detineant? admiratione suspendant? Illa etiam austerior, seuerioris q; supercilii philosophia, horrorẽ rerũ mollire uerbis, & benigni-

us influere in aures atq; animos concupí-
Dilutio. scit? Vera sunt ista, fiuntq; ut dicitur, & oratione quidem fiunt. Non tñ dictionis sunt finis, sed dicentis. Quemadmodũ em̃ cibi finis est explere famẽ: at conuiuator, quo gratius excipiat conuiuam, si lautius apparauit, idq; prospexit, quo pacto non satietati illius, sed gulæ satisfaceret: quanquam id cibo quoq; fiat, non tamen quatenus est cibus, sed in instrumentũ explẽdæ luxuriæ, est à domino trãslatus. Vt ergo cibi est alere, & firmare corpus: contra qui uoluptatem spectat, persæpe ingerit noxio, & magnoꝝ irritamenta morboꝝ: sic quæ aliqñ uerum dictionis ordinẽ sequenti possent uideri culpanda, dum audientis captamus uoluptatem, inter laudes numerantur dicentis. Quale est strictim & breuiter dicere, & solum pro necessitate, ea, quæ capita sunt & firmamenta reꝝ. Aut quibus prope nihil est opus, dummodo excoli or naríq; possint, latissime fundere. Quinetiã digredimur ab eo quod instituimus, ut in aliqd quod plausibiliter dici queat, deferamur: & quæ semel paucisq; dicta percipi poterãt, ea re-

petimus, trahimus, longo uerborꝫ ambitu * enunciamus. Poetæ quoq; persæpe à fide rerum, ad incredibilia delabunt. Confundunt etiam ordinem rerꝫ, ut quod prius erat, dicant posterius: quod posterius, prius. Hæc aliaq; permulta id genus, quæ rerum essent nimirum uitia, atq; proinde orationis, quia significandis ea rebus ē instituta: ingeniorum tñ sunt (quoniã placent) uirtutes. Sunt tamen & ista persæpe cõiuncta, ut quæ delectat præcipue, optime etiam doceat oratio: sed & fidei qñq; locum occupat uoluptas. Diuersa tñ sunt, & diuersas habent causas. Docere ergo, uel (si malimus) probabiliter dicere, proprium est differẽtis (quod probare uolumus) munus. Mouere, ad inueniendi rationem, oñdimus cum docẽdi officio coniunctum esse. Delectare, quoniam auditoris gratia expetitur, ad rhetorem rectius pertinebit. Nec enim habet aliquid cũ inuentiõe negocij: aut si quid habet, ad docẽdi officium ea parte redigetur. Quid igit est dialectice, & q̃ finis eius sit docere; quid etiam ab eo mouere & delectare differt, hoc pacto satis sit executos esse,

*enumeramus.

Summa capitis huius.

Eorũ quæ hoc libro dicta sunt epilogus.

¶ Sholia in caput quarrum.

DE hoc quoniam exactius initio, dicturum me sum pollicitus.) Libri præcedentis capite primo. ¶ Vt sit mouere, pacatam tranquillamq; mentem affectibus perturbare.) Cicero in partitionibus: Motus autem est, inquit, animi incitatio, aut ad uoluptatẽ, aut ad molestiã, aut ad metum, aut ad cupiditatẽ. ¶ Nã & re docemur, quoties rei alicuius experimentum sumimus, uel præeuntem aliquem præmonstrãtemq; sequimur. Sic ueteres illi Lacedæmonij, homines quosdam agrestes, qui Helotæ dicebantur, festis interim solennibusq; diebus quàm maximè ad potũ crapulamq; incitare solebant, atq; ita deinde uino ciboq; obrutos immittere in conuiuia iuuenũ, utilij, cõspecta turpitudine ebriorũ, temulẽtiã, ut rẽ maximè deformẽ, oĩbus modis fugerẽt ac caruerent. Et Ismenias ille Thebanus discipulis suis, tã eos qui male, q̃ qui benè modulabãtur, ostẽdens, dicere solebat: hoc pacto modulari oportet, illo non oportet. Quæ quidem docendi ratio, rebus magis constabat q̃ uerbis. ¶ Eruditè itaq; Plutarchus inquit poëma picturã loquentem esse.) Plutarchus in libello eo, quo disputat, bellúmne, an philosophiæ studia clariores reddiderint Athenienses, Simonidem autorem huius laudat sententiæ. Verba eius, ut quidem hodie in exemplaribus leguntur, sic habent, πλὴν ὁ σιμωνίδης τὴν μὲν ζωγραφίαν ποίησιν σιωπῶσαν προσαγορεύων, τὴν δὲ ποίησιν, ζωγραφίαν λαλοῦσαν, ἀῖδ

Motus ad rhetori.

autor Plutarchꝰ in uit. Demetrij.

Simonidis sententia.

προσηγόρευεν.

ζωγράφοι πράξεις ὡς γινομένας ἀπεικάζουσι, ταύτας οἱ λόγοι γεγενημένας ἀπαγγέλλουσι τῇ συγγραφῇ. Εἰ δὲ οἱ μὲν χρώμασι καὶ σχήμασιν, ἃ δὲ ὀνόμασι καὶ λέξεσι ταῦτα ἀπεργάζονται, ὕλη καὶ τρόπῳ μιμήσεως διαφέρουσι, τέλος δὲ ἀμφοτέροις ἐν ὑποκειμένῳ. καὶ τῷ ἰσχυρῶς κράτιστος, ὁ τὰ διὰ λόγων ὥσπερ γραφῇ πάθεσι καὶ προσώποις εἰδωλοποιήσας. Verum Simonides inquit, picturam poëma tacens, & poëma loquẽtem appellabat picturam. Quas enim res pictores, perinde ut si nunc primum gerantur, penicillo exprimũt ac demostrant: eas ipsas poëtæ orationibus ac libris suis, factas iam narrant atq; cõscribunt. Quocirca, si quod illi coloribus ac figuris, idipsum hi uerbis ac dicendo significant, planũ est materia qdẽ eos & modo imitatiõis differre, cæterum finem tamen eundẽ utriusq; esse propositum: ac proinde etiam inter historicos eũ primas tenere, qui narrationẽ perinde quasi picturam, affectibus ac personis ceu simulacris quibusdam implerit. Eiusdem rei meminit seu Cicero, seu quis alius autor est, quarto libro rhetoricorũ ad Hærennium. ¶Vt qualibuscunq; epilogorum Ciceronis uerbis.) Quantus fuerit in epilogis Cicero, ipse in oratore docet his uerbis: Quid ego de miserationibus loquar? quibus eo sum usus pluribus, quòd etiamsi plures dicebamus, perorationẽ mihi tamen oẽs relinquebant: in quo ut uiderer excellere, non ingenio, sed labore assequebar. Quæ qualiacunque in me

Poema pictura loquens.

Ciceronis epilogi.

sint, me enim ipsum non pœnitet quanta sint, sed apparent in orationibus: etsi carent libri spiritu illo, propter quem maiora eadem illa cum aguntur, cum leguntur, uideri solēt. Nec uero miseratione sola mens iudicum permouenda est, qua nos ita dolenter uti solemus, ut puerum infantem perorantes in manibus tenuerim⁹: ut alia in causa, excitato reo nobili, sublato etiam filio paruo, plangore & lamentatione compleuerimus forum: sed etiam faciendū est, ut irascatur iudex, mitigetur, inuideat, faueat, contemnat, admiretur, oderit, diligat, cupiat, satietate afficiatur, speret, metuat, lætetur, doleat, etc. ¶ Quid aliud Virgilius expressit, cum dicit apud eū Dido.) Quarto Aeneidos. ¶ Si quis poetas omnis generis, quid δραματικὸν aliquid. &c.) Tria sunt genera poematum, δραματικόν, διηγηματικόν, μικτόν, id est, actiuum, enarratiuum, mixtum. Actiuum est, in quo personæ loquuntur solæ citra omnem poetæ ipsius interlocutionem. Enarratiuum, quo semotis personis, solus poeta loquitur. Mixtū, in quo & poetæ & personæ introductæ loquūtur. Sic ferè Diomedes. ¶ Profert enim se primum affectus.) Profert se, inquit, hoc est, exerit se, & paulatim nascitur. Porro totus hic locus, ut prima fronte nonnihil uidetur obscurior: ita lucidissimus erit, si huc adhibeatur ipse Ciceroīs pro Milone epilogus, qui tametsi fusior est, ac proinde uni forsan aut alteri, hoc utique loco, futurus ingratior: mihi tamen ad uerbum eum huc uisum fuit asscribere, non solum, quòd hic locus Rodolphi sine

Tria poematum genera.

Actiuum.
Enarratiuum.
Mixtum.

eo intelligi non posit: uerum etiam, quòd nihil mihi ad mouendam misericordiam uehementius, ne cogitari quidem, nedum in literas mitti posse, uideatur.

Is ergo ad uerbum sic habet:

Sed iam satis multa de causa, extra causam etiam nimis fortasse multa. Quid restat? nisi ut orem, obtesterq; uos iudices: ut ✠ etiam misericordiam tribuatis fortissimo uiro quam ipse non implorat: ego autem repugnante hoc, imploro & exposco. Nolite, si in uestro omnium fletu nullam lachrymam aspexistis Milonis, si uultum semper eundem, si uocem, si orationem stabilem, ac non mutatam uidetis, hoc minus ei parcere. Atque haud scio, an multò etiam sit adiuuandus magis. Etenim si in gladiatorijs pugnis, & infimi generis hominum conditione atq; fortuna, timidos & supplices, & ut uiuere liceat obsecrantes, etiam odisse solemus, fortes & animosos, & se acriter ipsi morti offerentes seruare cupimus, eorumq; nos magis miseret, qui nostram misericordiam non requirunt, quàm qui illam efflagitant: quanto hoc magis in fortissimis ciuibus facere debemus? Me quidē iudic. exanimant & interimunt hæ uoces Milonis, quas audio assidue, & quibus adsum quotidie. Valeat, inquit, ualeant ciues mei, sint incolumes, sint florentes, sint beati, stet hæc urbs præclara, mihiq; patria charissima, quoquo modo merita de me erit, trā quilla Rep. ciues mei (quoniam mihi cum illis non licet) sine me ipsi, sed per me tamen, perfruantur: ego uedā atq; abibo: si mihi Rep. bona frui non licuerit,

Epilogus orationis pro Milōe ✠ cam.

at carebo mala: & quamprimum tetigero bene mõratam & liberam ciuitatem, in ea conquiescã. O frustra, inquit, suscepti mei labores: O spes fallaces: O cõgitatiões inanes meæ. Ego cũ Tribunus plebis rep. oppressa me senatui dedissem, quem extinctum acceperam: equitibus romanis, quorum uires erant debiles: bonis uiris, qui omnem autoritatem Clodianis armis abiecerant: mihi unquam bonorum præsidiũ defuturum putarem? Ego cum te (mecum enim sæpissime loquitur) patriæ reddidissem, mihi non futurũ in patria putarem locum? Vbi nunc senatus est, quẽ secuti sumus? ubi equites romani, illi, illi, inquit, tui? ubi studia municipiorum? ubi Italiæ uoces? ubi denique tua M. Tulli, quæ plurimis fuit auxilio, uox & defensio? mihi ne ea soli, qui pro te toties morti me obtuli, nihil potest opitulari? Nec uerò hæc lud. ut ego nũc flens, sed hoc eodẽ loqtur uultu, quo uidetis. Negat enim se, negat ĩgratis ciuibus feciſſe q̃ feciſſet: timidis & omnia circunſpicientibus pericula, non negat. Plebem, & infimam multitudinẽ, quæ P. Clodio duce fortunis uestris immineba: eã quo tutior esset uita uestra, se feciſſe commemorat, ut non modò uirtute flecteret, sed etiam tribus suis patrimoniis deliniret. Nec timet, cum plebẽ muneribus placarit, uos non conciliarit meritis in remp. singularibus. Senatus erga se beneuolẽtiam temporibus his ipsis sæpe esse perspectam: uestras uerò, & uestrorum ordinũ occursationes, studia, sermones, quẽcũq; casum fortuna dederit, secum ablaturum esse dicit. Meminit etiã

am, sibi uocem præcõis modo defuisse: quam minimè desiderat: populi uerò cunctis suffragijs, quod unum cupierit, se consulem declaratum. nunc denique si hæc contra se sint futura: sibi facinoris suspicionem, non facti crimen obstare. Addit hæc, quæ certè uera sunt: fortes & sapientes uiros nõ tam præmia sequi solere rectè factorum, quàm ipsa rectè facta: se nihil in uita, nisi præclarissimè fecisse. Siquidẽ nihil sit præstabilius uiro, quàm periculis patriam liberare: beatos esse, qbus ea res honori fuerit à suis ciuibus: nec tamen eos miseros, qui beneficio ciues suos uicerint. Sed tamen ex omnibus præmijs uirtutis, si esset habẽda ratio præmiorum, amplissimum esse præmium gloriam: esse hanc unam, quæ breuitatem uitæ posteritatis memoria cõsolaretur, quæ efficeret, ut absentes adessemus, mortui uiueremus: hanc deniq; esse, cuius gradibus etiam homines in cælum uideantur ascendere. De me, inqt, semper populus romanus, semper omnes gentes loquentur, nulla unquã obmutescet uetustas. Quin hoc tempore ipso, cum omnes à suis inimicis faces inuidiæ meæ subijciantur, tamen omni in hominũ cœtu gratijs agendis & gratulationibus habendis, & omni sermone celebratur. Omitto Heturiæ festos & actos & institutos dies. Centesima lax est hæc ab interitu P. Clodij, & opinor altera: qua fines imperij populi Romani non solum fama iã de illo, sed etiam lætitia peragrauit. Quãobrem ubi corpus hoc sit, non, inquit, laboro: quoniam omnibus in terris & iam uersatur, & semper habitabit no-

minis mei gloria. Hæc tu mecũ sæpe his absentibus, sed hisdem audientibus, hæc ego tecum Milo. Te quidem quòd isto animo es, satis laudare non possum: sed quo est illa magis diuina uirtus, eo maiore à te dolore diuellor. Nec uerò si mihi eriperis, reliqua ẽ illa tamen ad consolandum querela, ut his irasci possim, à quibus tantum uulnus accepero. Non enim inimici mei te mihi eripient, sed amicißimi, non male aliquando de me meriti, sed optimè. Nullum unq̃ iudices mihi tantum dolorem inuretis, etsi quis potest esse tantus? sed ne hunc quidem ipsum, ut obliuiscar, quãti me semper feceritis. Quæ si uos cepit obliuio, aut si in me aliquid offendistis, cur non id meo capite potius luitur, q̃ Milonis? Præclarè enim uixero, si qd mihi acciderit prius, quàm hoc tãtum mali uidero. Nunc me una consolatio sustentat, quod tibi ô T. Anni nullum à me amoris, nullum studij, nullum pietatis officium defuit. Ego inimicitias potentium pro te appetiui: ego meũ sæpe corpus & uitã obieci armis inimicorum tuorum, ego me plurimis pro te supplicem abieci, bona, fortunas meas ac liberorum meorum, in communionem tuorum temporum contuli, hoc denique ipso die si qua uis est parata, si qua dimicatio capitis futura, depoſco. Quid iam restat? qd habeo? quid dicam? quid faciam pro tuis in me meritis: nisi ut eam fortunam, quæcunque erit tua, ducam meam? Non recuso, non abnuo, uos q̃; obsecro iudices, ut uestra beneficia, quæ in me contuliſtis, aut in huius salute augeatis, aut in eiusdem exitio occa-

Pro Milonis persona suã substituit.

sura esse iubeatis. His lachrymis non mouetur Milo, est quodam incredibili robore animi septus, exilium ibi esse putat, ubi uirtuti non sit locus: mortem naturæ finem esse, non pœnam. Sit hic ea mente, quæ natus est. Quid uos iudices? quo tandem animo eritis? memoriam Milonis retinebitis? ipsum eijcietis? & erit dignior locus in terris ullus, qui hanc uirtutem excipiat, quàm hic, qui procreauit? Vos, uos appello fortißimi uiri, qui multum pro rep. sanguinem effudistis, uos in uiri & in ciuis inuicti appello periculo Centuriones, uosq; milites, uobis non modò inspectantibus, sed etiam armatis, & huic iudicio præsidentibus, hæc tanta uirtus ex hac urbe expelleturr exterminabitur? eijcietur? O me miserum. O me infelicem, reuocare tu me in patriam Milo potuisti per hos, ego te in patria per eosdem retinere non potero? Quid respondebo liberis meis, qui te parẽtem alterum putant? quid tibi Q. frater, qui nunc abes, cõsorti mecum temporum illorum? me non potuisse Milonis salutem tueri per eosdem, per quos nostram illeseruasset? an in qua causa nõ potuisse? quæ est gratagentibus, à quibus non potuisse? ab his qui maximè P. Clodij morte acquierunt, quo deprecãte? me. Quod nã concepi tantũ scelus? aut quod in me tantũ facinus admisi iudices, cum illa indicia cõis exitij in dagaui, patefeci, protuli, extinxi? Omnes in me meosq; redundant ex illo fonte dolores, quid me reducem esse uoluistis? an ut inspectante me expellerẽtur hi, per quos essem restitutus? Nolite, obsecro uos,

pati, mihi acerbiorem reditum esse, quàm fuerit ille ipse discessus. Nam qui possum putare me restitutum esse, si distrahor ab ijs, per quos restitutus sum? Vtinam dij immortales fecissent (pace tua patria dixerim: metuo enim ne scelerate dicam in te, quod pro Milone dicam pie) ut P. Clodius non modò uiueret, sed etiã Prætor, Consul, Dictator esset: antequã hoc spectaculum uiderem. O dij immortales, fortem & à uobis tud. conseruandum uirum. Minimè, minimè, inquit: imò uerò pœnas ille debitas luerit: nos subeamus, si ita necesse est, non debitas. Hiccine uir patriæ natus, usquã misi in patria morietur? aut si fortè pro patria, huius uos animi monumenta retinebitis: corporis in Italia nullum sepulchrum esse patiemini? huic sua quisquam sententia ex hac urbe expellet, quem omnes urbes expulsum à uobis, ad se uocabũt? O terram illam beatam, quæ hunc uirũ exceperit: hanc ingratam, si ejecerit: miseram, si amiserit. Sed finis sit: neq; enim præ lachrymis loqui possum, & hic se lachrymis defendi uetat. Vos oro obtestorq; iudices, ut in sententijs ferendis, quod sentietis, id audeatis. Vestram uirtutem, iustitiam, fidem (mihi credite) is maximè probabit, qui in iudicibus legendis, optimũ & sapientissimum quenq; legit. ¶Est enim amplificatio, ut inquit Cicero.) in partitionibus. ¶Et sic se, ut inquit Cicero, res habet: me mea, te tua delectant.) Cicero quinta Tusculana de Dionysio tyranno loquens: Musicorum uerò, inquit, perstudiosum accepimus: poëtam etiam tragicũ, quàm bonum, nihil ad

Me mea, te tua delectant.

nem. In hoc enim genere, nescio quo pacto magis quã in alijs, suum cuiq; pulchrum est. Adhuc neminem co que pulgnoui poetam, & mihi fuit cum Aquinio amicitia, qui sibi non optimus uideretur. Sic se res habet, te tua, me delectant mea. Non ita dissimile his est, quod idem Cicero habet decimoquarto libro epistolarum ad Atticum: Accipe a me, inquit, καθολικὸν θεώρημα rerum earũ, in quibus sumus exercitati satis. Nemo unquam, neque poeta, neque orator fuit, qui quenquam meliorem se arbitraretur. Hoc etiam malis contingit: quid tu Bruto putas ingenioso & eruditos de quo iam experti sumus. Nuper in edicto scripseram rogatu tuo. Meum mihi placebat, illi suum. Quin etiam cum ipsius precibus penè adductus, scripsissem ad eum de optimo genere dicendi: non modo mihi, sed etiã tibi scripsit, sibi illud quod mihi placeret, non probari. Quare sine quæso quenque sibi scribere: suam cuique sponsam, mihi meam: suum cui que amorem, mihi meum. Non scire. Hoc enim Attilius poeta durissimus: Hæc Cicero. Quem in modũ & Plautus: Suus, inquit, rex reginæ placet: sua cuique sponsa sponso. Suum cuique pulchrum. In Stico.

DE MATERIA DIALECTICAE.

¶Materiam dialectices esse quæstionem.

Caput V.

HInc igitur ea, de qbus hoc libro dicturos nos prædiximus, exeq̃mur, eo quo proposuimus, ordine. Tria erant

quibus differendi facultatẽ constare uolu
imus: materia, instrumentũ, & tractatus.
Materia ordine est prima: primũ ergo il
la nobis explicetur. Ne quẽ fallat aũt no
minis huius ambiguitas, illud admonitũ
uelim, materiam artiũ qñq; dici id quod
artibus docetur, & circa quod uersat cu
ra cõsideratioq; illaꝝ, quod & subiectum
uocari priore libro diximus: sic materiã
dialectices possumus dicere argumenta
tionẽ, ut pleriq;: uel ut nos, dictionẽ pro
babilem: quanq; paꝝ hæc ipsa diuertant.
Dicimus etiam materiã artiũ id, in quod
opus suum explicant: quemadmodũ sta
tuarij materiam dicimus æs, marmor, gi
psum, ceram, oñe id deniq; ex quo simu
lacrũ aliquod aut imaginẽ effingere po
test: & figuli materiam, lutum: & fabri, li
gna. Lignis aũt propriũ est materiæ no
men. Ab his enim ad reliqua similitudine
traductum est: nosq; in hanc significatio
nem in præsentia de materia dialectices
quærimus. ¶ Istam quæ sit, uidemur
commodissime ex opere dialectices pos
se perspicere. Si enim est opus illius,
quod prædiximus, probabiliẽ dicere: qd
quid id est, in quod hoc opus suum exere

Materiã artium di ci bifariã

re & experiri possit, id uidebit utiq; materia illius esse. Probabiliter aũt dicere de omni eo, quod in oronem deducitur, posumus: aut re uera probabiliter, aut quatenus res ipsa de qua dicimus pmittit: qđ cuiusmodi sit, prædiximus. Omne igitur id, de quo ordine aptęq; ad fidem dici potest, id erit dialectices materia. Qđ si uno nomine cõplecti uolemus, haud erit difficile. De quocunq; eñ fidem conamur facere, id necesse est accipi tanq̃ dubium incertumq; sit. Nemo eñ rem aptam, quatenus est aperta, sumit docendam: sed ut contendi de ea & ambigi possit. Quicquid aũt tanq̃ dubitatum in medium profertur, id uocant quæstionẽ. Erit ergo quæstio materia dialectices. Nec inuenio, quã illi certiorem aliam aut arctioribus circũ scriptam terminis, assignem. *Dialectices materiam ẽ quæstionem.*

¶Scio tamen esse, quibus aliter uidetur, quorum non est dissimulanda nobis sententia. Hi putant, si tam late tendamus materiam dialectices, ut de quocunq; probabiliter possit dici, id subiiciamus curæ ipsius: oẽs ferè artes aut supuacuas futuras, aut intra dialectices ius possessionẽq; uenturas. Oẽs eñ propemodũ ꝓbabiliter de *Obiectio cõtra prædicta.*

eo, quod docendũ ſumpſerunt, diſſerunt. Nam eorũ, quæ neceſſaria & indubitata eſſe, poſſint à nobis comprehendi, nõ ita magna ẽ copia: & ſi academiæ credimus, prorſus nulla. Id quod nemo negat, quæ ad uitam moresq; ptinẽt: quæ item ad rerum naturæ notitiam, nihil eſt quod nõ ſit controuerſum, & magnis ingenijs oẽs in partes iactatum. De his ergo oĩbus pbabilia utcunq; diſſerũtur: qm̃ neceſſaria non poſſunt. Si ne probabilia quidẽ poſſent, nemo uel diſſereret ea, uel doceret.

Quod ſi ꝓbabile dicimus, non mõ quod ambigue & in utranq; partẽ dici põt: ſed ut, quo certius quicq; eſt, eo probabilius ſit: & quod indubitatũ ſit, id maxime uideatur probabile: oẽs artes quæcunq; demũ ſunt, ex probabilibus cõſtabunt. Quũ ſingulæ ergo de his rebus quas profitentur, probabiliter dicant, quid iam loci dialecticæ de oĩbus rebus dicendi relictum erit? Aut quid opus eſt, per oẽs ire nos diripiq; artes, ſi quod cunctæ pollicent, poterit dialectice ſola præſtare? ¶ Ariſtoteles itaq; dialecticen tribus his utilem putauit: exercitationi diſſerendi, cõfutando

Ariſtoteles ad tria utile meſſe putauit dialecticen.

aduersario, & probandis primis artium principijs eis, quæ oportet quálibet artẽ uelut explorata certaq; habere. Quia eñ prima sunt, artes ipsæ nequeunt ea probare, uelut præcedentia illas, & credenda discenti. Ab hac itaq; uelut publica quadam oñm ministra, petendam eis fidẽ est arbitratus. In reliquo scientiaꝝ progressu, nihil loci reliqt dialecticæ. Duos tñ libros, qui posterioꝝ resolutorioꝝ inscribũtur, edidit, quibus ea cõplexus est, quæ ad rõnẽ tradẽdaꝝ artiũ ptinent. Ergo quod attinet ad institutum nr̃m, nõ quæstionem dialectico uult propositã esse, sed id, quod πρόβλημα Græci dicunt, quod nos uel scitationẽ uel percontationẽ dicere possumus: plericq; Græco maluerũt uti. Percontationẽ uult esse id, de quo pariter, est ne, an non est, quæritur. Vt, est mundus æternus, an non? est ne sol maior tota terra, an non? Id aũt quod solum in unam partem effertur: ut ecquid est ĩmortalis anima? ecquid uirtus est summũ bonum? id πρότασιν, hoc propositionẽ uocauit: & propositionẽ quidem non oẽm dialecticam esse, sed eam solum, quæ neq; fidei prorsus, ne

Sententia Aristotelis nõ quæstionẽ, sed problema dialecticæ esse materiam.

q̄ dubitationis sit expers: neq̄ em̄ quenq̄ ꝓponere, sit' ne nix nigra: aut, sit 'ne hō animal: nihil aūt inter pcontationē & ꝓpositionē intereſſe, niſi efferendi diuerſitatē. Quibus colligere paratū eſt, Ariſtotelem uoluiſſe, ea ſola ptinere ad dialecticum, de q̄bus ambas in partes diſſeri poſſet, & ea poſſet uia, qua non eſſent certis artiū finibus cōprehenſa. ¶ Dicamus ergo, quo pacto reliquæ artes, & quo dialectice de rebus diſſerit: & qd interſit, diſtinguamus.

De quibus ſecundum Ariſtotelē diſſerendū ſit dialectico.

Dilutio obiectiōis prædictæ, explicans quomō ad dialecticū ſpectet probabiliter de omnib⁹ dicere, & quō ad ſcientias alias.

Primū conſtat, artes oēs paulatim & p incrementa reptas eſſe: neq̄ quiſq̄ ideo, artē aliquā reperit & abſoluit. Prima aūt initia à ſenſuū obſeruatiōe profecta ſunt: ut cum uiderent homines, aliquid iterū ter tio' ue & ſæpius itidem fieri, experimento ſumpto, auſi ſunt tādē affirmare, prorſus ſic ſe rem in oībus habere. Vt cui primū curæ fuit ſcrutari rerū naturam, cum uideret plantas animaliaq̄ non, niſi è ſemine procreari: deinde ducto p radices humore, aut cibo p os hauſto, augeſcere: laterē niſi luto nō excoqui, cinerē non fieri, niſi ex aliquo quod ureretur: ſicq̄ reliqua, quæcūq̄ gignerent, prius aliquid ex

quo fierent habere: tanq̃ firmũ explora-
tumq; demũ constituit, nihil ex nihilo gi
gni. Simili uia collegit,etiam oĩa quæ
cunq; fiunt,efficientis alicuius ui fieri. De
inde cum p singulas res duceret animus
eius, uelletq; etiam naturas ꝓprietatemq;
uniuscuiusq; pquirere,ad cõia illa rediẽs,
quæ iam ueluti leges fixerat, cõferensq; il
la cum singulis, ratiocinando, reputãdo,
colligendo(id est, quod argumentari di-
cimus) fidẽ de unaquaq; sumpsit, & am-
biguitates explicuit. Illa ergo, & quæ se-
cut' est uelut firmamẽta inquisitiõis suæ,
& quæ ex illis collegit, propria sunt insti-
tuti artisq; suæ:uia aũt & ratio colligendi
parandæq; fidei, ad dialecticum spectat.
In cõmune eĩm dialectice oñdit ea,quibus
inspectis &animo ptractatis,promptum
sit inuenire fidem de eo quod quærimus.
Vt uerbi causa,dialectice dicit,ĩspiciendã
in argumẽto iueniẽdo esse substantiã rei,
& causas,& euẽta,&quæ reliq̃ in locis de
scripsimus:q̃tenusq; facit is q differit,mu
nere illius utit'. Quæ sit aũt definitio rei p
positæ,quæ causæ, quæ euẽta: ea oportet
ex ꝓpriis artibus rei cuiusq; depromat.

Longè aliter dialectici tẽporis nostri.

Rursus uero, in uniuersum quid definitio, & quo pacto definiendũ, quid ité genus, quid species, quid causæ, quid euẽta, & reliqua id genus, non est dialectices explicare: sed eius scientiæ, quæ prima rerũ principia tractat, quam metaphysicen dicunt: à qua dialectice mutuatur ista, quia ad inueniẽdi rõnem sunt accommodata. Vtq; dicat, quid sint ista, aliena tñ id facit fide: ratio rei, iudiciumq; penes illam ẽ.

Verum id hodie asserunt penè omnes.

Non uidentur itaq; satis exacte satisq; pspecte dialectices descripsisse officium, q dixerunt id esse: definire, diuidere, uerũ a falso discernere. Priora enim illa (ut dicimus) metaphysices sunt opus: hoc posterius, oĩm est artium cõe. Dialectice differendi probabiliter rõnem tradit, hoc est, instrumentũ tm ueri falsiq; discernẽdi: cuius usu ministerioq;, expeditius cuncti artifices, quid ueri aut falsi sit in rebus sibi ppositis, explorẽt. Quòd si tamẽ uolumus istud accipere ita, ut sit discernendo uero & falso destinata: nõ abnuerim id quidẽ, non ut ipsa discernat, hoc est, iudicet (hoc ẽm singulaꝛ est artium) sed ut instrumẽtũ præbeat, sine quo, nullo pacto ista dis-

cerni possint. ¶Quid ergo? dicit aliquis, Nonne & ante inuentã dialecticen fuerũt artes, & disputatũ est, & inuentũ est uerũ: & nunc quoq; quotusquisq; eorũ q disputant, dialecticen tenet? ¶Non est quod negem hæc ita eẽ. Illi tñ, quod dialectice docet, & faciũt & fecerũt: multo cõmodius, si hanc didicissent, fortasse facturi. Quẽad modũ & ante traditã rhetoricen diserti uiri fuerunt: & priusq; lris comprehensa est musice, cecinerũt hoies: nec Hippocrates, ut primus in artis imaginẽ medicinã coegit, sic & primus cognouit morbum, profutura meditatus est, ægrum leuauit. Facta sunt hæc anteq; artes fierent, & ob id ipsum, q crebro sunt facta, longa recte secusq; factorũ annotatione, artes esse cœpẽre. Prouenere deinde præclara ingenia, quæ dispersa colligerent, cõfusa dispone rent, explerẽt impfecta, rudia ppolirent, & oĩa cõplecterentur: non modo quæ facta essent, sed quæ fieri etiam possent. Sic quod casus ante fuerat, cœpit deinde ratio esse. Et secutũ est, ut, nõ quia factum iã esset, aliqd debere fieri: sed quia deberet fieri, crederent esse faciendũ. Qui priores

Obiectio altera.

Responsio ad eam obiectionem

ergo fuerũt artibus, similia his ipsis quæ nunc præcipiunt, si qñ recte fecerũt, secuti sunt. Sicut hodie plerique faciunt quod artis est, sed nõ ex arte (quippe quã nullã habẽt) sed uel longa obseruatione, uel ingenij quodã præstanti uigore. Quanto rectius tñ, quanto melius expedirent illa, si certa artiũ ratione ducerent? Duratura enim seculis ingenia, & quibus non præsentes solũ plaudant, sed quæ oĩs posteritas miretur, ea tũ demũ fiunt, quoties cũ optima natura ars pfecta cõiungitur. Sic quod dialectices est, inuenerũt argumenta hoĩes, & errorẽ male inuentor̃ aliqñ deprehenderũt: antea q̃ essent oĩa præcepta illius, in artis formã collecta. Aristoteles tñ, quiq; post eũ alij instructi ea fuere, facile libris suis oñdunt, q̃ magnus sit usus eius, & q̃ tractandis oĩbus rebus accõmodatus: utq; sine ea, non solũ singula de qbus in artiũ decursu dubitaretur, explicari nequirent: sed ne artes quidẽ colligi possent, & in hanc quã acceperũt redigi formã. Hæc est illa scĩa, quã apud Ciceronẽ Crassus necessariã formãdis artibus putat: quamq; cupit esse in iurisc̃sul

Epiphonema in laudem dialectices.

tis, quo nõ essent apud eos oĩa actorũ simi lia. Quæsitũ est à Titio, & Labeo ait, etiam Celsus rñdit, & apud Trebatiũ scríptũ ẽ. Ex eadẽ nota sunt definitiões illæ: Ius est scía æqui & iniq. Et, Iustitia ẽ cõstans & ꝑ petua uolũtas. Et diuisiões itidẽ: Iuris, ali ud publicũ, aliud priuatũ. Et priuatũ, ĩ na turale, & gẽtiũ, & ciuile diuidit: q̃si ius pu blicũ, neq; naturale eẽt, neq; gẽtiũ, neq; ci uile. Sed illis sp̃ satis placuerunt sua, & iu stior alioqn ẽ eis uenia. Qm̃ ut doctissim⁹ qsq; fuit, ita maxis sp̃ occupatiõib⁹ distẽt⁹ est, ne uel ociũ ppoliẽdis iuẽtis suis hret.

Definitiones aliquot ac diuisiones, citra artificium dialecticum confectæ.

Sed ut ad Aristotelẽ aliqñ ueniã, q artiũ finib⁹ exclusit dialecticen: aptãq; uel solũ, uel maxĩe certamĩb⁹ disputationũ credi dit: paucis dicã qđ sentio, qđ sentio inq̃, nã ille ueriora forsitã, ego tñ qđ sentio. Eqdẽ artiũ decreta, & disputationũ cõtentiões, nõ iueniẽdi, nõ iudicãdi rõne discreta pu to. Ex eisdẽ em̃locis hauriũt utraq; hæc ar gumẽta, eadẽ expẽdendo⁹ argumento⁹ utrisq; ẽ uia. Cupit æque q docet, q̃q; cer tat, ꝓbare qđ sũpsit: sed ille reuera cupit. Bona eĩ fide agit, & cũ eo q̃docẽdũ se ꝓbet habet negociũ, Certator ꝓbat qdẽ, si ꝓt:

Cõtra sententiã Aristotelis superius expositam.

sin minus, satis habet, si modo uideat pro basse. Victoriam em̃ spectat, quam si põt, uiribus auferri malit: quod si res negabit, artibus pugnabit, & insidias struet. Dolus em̃ an uirtus (ut inquit poeta) quis in hoste requirat? Ergo si ex uulgaribus, & longius petitis, nec satis cõstanter probabilibus, & sæpe etiã in spẽm tm̃ ꝓbabilibus, disputator ꝓbationes petet: id nõ ideo fieri credo, quia id lex disputandi postulet. Nec em̃ quenq̃ tã segnis conatus puto, ut cũ posset certis exploratisq; sententiã suã tueri, ad infirmiora potius delaberetur. Sed qm̃ talia ad disputandũ sumunt plerunq;, quæ nequeũt aliter obtineri, & de quibus nihil põt satis probabiliter ad ueritatẽ dici: rex hæc est conditio, non disputandi rõ diuersa. Opus itaq; habet undecũq; datur præsidium petere: & ubi in re pax auxiliũ est, offundere tenebras aduersario: & huius ignoratione ꝓbationis loco abuti. Non magis aũt sunt dialectici ista, q̃ medici, q sanandũ pedũ dolore laborantẽ suscepit: ubi uetus iam morbus, & q radices altius q̃ ut euelli possit egit, nulla rõne leuior fit; satis putat stuporem

ægris mẽbris inducere. Vtq; huic p sani tate est, nõ sentiri dolorem: sic certatori, pro pbatione est, nõ intelligi fraudem. Si quis igit cũ eo aduersario contulit pedẽ, q sit captionũ oĩm peritus, & cõtra quem nihil pficiant astus: redeundũ est nimirũ ad rem ipsam, quæ si artibus cõprehensa sit, ex his ipsis utique quæ artibus de ipsa tradunt, argumẽta ducemus. Da Aristotelem & Aristippũ, de summo bono cõtendentes: da Chrysippũ & Carneadẽ, de cõprehẽsionibus, id est, possit ne aliquid sciri: da reliquos in oĩ genere philosophos, de decretis suis ambigẽtes: an nõ hinc firmamentũ roburq; disputationũ suarũ pment, quæ editis eisdẽ de rebus (quisq; p captu suo) artibus forent inclusuri? Vt si nẽ ergo faciam, si, quẽadmodũ prius ostẽdere conati sumus, dialectices officiũ est, pbabiliter dicere: ut de quoq; certissima & pcepta maxime dicent, licet ex mediis deducta sint artibus: ita maxie ex dialectices istituto iureq; fiet. Proximo loco erũt, quæ ad hæc arctissime accedent. Subdola uero & captiosa, nõ magis ex dialectices sunt rõne, q mõstra morbiq; ex cõstituti-

Epilogus capitis p enumerationem.

one naturæ. Materiã igit̃ dialectices scl amus om̃e id esse, de quo ꝓbabiliter ẽ disserere, hoc est, quod ꝓpoſuimus, quæſtioꝝ oīs, quæcũq; demũ ea ſit: dũ tñ memineri mus, res, & de qbus & p quas diſſerimus, ex ſingulis cuiuſq; artibus ſumi: diſſerẽdi aũt ordinẽ rõnemq;, ad dialecticen ptinere. Sed quæ ſit materia dialectices, & qd alīs afferat artibus, quidq; ab eis accipiat, iſtis ſit ſatis, & nimiũ etiam fortaſſe. Sed ignoſcere æquũ eſt paulo pluribꝰ uerbis. Variè tractantur hæc, nec apud oēs cõuenit, ſuntq; fundamẽta & uelut ſcopuli artis, ad quæ reliq; dirigunt̃: reddẽda idcirco de eis paulo exactius fuit rõ: nec em̃ ubi ſumma labat, pñt inter ſe ptes conſiſtere.

¶Scholia in caput quintum.

QVod & ſubiectũ uocari priore libro dixim⁹.) Hoc dictum eſt libri primi capite decimotertio. ¶Ligni's autem proprium eſt materiæ nomen.) Id ex græca uoce diiucidius apparet. Quã enim nos materiam, illi ὕλην uocant: unde nos ſyluã deducimus. Etiamſi me nõ latet, eam materiã de qua hic agimus, apud illos ὑπόθεσιν magis q̃ ὕλην dici. ¶Quod cuiuſmodi ſit prædiximus.) Libri huius capite ſecundo. ¶Scio tamen eſſe quibus aliter uidetur.) Hæc ob-

iectio nihilo plus uirium habet aduersus ea, quæ hoc capite docet Rodolphus, quàm quæ de materia rhetorices primo libro de oratore disputat Crassus. Habet autem in summa hunc intellectum: Si dialectice sola probabiliter disputare de oĩbus docet, quorsum igitur cæteris nobis opus est artibus? Quorsum attinet, illas tanto cum labore perdiscere, si hac una instructi, credibilẽ de re qualibet texere possumus orationem? Dilutio: Quanquam dialectice uiam ac rationem tradit de omnibus disserendi, nõ tamen hinc colligitur illud, cæteras artes omnes inutiles esse ac superuacuas. Quando fieri potest, ut res eædem, diuersa ratione spectatæ, diuersis etiam artibus subijciantur. Iam dialectice in commune tantum uiam ac rationem parandæ de re quaque fidei tradit: itaque in uniuersum de rebus omnibus agit, ut nulli interim specialiter præcepta sua accommodet. Reliquæ artes, generalem hanc disserendi rationem à dialecti ca mutuantes, suis eam singulatim materijs applicãt. Verbi causa: Præcipit dialecticus, probationes rei cuiusque esse petendas à finitione, genere, speciebus, proprio, toto, partibus, causis, euentis &c. quæ autem rei cuiusque definitio sit, quod genus, quæ species, totum, partes, causæ, euenta: id dialecticus speciatim non docet, sed aliunde petendum est. Vt si quæras, sit ne anima mortalis an immortalis: hic rem ipsam peculiariter ad naturalem pertinere philosophum nemo ignorat. Siquidem is naturas rerum scrutatur, is quæ interire res possint, quæue non possint,

Quaratione dialectice disputare docet de reb⁹ omnibus.

perueſtigat ac docet, & quæcunq; de ortu & occaſu rerum dicuntur, ea omnia ſuæ ditioni eſſe ſubiecta confirmat. Quorſum igitur eiuſmodi in rebus, opus eſt dialectica? aut quis eius hic uſus? Hic nimirũ, ut qua uia, quo modo, ipſi etiam phyſico hac de re diſſerendum ſit, uideamus. Docet ergo, principio intuendum eſſe, quid ſit anima, quod eius genus, quæ formæ, quæ officia, quæ cauſæ, quæ euenta, quæ ei accidant, quæ cohæreant, quæ pugnent. Deinde, hæc eadem quærenda eſſe de morte, eaq; cum prioribus illis ſic conferenda, ut quæ quibus conſentanea ſunt, quæ diſſentanea, deprehendamus: atq; ita demum ex habitudine iſtorum, de themate propoſito in hãc aut illam partem feramus ſententiam. Hæc, inquam, dialectice in commune monet diſpicienda eſſe, traditq; normas ac regulas quaſdam, quibus ceu filo quodã in hiſce componendis ſecernẽdisue ita dirigatur humana ratio, ne qua aberrare poßit, néue pro conſentaneis accipiat diſſidentia: aut cõtrà, ea quibus probẽ inter ſe conuenit, credat diſſentanea ac pugnãtia eſſe. Verum enimuerò quænã ea definitio animæ aut mortis ſit, quod genus, quæ cauſæ etc. in eius reiperueſtigationem, etſi generales aliquot præceptiones tradit dialectica: tamen ſpeciatim ex ea peti iſta non debent, ſed à naturali philoſopho. Ita fit, ut ſpecialis qdẽ de rebº oĩbus tractatio pertineat ad reliquas artes: quatenus uerò uniuerſæ ſub unam cõem quandã de eis diſſerendi rationem cadunt, hactenus ſubiectæ dialectico ſint. ¶ Ariſtoteles itaq; dialecticen tribus

Ariſtoteles ad quæ

bis utilē putauit.)Habet quidē Aristoteles,dialecticā utilem eē utilem esse ad tria. Verum his tribus quartum subiū- existimagit,quod tamen,autore Alexandro Aphrodisieo, ue uerit dialut particula quædam tertij illius uideri potest. Iam lecticen. Rodolphus,omisso tertio, quartum in locū eius subiecit. Quæ res ei in causa fuit,cur diceret,dialecticē iuxta sententiam Aristotelis,ad principia modò scientiarū cōducere,à reliquo artiū progressu excludi. Quā illius sententiā nō fuisse, facilè docebūt nos uerba ipsius,quæ I.topicorū lib.habēt ad hunc modum: ἐπόμενον δ' ἂν εἴη τοῖς εἰρημένοις, ἐπεῖν, πρὸς πόσα τε καὶ τίνα χρήσιμος ἡ πραγματεία. Εστι δὴ πρὸς τρία, πρὸς γυμνασίαν, πρὸς τὰς ἐντεύξεις, πρὸς τὰς κατὰ φιλοσοφίαν ἐπιστήμας. Οτι μὲν οὖν πρὸς γυμνασίαν χρήσιμος, ἐξ ἀυτῆς καταφανὲς ἔστι. μέθοδον γὰρ ἔχοντες, ῥᾴδιον περὶ τὸ προτεθέντος ἐπιχειρεῖν λυκησόμεθα. Πρὸς δὲ τὰς ἐντεύξεις, διότι τὰς ἀπὸ πολλῶν κατειλεγμένους δόξας, οὐκ ἐκ τῶν ἀλλοτρίων, ἀλλ' ἐκ τῶν οἰκείων διαλημάτων ὁμιλήσομεν πρὸς αὐτοὺς, μεταβιβάζοντες ὅτι ἂν μὴ καλῶς φαίνωνται λέγειν ὑμῖν. Πρὸς δὲ τὰς κατὰ φιλοσοφίαν ἐπιστήμας. ὅτι δυνάμενοι πρὸς ἀμφότερα διαπορῆσαι, ῥᾴδιον ἐν ἑκάστοις κατοψόμεθα τ' ἀληθὲς καὶ τὸ ψεῦδος. Ετι δὲ πρὸς τὰ πρῶτα περὶ ἑκάστων ἐπιστήμην ἀρχῶν. ἐκ μὲν γὰρ τῶν οἰκείων περὶ τῶν προτεθεῖσαν ἐπιστήμων ἀρχῶν, ἀδύνατον ἐιπεῖν

τι περὶ αὐτῶν, ἐπιφέρηται πρῶται αἱ ἐρχαὶ ἁπάντων ἐισὶ. δια ἣν περὶ ἕκασα γυμνάζωμ ἀναγκὴ περὶ αὐτῶν διελθεῖν. τοῦτο δ' ἴδιομ ἡ μάλισα οἰκεῖομ φῦ διαλεκτικῆς ἕξεως. ἐξετασικὴ γ' οὖσα πρὸς τὰς ἁπασῶν τ μεθόδων ἀρχὰς ὁδὸν ἔχει. Eis uerbis hoc dicit: quæ in topicis á se traduntur, ea conducere in primis ad tria. Primum, ad exercitationem disserendi. Qui enim methodum hanc teneat, eũ facilè de re quauis argumentari posse. Deinde, ad dextrè conuersandum colloquendumq; cum uulgo & multitudine: cui si quid persuasum uelis, nulla id ratione effectum iri facilius, q̃ si omnis tua oratio ducatur ex ijs, quæ ipsi uulgo uera esse uidẽtur: non, quæ ex intimis artium penetralibus deprompta, admiratur citius rudis multitudo quàm credit. Tertio, ad scientias eas, quas philosophiæ nomine complecti solemus. Quisquis enim hac facultate instructus, utranque eius quo de agitur partem, credibilibus argumentis reddere posit ambiguam: eum facilè q̃d in re quaq; ueri fals: ue sit, perspecturum. Præter hæc aũt conducere ea & ad prima artium principia, eò quòd hæc, ex ijs quæ propria sunt artis cuiusque, probari nullo modo possint: sed ex credibilibus tãtum, quorũ tractatũ pertinere ad dialecticũ. Porro totus hic locus Rodolphi ẽ ciusmodi, ut intelligi plenè nõ possit: nisi adiũcto ei 1. topicorũ lib. Aristotelis. ¶Exercitatione disserẽdi, confutãdo aduersario.) Quòd habet Rodolphus, dialecticen secũdo utilẽ esse cõfutãdo ad

uersario,id uulgo hodie ita dici cõsueuit,conducere eã ad obuiationẽ. Aiũtq; obuiare aliud nõ eẽ,q̃ prom ptè resistere positiõi respõdẽtis,p argumẽtatiões pro babiles. Aristot.uerbũ est, πρὸς τὰς ἐντεύξεις·q̃ uo ce Alexãder & Suidas significari putãt, τὰς πρὸς τοὺς πολλοὺς συνουσίας.i.cõuersationẽ,cõgressus, colloquiq; cũ uulgo & multitudine. Atq; hoc sane in tellectu nomẽ ἐντεύξεως accipiendũ hic esse,ipsius etiã Aristotelis uerba declarãt,qbus secundæ huius utilitatis reddit causam. ¶Oẽs artes paulatim per in cremẽta esse repertas.)Eiusmõi qddã habet & Quin tilianꝰ lib.quinti ca.10. Et Cicero itẽ I.li.de oratore: cuiꝰ uerba paulò post ĩ hoc ipso capite asscribemus. ¶Nihil ex nihilo gigni.)Hoc rectè à ueteribus philo sophis dictũ esse,I.physicorũ li.autor est Aristoteles. Attingit eãdẽ sentẽtiã,sed satyrico morsu,& Persi- us:De nihilo nihil,in nihilũ nil posse reuerti. ¶Rur- sus uerò in uniuersum præscribere qd sit definitio.) Hæc nõ usquequaq; cõsona esse uidẽtur ijs,q̃ Cicero de dialectica habet 4.li.de finibus. Verũ nõ hoc agit eo in loco Cicero,ut diligẽtius expẽdat q̃ pertineãt ad officiũ dialectici,sed ut refellat sentẽtiã Stoici.Ho die certè quotquot dialectica scribũt,ij & hæc sibi in ter cætera explicãda sumũt,siue sua,siue aliena id fa ciãt fide. ¶Quid ergo? dicet aliqs. Nónne & ante in uẽtã dialecticẽ fuerũt artes?)Ridẽdi sunt,q eiusmo- di strophis, rudibus interim auditoribus persuade- re conantur,esse inutileis artes. Qua de re legere est quædã non inutilia, apud Quintilianũ libri sccũdi ca

An sit dialectici explicare, qd definitio, quid genus. &c.

pite decimooctauo. Rodolphi solutio huc spectat, nō esse superuacuas artes, etiamsi qui extitêre fortassis qui sine arte id quod est artis, fecerunt. Nam ut non sint necessariæ illis, inde tamen nō colligitur, cæteris quoq; eas necessarias non esse. Non omnia, inquit poeta, possumus omnes. Et quod illis albæ gallinæ filijs indulsit parens natura, id si nos pulli uiles consequi cupimus, artem in auxilium nobis adhibeamus oportet. Vt terrarum, ita ingeniorum mira diuersitas, & pratorum, alia genuinum insitumq; humorē habēt, alia nisi deductis aliunde aquis irrigari non possunt. Notum est græcum illud, οὐ παντὸς ἀνδρὸς. Quā tu differendi facultatem acceptam refers benignitati naturæ, ea mihi & similibus mei nō nisi arte & labore contingit. Ego tuam istam felicitatem non inuideo tibi, sed & tu mihi ignoscas inuicē uelim, si quod ingenio deest, id studeam sarcire industria. Quanq; & felicioribus illis, quanta ad felicitatem istam suā fieret accessio, si munus hoc à parēte natura datum, artis adiunctione reddere mallēt illustrius, q̄ inertia obscurare? Quamlibet ferax sit ager, feraciorem tamen eum reddere potest agricola, si diligēter colat, si fimo & pingui illa terra, quam margā Plinius uocari ait, obducat. Differunt (scio) etiam sine arte non infeliciter ij, quos eo munere dignata est natura benignior: quanto tamen expeditius, quāto certius idē facturi, si tenerent & artem? Ergo, ut initio dixi, nō est putanda superuacua ars, etiāsi fortè unus & itē alter, id quod ars docet, citra adiutorium artis potu

Nō esse inutileis artes, etiāsi qui fortè sine arte, id quod ars docet faciunt.

Marga.

ēre efficere. ¶Facta sunt hæc antequā artes fierēt.) Eiusmodi quiddam & apud Fabium esse diximus, libro quinto, capite de argumentis. ¶Quantò rectius tamen, quantò melius expedirent illa.) Sic Cicero de bonorum & malorum finibus libro quarto: Quod etsi ingenijs magnis præditi quidam, dicendi copiam sine ratione consequuntur, ars tamen est dux certior q̄ natura. Aliud est enim poetarū more uerba fundere: aliud, ea quæ dicis, arte & ratione distinguere. ¶Hæc est illa scientia, quam apud Ciceronē Crassus necessariam formandis artibus putat.) Crassus apud Ciceronem primo libro de oratore, ostensurus iuris ciuilis cognitionem necessariam esse oratori, neq; tā tam eius difficultatem esse, quanta plerisq; esse uidetur, inter cætera etiam hæc dicit: Et quoniam de impudentia dixi, castigemus etiam segnitiem hominum atq; inertiā. Nā si esset ista cognitio iuris magna ac difficilis, tamē utilitatis magnitudine deberet hoīes ad suscipiendū discendi laborem, impellere. Sed ô dij immortales, non dicerem hoc audiente Scæuola, nisi ipse dicere soleret, nullius artis faciliorem cognitionem sibi uideri. Quod quidem certis de causis à plerisq; aliter existimatur. Primum, quia ueteres illi, q̄ huic scientiæ præfuerunt, obtinendæ atq; augendæ potentiæ suæ causa, peruulgari artē suam noluerūt. Deinde posteaq̄ ē editū, expositis à Cn. Fabio primū actionibus, nulli fuerunt, qui illa artificioſe digesta, generatim componerent. Nihil est enim, quod ad artem redigi possit, nisi ille prius, qui illa tenet quorum

Ars certior quām natura.

Dialecticæ necessariæ formādis artibus.

Facilis iuris ciuilis cognitio.

artem instituere uult, habeat illam scietiam, ut ex ips rebus, quarum ars nõdum sit, artem efficere possit. Hoc uideo, dum breuiter uoluerim dicere, dictum à me esse paulò obscurius. Sed experiar, & dicã si potero planius. Omnia ferè quæ sunt conclusa nunc artibus, dispersa & dissipata quondã fuerunt, ut in musicis, & numeri & uoces & modi: in geometria, lineamenta, formæ, interualla, magnitudines: in astrologia, cæli cõuersio, ortus, obitus, motusq; siderum: in grammaticis, poetarum pertractatio, historiarũ cognitio, uerborum interpretatio, pronũciandi quidã sonus: in hac deniq; ipsa ratione dicendi, excogitare, ornare, disponere, meminisse, agere, ignota quondam omnibus & diffusa latè uidebantur. Adhibita est igitur ars quædam extrinsecus, ex alio genere quodam, quod sibi totum philosophi assumunt: quæ rem dissolutam diuulsamq; conglutinaret, & ratione quadam cõstringeret. Hæc eo in loco Crassus. Quod autem ars ea, quam extrinsecus alio quodam ex genere adhibitã dicit, sit dialectica: id ex alio eiusdem autoris opere facilè ostendi potest, quod de claris inscribitur oratoribus, ubi de Seruio Sulpitio loquens, hunc in modũ Bruto interroganti respondet:

Artes quõ paulatim inuentæ.

Dialectice utilis iure consultis.

Sic enim inquam Brute existimo, iuris ciuilis magnũ usum & apud Scæuolam & apud multos fuisse: artẽ in hoc uno. quod nunquam effecisset ipsius iuris scietia, nisi eam præterea didicisset artẽ, quæ doceret rẽ uniuersam distribuere in partes, latentem explicare definiendo, obscuram explanare interpretando, am

bigua primum uidere, dein distinguere: postremò habere regulam, qua uera & falsa iudicarentur, & quæ quibus propositis essent, quæq; non essent consequentia. Hic enim attulit hanc artem omnium artium maximam quasi lucem ad ea, quæ confuse ab alijs aut respondebantur aut agebantur. Dialectica mihi uideris dicere, inquit. Recte inquam intelligis: sed adiunxit etiam & literarum scientiam, & loquendi elegantiam, quæ ex scriptis eius, quorum similia nulla sunt, facilimè perspici potest. Hactenus Cicero. Atq; hinc facilè intelligi potest id quod ait Rodolphus, dialecticen esse scientiam illam, quam Crassus necessariam esse putet formandis artibus, quamq; cupiat esse in iureconsultis. ¶Quo non essent apud eos oĩa acta rum similia.) Quæ in senatu, in synodis, concilijs, aut alijs quibus suis conuẽtibus acta fuissent, ea sic cõscribi ac memoriæ prodi solebant, ut sententiæ cuiq;, sui autoris nomen præponeretur. Cuius rei formam uidere est apud D. Cyprianum, in libello cui titulus est deijs qui apud hæreticos aut schismaticos baptizantur. Polycarpus ab Adrumeto dixit: Qui hæreticorum baptisma probant, hæreticis communicant. Pollianus à Mileo dixit: Censeo hæreticum baptizari in ecclesia sancta. Quæq; alia huius generis in eodẽ libro leguntur: ut Martyr Saluianus à Gazaufala dixit: Cõfessor & martyr Cyprianus à Carthagine dixit, Marcellus à Zama dixit &c. Quẽ etiam in modũ scriptũ est ius ciuile, ubi nomẽclaturis eorũ, q

Quæ rõne dicat Rodolphus iurecõsulti oĩa apud tos eẽ acto rũ similia.

uel dixerint uel scripserint aliqd, occupata sunt oīa. Vlpianus, Marcellus, Iulianus, Celsus, Paulus, Modestinus, Pomponius, Papinianus. Iam & iureconsulti ipsi, alij aliorum responsa nominatim scriptis suis solent inserere. Qua ex nota sunt illa: Hærennius Modestinus respondit, Diuus pius piscatoribus Formianis & Capuanis rescripsit, Iulianus scribit & alij pleriq; consentiunt, Vt Trebatio uidetur, Item Labeo scribit, Solui mandatum Labeo ait, Paulus respōdit. Quem illorum morem in epistola quadam ad Trebatium iurcconsultum obiter suo more taxat & Cicero: Hoc, inquiens, quemadmodum uos scribere soletis in uestris libris, idē Q. Cornelio uidebatur. Neque ita longè hinc disident, q̄ apud eūdem Ciceronē secundo de oratore libro aduersus iurecōsultos stomachatur Antonius. In quo etiam isti nos, inquiens, iurecōsulti impediunt, à discendoq; deterrent. Video enim in Catonis & in Bruti libris, nominatim fere referri, quid alicui de iure uiro aut mulieri responderit: credo, ut putaremus in hominibus, nō in re, consultationis aut dubitatiōis causam aliquam fuisse: ut cum homines essent innumerabiles, debilitati à iure cognoscendo, uoluntatem discendi simul cum spe perdiscendi abijceremus. Sed hæc Crassus nobis expedi et, & exponet descripta generatim. Est enim, ne fortè nescias, heri nobis ille hoc Catule pollicitus, se ius ciuile, quod nunc diffusum & dissipatum est: in certa genera coacturum, & ad artem facilè redacturū.

¶ Quæsitum est à Titio, & Labeo ait, etiam Celsus

respondit.) Formulæ sunt, excerptæ ex iure ciuili: quibus & similibus fit, ut omnia illic uideantur actorũ similia. ¶ Ius est ars æqui & iniqui.) Celsus iureconsultus ius finiuit hoc modo: Ius est ars boni & æqui ff. de iustitia & iure. Quam finitionẽ multis uerbis explicat Gulielmus Budæus primo libro annotationum in pandectas. ¶ Iustitia est cõstans & perpetua uoluntas.) Vlpianus non postremus inter iureconsultos, eo quem modo diximus titulo, l. Iustitia, hunc in modum iustitiam finit: Iustitia est constans & perpetua uoluntas, ius suum unicuiq; tribuens. Cicero primo libro de oratore: Sit ergo in iure ciuili, inquit, finis hic: legitimæ atque usitatæ in rebus causisq; ciuium æqualitatis conseruatio. Idem secundo rhetoricorum: Iustitia, inquit, est habitus animi, cõmuni utilitate conseruata, suam cuique tribuens dignitatem. Cur Rodolpho minus placeant finitiones iurecõsultorum, eius rei hanc ego causam esse opinor, quòd parum liqueat, qua ratione uel ius ars esse dicatur, uel iustitia uoluntas. Atq; illi etiam ipsi, quorum glossemata extant in pandectas, mirum quàm hic sudãt in explicandis utriusq;, dum uix constituere possunt uel illud, quodnam ius, quæue iustitia hisce finitionibus describatur. ¶ Iuris aliud publicum aliud priuatum. Et priuatum, in naturale, & gentium, & ciuile diuiditur.) Miretur aliquis, quid sit, quod in hisce diuisionibus reprehendendum putet Rodolphus: præsertim cum sit earum autor idem de quo dixi iam, Vlpianus, uir maior, quàm à cuius sententia, hac utique in

Ius quõ finiatur à Celso.

Iustitia qd sit ex sententia Vlpiani.

Quõ ius finiat Cicero: quõ idem iustitiam.

Diuisio iuris secundum Vlpianum.

Quid in his diuisionibus re

re, temerè sit recedendum. Verum enimuerò dialecti-
corum præceptum est, partes diuisionis cuiusq; eius-
modi esse debere, ut ne de pluribus dici queant, quàm
ipsum illud quod diuiditur. Iā si ius publicum, ius est,
id certè aut naturale, aut gentium, aut ciuile ius sit
oportet. Quo fit, uti partes quidem posterioris hui-
us diuisionis, de iure publico uerè dicātur: ipsum au
tem quod diuiditur, nequaquam. Atq; hoc esse illud
quod suggillandū existimauit Rodolphus, ipsius quæ
continuò subiungit uerba ostendunt. Quasi, inquit,
ius publicum, neq; naturale esset, neq; gentium, neq;
ciuile. ¶ Sed ut ad Aristotelē aliquādo ueniam, qui ar
tium finibus exclusit dialecticen.) Nō uideo equidē,
quomodo Aristoteles dialecticen artium finibus ex-
serit, cum inter cætera καὶ πρὸς τὰς κατὰ φιλοσο-
φίαν ἐπισκέψεις, eam aiat cōducere. Quanquam ne-
gari illud non potest, ea quæ in topicis præcipit, ma-
gis ad conflictus illos & certamina disputantium, q̄
aliò pertinere. Quod cum dictū uideri posit obscu-
rius, experiar si quo modo planius idem dici queat.
Id quod supra uires non erit, si initio meminerimus,
neq; rhetoricæ, neq; dialecticæ nomen eodem semper
intellectu solere accipi. Etenī ueteres illi ita ferè bis-
ce uocibus usi sunt, uti eos modò rhetoras appella-
rent ac dialecticos, quorum illi in foro agerent cau-
sas, hi in schola ac umbra de communibus thematis
disputarent: ac proinde dialecticen etiam & rheto-
ricen, eas intelligerēt facultates, quibus ij, in suo utri
que campo instructi, in certamen descenderent. Quō

Dialecti-
cæ ac rhe
toricæ no
mina bifa
riam sumi

Quo sen-

in modum hæc nomina certum est usurpasse & eos, qui perpetuam orationem ad rhetorem, cõcisam ad dialecticum pertinere dixerunt: neq; aliud quicquã interesse inter dialecticen & rhetoricen, quam si manum eandem, primum in pugnum comprimas, deinde rursum explices ac diducas: & rursus, dialectico rum theses, rhetorum materiam esse hypotheses. Quanquam enim ij qui in foro agunt, inter agẽdum sæpenumero à personis ac cæteris circũstantijs quæstionem abducunt, atque plus nonnunquam operæ in thesium quàm in hypothesium explicatione insumũt: tamen id quod initio proponitur, nũquam thesis, sed hypothesis est. Qua de re explicatius paulò post, capite octauo & duodecimo. Interim illud, eẽ & aliã in tellectum nominũ istorum, secũdum quem artes istas communes quasdam omnium artium ministras appellare solemus: propterea, quòd quemadmodũ grãmatice in commune præscribit, qua ratione, non in hac modò aut illa materia, sed de omni re emẽdatè loquamur: ita hæ duæ, altera quo modo probabiliter, altera quo modo politè atque ornatè dicere de re quaque possimus, expediunt. Atque hac notione hæc nomina usurpat Rodolphus: neque alius eorum usus est, cum dicimus treis esse artes, quæ uersentur circa sermonem, grammaticam, dialecticam & rhetoricã. Ergo quæ in topicis Aristoteles docet, ea tametsi possent etiam alijs utcunque disciplinis accommodari: tamen ex professo ei dialectico instituendo destinata sunt, quem secundum priorem illam

sũ dialecticam non nulli à rhetorica discreuerint.

Secunda acceptio, quam Rodolphus sequitur.

notionem hoc nomine significari diximus. Sed de his in sequentibus plura. ¶Equidem artium decreta & disputantium contentiones.)Quod ad inuentionem, inquit,& ad dijudicationem pertinet argumentorũ, nihil interest inter conflictus illos disputationum & decreta artiũ.Quocirca si ad certamina illa gymnasiorũ utilis dialectice erit,eadem nimirũ & ad artes ipsas conducet.¶Dolus enim an uirtus quis in hoste requirat?) Verba sunt Coræbi secundo Aeneidos.

Aristipp⁹ ¶Da Aristotelem & Aristippum de summo bono cõtendentes.)Quorum ille in contemplatione,hic in uoluptate summum inesse bonum existimabat. Fuit autem Aristippus philosophus Cyrenensis,auditor Socratis, de quo multa apud scriptores leguntur. Primus fuit Socraticorũ,qui mercede docuerit. Ad Dionysium illum Syracusanũ profectus,mira quadam dexteritate in aula uersatus est. Cum aliquando expuisset in eum Dionysius,idq; tãetsi ipse patientissime ferret, tamen indignarentur quidam (ut fit)ex amicis:

Apophthegma Aristippi

Quid? piscatores,inquit, aqua marina totos se madefieri non recusant, ut exiguum capiant gobium: & ego ut balenam ingentem capiam, uino paulum diluto leniter aspergi non feram? Qua ex re,am arripuit Diogenes Cynicus, ut eum diceret esse regiũ cenem.Quodam tempore cum olera lauans idem Dio-

Morsus Diogenis & Aristippi.

genes, in prætereuntem Aristippum hisce uerbis cauillatus esset:Si hæc edere didicisses Aristippe,nõ uersareris in aulis regum: At tu,inquit ille,si uiuere didicisses cum regibus,olera nõ lauares. Notus est hac

dere locus Horatij in epistolis. ¶Da Carneadem & Chrysippum de comprehensionibus.) Comprehensiones uocat τὰς καταλήψεις, quarum iam semel atque iterum facta nobis est mentio. Porrò Stoici inter quos uel primas tenebat Chrysippus, ex comprehensionibus istis aptè inter se collatis comparatisq; artes fieri aiebãt. At Carneades nouæ academiæ erat, quibus ἀκαταληψία illa sua tam impẽse placebat, ut negarẽt omnino quicquam sciri posse. Cuius rei sæpe facit mentionem Cicero, cum in libris de bonorũ & malorum finibus, tum quarto libro Academicarum quæstionum. Quin uerò & secundo libro de natura deorum, Q. Lucilius Balbus ad Cottam Academicum: Quanta uero, inquit, illa sunt, quæ uos Academici infirmatis, quòd & sensibus & animo ea q̃ extra sunt percipimus & comprehendimus? Ex quibus collatis inter se & comparatis artes quoq; efficimus, partim ad usum, partim ad oblectationem necessarias. Et rursum tertio libro de oratore: Reliqui, inqt Crassus, sunt Peripatetici & Academici. Quanquam Academicorũ nomen est unum, sententiæ duæ. Nam Chrysippus sororis Platõis filius, & Xenocrates qui Platonem audierat, & qui Xenocratem Polemo & Crãtor, nihil ab Aristotele, qui unà audierat Platonem, magnopere dissenserunt, copia fortasse & uarietate dicendi pares non fuerunt. Arcesilas primum, qui Polemonem audierat, ex uarijs Platonis libris sermonibus q; Socraticis hoc maximè arripuit, nihil esse certi, quod aut sensibus aut animo percipi

Libro 1. epistol. 18. Comprehensiones Stoicorũ.

ἀκαταλήψία Academicorum.

academiæ duplex, uetus & noua.

academia noua.

posſit. Quem ferunt eximio quodam usum lepore dicẽdi, aspernatum esse omne animi sensusq; iudicium: primumq; instituisse, quanquam id fuit Socraticũmaximè, non quid ipse sentiret ostendere, sed contra id, quod quisq; se sentire dixisset, disputare. Hinc hæc recẽtior Academia emanauit, in qua extitit diuina quadam celeritate ingenij dicendiq; copia Carneades. Cuius ego etsi multos auditores cognoui Athenis, tamẽ autores certissimos laudare posſim, & socerum meum Scæuolam, qui cum Romæ audiuit adolescens: & Q. Metellum L. F. familiarem meum, clarissimũ uirum: qui illum à se adolescẽte, Athenis iam affectũ senectute, multos dies auditum esse dicebat: Hactenus ille. Vt autem & de Carneade pauca dicamus, philosoph' hic nouæ Academiæ fuit, uiolenta & (ut Polybij apud Gellium uerbis utar) rapida quadam facundia præditus, tanta dicendi ui, ut Cicero autor sit, nullam ab eo unquam causam defensam fuisse, quam non probarit: nullam oppugnatam, quam non euerterit. Cum Chrysippo disputaturus, elleboro (inquit Valerius Maximus) se purgabat ad exprimendum ingenium suum attentius, & illius refellendum acrius. Quas potiõs industria solidæ laudis cupidis appetendas affecit. Chrysippus (ut modo dixi) philosophus Stoicus, octogesimo ætatis suæ anno decedẽs, cœptum ante quadragesimũ, λογικῶν exactissimæ subtilitatis uolumen reliquit. Cuius studium in tractandis ingenij sui monumentis, tantum operis laborisq; sustinuit, ut ad ea quæ scripsit penitus cogno-

Carneades Academ. Gel. lib. 7. cap. 17. Cicero de oratore. Valerius li. 8. ca. 7. Chrysippus Stoicus.

scenda, longa uita sit opus. Hæc ad uerbum Valerius Maximus libro octauo, capite de studio & industria. Mira in eo fuit subtilitas disserendi. Dicere solebat, sui animam datam esse pro sale: & sapienti, quamuis nulla re egeret, tamen multis illi rebus opus esse: contra stulto, etsi nullis rebus sit opus, multis tamẽ eum egere. ¶Et uelut scopuli artis.) Scopulum non semel in hoc opere uocat Rodolphus, quo nos scopum dicere solemus. Scopulus

¶ Quid quæstio, quot modis eius sumatur diuersitas, quot fecerit Cicero, quot Aristoteles. Trium earum quæstionum quas fecit Cicero, postremam tantum ad forum spectare, relquas duas in iudicia afferri non posse. Cap. VI.

QVæstio igitur, qm̃ circa eam oĩs differentis uersatur labor, quid sit, & quæ spẽs partes ue illius, & quõ inueniẽda (nam & in hoc nõnunq̃ laboratur) explicemus. ¶Quæstionẽ Boethius definiuit, esse dubitabilẽ propositionẽ. Quod si propositio est id, quod hoc nomine prædiximus Aristotelẽ accipere, nõ inuenio equidẽ, quid inter quæstionẽ & propositionẽ intersit; ut uideatur Boethius p ge Quidquæstio secundum Boethium.

nere,quod idem sit posuisse. Sin ꝓpositionis nomen capimus, ut uulgo nunc accipitur, pro eo, quod Aristoteles ἐξήνεγκαν, Cicero pronunciatũ interpretatus est,nõ ois dubitabilis propositio ẽ quæstio. Hæ nanq;,uirtus est summũ bonũ,solus sapiens est diues,dubitabiles quidẽ propositiones erunt:quæstiones tñ non sunt. Affirmant em̃ aliquid:qui quærit aũt, nihil affirmat. Rectius uel explicatius utcunq; uidebitur dici: quæstio est cũ interrogationе elata oratio. Vt, utrũ uirtus sufficiat ad bene uiuendũ? Vtrum cõsummata uirtus uoluntate an opere cõstet? ¶Diuidũtur aũt quæstiones non uno tantũmodo. Nanq; & pro rebꝰ de quibus quæritꝰ differentia,& pro diuerso modo quærendi,& pro artium ad quas pertinẽt diuersitate, aliæ fiunt atq; aliæ quæstionũ diuisiones. Quæ cuiusmodi sint,ordine proseq̃mur. ¶De rebus quærimus primum, sint ne omnino nec ne sint. Vt,sit ne anima? Antea enim q̃ esse res deꝯ,nihil est,quod ulterius possit quæri. Primũ enim oim,quod cogitatiõi notitiæq; nostræ ulla de re obiꝯitur,est esse. Quo fit,ut hæc prima sit quæ

Quidex sententia ipsius Rodolphi.

Trifariã quæstionũ sumi diuersitatẽ

Tria quæstionum genera, iuxta Ciceronem & alios quosdam.

stio,& quam nulla alia queat præcedere. Quinetiã si de his,quæ non sunt susciptat nobis aliqua disputatio,quæ ad hãc quæstionem non ptinet, fingimus semp hanc præcessisse quæstionẽ,& tanq̃ de existentibus differimus: ideoq̃ suspensi semp ex ea cõditiõe, si res sit, agimus:quã ubi abstulerimus, mox oĩa, quæ huic uelut fundamento incũbebant,corruunt. At ubi rem esse psuasum est,proximũ est quærere de substantia eius, hoc est, quid res sit: Vt sit ne idipsum aĩa,quod uis illa q̃ uncta uiuũt? quod definitiõe explicat.Ea qd sit, supiore libro diximus. Deinde iam quærimus ea,quæ circa uel extra substantiam rei sunt: Vt, sit ne anĩa indiuisibilis? Vtq̃ etiam sint intra substantiã eius,non tamen id agimus quæstiõe,ut id exquiramus. Vt q quærat, sit ne anĩa uis illa,qua uncta uiuunt? põt hoc quærí sic,ut inuestiget,sit ne id uerꝫ an non: deinde,ut uerum sit,reliquũ adhuc est, sit ne hæc animæ definitio. Tria hæc quæstionũ genera Cicero uocauit,primũ quidẽ an sit,secundũ quid sit,tertiũ quale sit. Et q rhetorica post Ciceronẽ scripserunt, Quin-

Secundũ.

Tertiũ.

Dictorũ generum nomina.

tilianus utiq; & Hermogenes hanc diui-
sionē sunt secuti. ¶Aristoteles tribus his
quartū addidit genus, quod uocauit pro-
pter quid. Vt sit ordo quæstionum, uerbi
causa, de deo quærimus primū, an sit de-
us. Quod si negetur, nihil est, quo ulterius
progrediamur: sin detur, tū quærimus,
quid est. Id ubi constiterit, tum qualis est:
ut sit ne æternus? Quod ubi acceptum est,
tum postremū, propter quid sit æternus.
Quam quæstionē, si Ciceronē autorē se-
quimur, ad quale est redigemus. Si em̄ ex
plicetur hæc quæstio, ut si quæratur, pro
pter quid deus est æternus? dicatur q̄, qm̄
quod est, ex se ipso habet: si de hoc disse-
re uolemus, hæc erit quæstio. sit ne habe-
re esse à se ipso causa æternitatis dei: uide
bitur nimiꝝ hæc quæstio de qualitate es-
se. Qm̄ esse causam uel nō esse, qualitas (ut
nos iam de qualitate loquimur) uidetur.
¶Quod autē Cicero tria hæc quæstionū
genera, de ciuilibus rebus differenti subie
cit, non satis exacta rōne uidetur factum.
Quicquid em̄ rhetor quærit, ad qualitatē
ptinet. Nec enim an est, aut qd est, ut sint
quæstionū capita, in foꝝ uenire possunt:

Quatuor quæri de rebus ex sententia Aristote.

Cōtra Ciceronem.

nec qcquid cõiectura exquirit, ptinet ad quæstionẽ an est, ut ipse uoluit. ut dixim⁹ eñ, an est, primũ est quod põt ulla de re quæri, cuiusmodi cẽrtũ est nihil quæri in foro. Nec eñ an fecerit furtũ Trebius, primũ est qđ in hac quæstione quæri possit. Pri⁹ eñ dicet reus (ut inqt Quintilian⁹) ꝑba te habuisse, ꝑba pdidisse: deinde, ꝑba mea fraude pdidisse. Hoc postremũ ẽ id, de quo quærit, ad quod tñ nisi prioribus quæstiõibus explicatis, pueniri non põt. Sed neq⁹ an habuerit rem, prima ẽ quæstio. Natura eñ præcedat oportet, an sit Trebius, an sit res quæ dicat ablata. Deiñ sequit iã primũ, an Trebius hanc rem habuerit. Sic etiam, occiderit ne ꝑ insidias Clodiũ Milo, cõiecturalis ẽ quæstio: prius tñ est, an Milo occiderit Clodiũ, an occisus sit Clodius: & qđ primũ ẽ, an fuerit oĩno Clodi⁹, hæc sola eñ est, an ẽ, quæstio: reliquæ qualitatis sunt. ¶ Definitiõis etiã quæstio ad fo⁹ nõ poterit afferri. Quicqđ nãq⁹ quæret in foro, aliqđ ho⁹ triũ est oportet, fit ne factũ, qđ aduersarius intẽdit: fit ne id nomen facti qđ ille dicit, fit ne iuste factũ. Primũ ad q̃litatis quæstionẽ

Quæstionem an ẽ, non uenire in forũ

Quæstionẽ qđ ẽ, in forum nõ afferri.

ptinere mõ docuimus. De postremo ne-
mo est q dubitet. Secundũ uoluerũt esse
definitiõis quæstionẽ: quod nõ esse uerũ,
fácies ipsa quæstionis oñdit. Qui quærit
eñ, an rem ꝓphanam de sacro subduce-
re sit sacrilegiũ, an poculum amatoriũ sit
uenenũ, non quærit definire aliquid ísto
rũ. Sed neq; sacrilegiũ esse definitionem
eius, quod est subducere rem ꝓphanã de
sacro, neq; uenenũ definitionẽ esse pocu-
li amatorij, nemo nisi q nesciat qd defini
Parat ob iectionem tio sit, ignorat. Sed scio quid rñdeat: ut
quæstio eñ nõ sit de definitiõe, status tñ
quæstionis, hoc est, id in quo tota uis est
quæstiõis, est ex definitiõe. Esse eñ subdu
ctionẽ rei ꝓphanæ de sacro, sacrilegiũ: &
poculũ amatorium, uenenũ: aptissime ex
Diluit. definitiõibus istoꝝ pspiciet. Perspiciet
quidẽ, si de definitiõe istoꝝ inter ptes cõ-
ueniat. Sed primũ qsq; suo arbitratu de-
finitionẽ dabit. Alioquin si de ea dubitari
nõ posset, nõ maneret utiq; quæstio: ut, si
sacrilegium definiat, esse ablatio cuiusuis
alienæ rei de sacro: certũ est nullã hic fu-
turã quæstionẽ. Verũ hoc æque dubiũ ẽ,
atq; id, de quo ambigit. Ergo inter locos

ponetur quidē definitio, caput eē quæsti-
onis non poterit. Sed alijs etiā huberiori
bus & aptioribus argumentis quæstionē
explicabim⁹, q̄ definitiōe: quod apud au-
tores, usu certissimo reꝫ magistro, para-
tū est deph̄edere. Cicero cōtra Antoniū,
ꝙ nomine actoꝝ Cæsaris, libelli & chiro
grapha nō cōtineanē, ꝓbat usu loquēdi,
æquitate, exēplis. Definitū esse ab eo qd
sint acta, nusq̄ in ea uideo ofone. Quintili
anus itē in odij potiōe, definire quidē ui-
sus ē uenenū, ut sit qcqd dari nō licet: sed
nihil iuuabit hæc definitio causam suam.
Aeque em̄ est incertū, sit ne odij potio ue
nenū, & liceat ne dari odij potionē, in eo
p̄sertim reꝫ casu, quē themate declamati
onis exp̄sit. Sed alijs multis & uarijs ar
gumētis acute colligit id, quo maxīe niti-
tur, rōnē (quæ aīa legis est) huic facto cō-
uenire: & æqtate, quæ ad q̄litatis utiq; sta
tū ptinet, p̄cipue pugnat. In hāc q̄ oēs, qui
cūq; id genus quæstiōis tractauerūt auto
res, uideo oē robur dictiōis suæ cōtulisse.
Qđ si ergo neq; caput cuiusq̄ quæstiōis ci
uilis definitio erit, neq; p̄cipue firmamē
tū illi⁹, nō poterit ulla definitiōis sibi acci
pere nomē,

¶Scholia in caput sextum.

Quæstio quid sit. QVæstionem Boethius definiuit esse dubitabilẽ propositionem.) Boethius primo topicorum libro: Quæstio, inquit, dubitabilis est propositio, hoc est: Quæstio est propositio, quæ tãetsi ex natura sua nihil fortasse dubij contineat, tamen in præsenti ita de ea agitur, quasi dubia & ambigua sit. Quem esse germanum eius finitionis intellectum, ipse Boethius altera eiusdem rei finitione ostendit: Quæstio (inquiens) est in dubitationẽ ambiguitatemq; adducta propositio. E quibus facile perspectu est, parum ijs firmitudinis inesse, quæ aduersus Boethianam hanc finitionem affert Rodolphus. Quòd ait enim, uirtus est summum bonum, solus sapiens diues est, dubitabiles esse propositiones, negari id quidem non potest, modò intueamur naturam ipsarum rerum: uerum non ita tamen hæc proponuntur, neq; in præsentia ita de eis agitur, quasi dubia sint, quo intellectu diximus accipiendã esse finitionem Boethij. ¶Quòd si propositio est id, quod hoc nomine prædiximus Aristotelem accipere.) Dictum est capite præcedenti, πρότασιν, id est, propositionem apud Aristotelem in topicis esse quæstionem, non quamuis, sed quæ in unam modò partem efferatur, ut sunt diuitiæ bonæ? est ne timenda mors? Quæ si in utrãq; efferas partem, fient problemata, ut, sunt ne diuitiæ bonæ an non bonæ? ecquid malum an non malum, est mors? Verum hòc intellectu non est propositionis uocabulo usus Boethius, sed propositionem uocauit, quã ἀπόφανσιν Ari-

Propositio.

Problema

Propositi

ſtoteles, M. Varro proloquium, Cicero pronunciatum, hodie uulgus enunciationem uocat. Eam libro ſuperiore diximus eſſe orationem perfectã, quæ aut uerum aut falſum ſignificet. ¶Quod Ariſtoteles ἑρμηνείαν, Cicero pronunciatum interpretatus eſt. Ariſtoteles in eo libro qui περὶ ἑρμηνείας inſcribitur, non ἑρμηνείαν, ſed ἀπόφανσιν (ut iam diximus) uocat id, quod Cicero pronunciatũ: ἑρμηνείαν ipſe Rodolphꝰ quodã in libro trãſfert explicationẽ, Boethius interpretationẽ dixit. Quã finit hoc modo, ut ſit uox articulata p ſe ipſam ſignificans, quod genus ſunt nomẽ & uerbũ, & ex ijs cõſtituta oratio. Verba Ciceronis, quod ad hunc locũ attinet, prima Tuſculanaſic habẽt: Omne pronunciatum, ſic mihi in præſentia occurrit, ut appellem ἀξίωμα, utar poſt alio ſi inuenero melius, id ergo ẽ pronunciatũ quod eſt uerũ aut falſum. Meminit huius loci Ciceroniani & Aulus Gellius noctium atticarum libro decimo ſexto capite octauo. ¶Virtus eſt ſummum bonum.) Sententia eſt Stoicorum, quam & Cicero aſſerit Tuſculana quinta, ſed refellit Lactantius. ¶Solus ſapiens eſt diues.) Et hoc unum ex paradoxis illis eſt Stoicorum, ὅτι μόνος ὁ σοφὸς πλούσιος, ſolum uideli cet ſapientem diuitem eſſe. Tractatur a Cicerone in paradoxis. ¶Vtrum uirtus ſufficiat ad bene uiuendũ?) Eſt & hoc quoq; ex albo eorũdẽ, ὅτι αὐτάρκης ἡ ἀρετὴ πρὸς τὴν εὐδαιμονίαν, ſolã, inq;

onis noĩa quo modo ſit uſus Boethius

ἑρμηνεία

Pronunciatum.

uirtutem sufficere ad felicitatem ac beatam uitam, asserit à Ciceroe, eo quē indicauimus loco. ¶ Vtrū consummata uirtus uoluntate, an opere cōstet.) Tradunt morales philosophi, summam esse eam uirtutis laudem, quæ in operatione consistat. ¶ De rebus quæ rimus primū sint ne omnino, nec ne sint.) Cicero multis in locis et Quintilianus libro tertio, tria esse aiūt quæ de unaquaq; re quæri possint: an sit, quid sit, qualis sit: ut, sit ne anima, quid anima sit: & mortalis ne ea sit, an immortalis. ¶ Ea quid sit, superiore libro diximus.) Quid sit, inquit, definitio, id explicuimus libro priori, capite V. ¶ Aristoteles tribus his quartū addidit genus.) Secundo τῶν ὑσέρων ἀναλυτικῶν libro Aristoteles quatuor esse ait, quæ de re quaque uenire soleant in quæstionem, an sit res, quid sit, qualis sit, & qua de causa sit talis. ut, sit ne deus, quid deus sit, ecquid deus sit sempiternus, et quamobrē æternus sit. ¶ Quòd autem Cicero tria hæc quæstionū genera de ciuilibus rebus disserēti subiecit.) Cicero cū in alijs locis compluſculis, tum de perfecto Oratore ad Brutum, tria hæc genera quæstionū oratori subiecit: Quicquid, inquiens, est quod in cōtrouersia, aut concione uersetur, in eo, aut sit ne, aut qd sit, aut quale sit quæritur: sit ne, signis: quid sit, definitionibus: quale sit, recti prauiq; partibus. Idem Cicero & secutus eum Fabius Quintilianus, ciuilium causarum treis faciunt status: coniecturalem, finitiuum, & qualitatis: quorū primo quæritur an sit res, altero quid sit, tertio quale sit. Qua in parte hactenus Ciceroī re

Tria esse quæ de re quaque quærātur

Quot genera quæstionū fecerit Aristoteles.

fragatur Rodolphus, ut ex ijs tribus quæstionũ generibus, solum postremum hoc credat in forum ueni re posse, reliqua duo non posse. Quod ego ut nõ nega uerim esse uerum, in eum duntaxat sensum, in quẽ dicitur à Rodolpho: ita hoc rursus ausim contendere, ipsum à Cicerone uerbis magis quàm sententia dissidere. Nam quod attinet ad quæstionem an est, cõstat quidem hãc esse primum id, quod de re quaq; in quæstionem uenire solet. Verum illud nosse oportet, bifariam aliquid dici in causis primum: natura ipsarum rerũ, & consuetudine eorũ qui causas in foro agũt. Verbi causa, Insidias fecit Deiótarus rex Cæsari. hic quod ad rerum naturam attinet, poterat initio quæri illud, fuerit ne Deiotarus, fuerit ne Cæsar. Verum rideatur opinor, si quis hæc persequi uelit in foro. quocirca Cicero hæc uelut superuacua instituto suo omittens, hoc solum disputat in ea oratione, quã pro Deiotaro apud Cæsarem dixit, sint ne insidiæ factæ Cæsari à Deiotaro. Atq; hæc dicitur ĩ ea causa, quæstio an est. Quãdo rhetores appellatione quæstionis an est, non eam modo quæstionem accipiunt, qua ambigitur, sit ne aliquid an nõ sit, fuerit an non fuerit: uerum etiã eam, qua id quæritur, factũ aliquid sit an non factum, hoc an illo factum sit modo, hac causa factum sit an ob aliam causam, hic an ille insidias fecerit, ex æde sacra sublata res sit an ex loco propha no, noctu factum sit an interdiu. Ita omues quæstiões istæ, fuerit ne Clodius an non fuerit, num sit idem occisus, num occisus in monumentis maiorum suorum,

Nũ in forũ uenire posit quæstio an est

Quæ rhetoribus sint quæstiões, an est.

à Milone an ab alio occisus sit, nũ propter insidias à se Miloni factas, sit ab illo occisus: hæ inquã omnes, ut ad statum coniecturalem pertinent, ita eius etiam generis sint, quod appellant, quæstionem an est. Sed Rodolphus eas modò quæstiones hoc donat nomine, quibus naturæ ordine nulla prior est. Quod si reciprocatur, haud dubiè in foro locus istis non erit. Cicero contrà, omnibus eis quæstionibus dedit hoc nomen, quas paulo ante apud rhetores diximus eo uocabulo comprehendi solere. Ita fit, quod initio dixi, ut tota hæc cõtrouersia cõsistat in solo nomine, quod cum utrũq; intellectum facilè admittat, uera sunt quæ dixit uterq;, modo intelligantur. Iam ut de secundo etiam genere pauca dicamus, quotiescunq; ambigeretur in foro, hoc an illo nomine, uerbi causa, furtum an sacrilegium, parricidium an tyrannicidium appellandum esset id, quod factum esse concederetur, eam dixere quæstionem finitionis, propterea quòd ubi constitisset, conuenire ei cum finitione, tum de nomine dubitari non posset. Atq; hactenus hanc quæstionem in forum uenire posse, ne Rodolphus quidẽ negarit opinor. Certè argumentis ijs quæ adducit, diuersum non probat. ¶Nec quicquid cõiectura exquiritur, pertinet ad quæstionem an est, ut ipse uoluit.) Quæ Cicero hanc in rem habeat in oratore ad Brutum, id paulò ante ostendimus. Sed in topicis idẽ: Cognitionis, inquit, quæstiones tripartitæ sunt, cũ an sit, aut quid sit, aut quale sit, quæritur. Horum primum coniectura, secundum definitione, tertium iu-

Quid Rodolphus uocet quæstiones an est.

Quæ rhetoribus finitionis quæstio.

ris & iniuriæ distinctione explicatur. Hactenus ille. Quæ non uerè minus quàm eleganter dicuntur: modò quæstionem an est, omnem eam intelligamus, quã à rhetoribus eo nomine cõprehendi solere ostẽdimus. Quare hoc certè loco causa non erat, cur tantopere à Cicerone dissentiret Rodolphus. ¶Prius enim dicet reus, ut inquit Quintilianus.) Is locus Quintiliani est libri septimi capite secũdo. ¶Occiderit ne Clodium per insidias Milo.) Dixerant accusatores Milonis, Clodiũ ab eo per insidias occisum esse. Quã illorum accusationem ita eluſit Cicero, ut Miloni à Clodio, non Clodio à Milone insidias factas esse, sit conatus ostendere. Quod quàm uafrè ab eo factum sit, facilè ex ipsius quadam ad Atticum epistola intelligi potest: ubi de Clodio loquẽs: Publium (inquit) reum, nisi antè occisus erit à Milone, fore puto. Si scituro Lanuuium in uia obtulerit, occisum iri iam ab ipso Milone uideo. Nõ dubitat facere, præ se fert, casum illum nostrum non extimescit. Nunquam enim cuiusquam inuidi aut perfidi consilio est usus, nec inerti nobili crediturus. ¶Cicero in Antonium.) prima Philippica. Quintilianus item in odij potione.) Titulus est declamationis cuiusdam apud Quintilianum, cuius hoc argumentum. Meretrix amatori suo pauperi dedit odij potionem, adolescens desijt amare, accusat illam ueneficij. In ea declamatione uerba Fabij habent ad hunc modum: Quædam formæ medicamina possunt aliud uocari, quàm uenenum. Dare quod non licet, non est aliud quàm ueneficium.

An insidiæ factæ sint Miloni à Clodio.

¶ Quas Aristoteles enumerauit, non tã quæstiones esse, q̃ modos quosdam quærendi. Porrò quęstionem omnem aut simplicem esse, aut compositam. Et harum rursus, priorem illam tribus fieri modis, posteriorem duobus Cap. VII.

Quas Aristoteles ponit modos potiꝰ esse quærẽdi, q̃ quæstiones, præter primam.

HAec Aristoteles de quæstiõibus, hæc Cicero. Dicam & quod mihi uidetur. Verũ illi sequendi erũt. Primũ ita q̃ uidetur mihi, si quæstionẽ uocemus id, quod prædiximus, oõnẽ p interrogationẽ ela tam, cui esse uel non, põt rñderi: quatuor illa quæ ab Aristotele numerantur, nõ esse quæstiones, sed modos quosdam quærendi, & prolectantia (ut ita dicam) quæstionẽ. Quod in ea quidẽ, quam an est dicimus, dubiũ põt esse. Q̃m ipsa quæstio, cũ eo quod modũ quærendi dicimus, in idipsum recidet. Vt si interroges, an est hõ, rñdeatur q̃ esse hominem: idem erit quæstio, est ne hõ? & interrogatio, an est homo? quo fit, ut de hac interrogatione, in hanc uel illam partẽ possit dissert. In reliquis apertius est. Si dicas enim, quid ẽ homo? nihil de hoc possis disserere, nisi respõdeat is, qui interrogatur, homo est animal rõnale. Nam quæstio erit, sit ne animal rõnale? deinde, sit animal rõnale defi

nitio hominis? Nec eñ satis est, uerũ esse, quod in hac quæstiõe rñdetur: sed ad certam legẽ uerũ esse oportet. Si quæras eñ, quid est homo? & rñdeatur, est animal binos habẽs oculos: uerum quidẽ est quod rñdetur, sed nõ recte rñsum dicas: quoniam equus binos habet oculos, non tñ est homo. Oportet ergo rñderi aliqd, quod definiat hominẽ: quod an fiat, hoc genere quæstionis differetur. Sic & qualis est sol? nihil possis de hoc dicere, nisi rñdeaẽ obscurus uel globosus, aut simile quippiam. Et, propter quid est obscurus? nihil itidẽ habes, quod dicas: nisi dicaẽ, uel hoc, quoniam luna obiectu suo phibeat nos illius aspectu: uel aliud aliquid in hanc sententiam. Non igitur quæstiões sunt primæ interrogationes illæ, qñ nequit de eis uel in hanc uel aliam partem dici: sed rñsum ad uersarij, interrogationi datũ, cum in dubium uocatur, fit quæstio. ¶ Quæstionũ igitur genera duo uidenẽ: simplex & cõposita. Simplex est, quæ unum quærit de uno: Vt, fiẽ ne mundus æternus. Compo sita, quæ plura de pluribus: Vt, fiẽ ne mũdus æternus, & idem ex indiuiduis cõpo-

Quæstio ois, aut simplex aut cõposita.

Simpliciũ quæstionũ prima est: quæstio an est.

situs corpusculis. ¶ Simplicium tres sunt differentiæ. Prima est, quæ quærit, an sit res. Ea cuiusmodi ē, prædiximus. Prima ēm hæc est, quæ ulla de re quæri põt: ut, an sit deus, an sint dæmones. In hac cõple ctimur, non solũ, quæ an sit, sed an erit, an fuerit, quærit. Hæc autē, an fuerit bellũ Troianum, non ē huius generis. Idem ēm est quærere, an fuerit bellũ Troianũ: &, an Troia gesserit bellum: quod utiq; hoc uerborum quæstio prima esse nõ potest, quum possit quæri prius, an fuerit Troia, quippe quod etiam autores quidam crediderint, omnē rem Troianam & Troiã ipsam inania poetarum esse commenta. Quanquam aũt in hac quæstiõe, an est homo prius possit quæri, an est animal: Cnã si nullum animal sit, non potest homo esse) istud tamen in quæstione uelut confessum non ponitur. Vt enim cõcedamus esse hoiem, non continuo ex huius quæstionis rõne concedemus, homin ē esse animal: sed antea quàm cõcedamus fuisse bellum Troianũ, necesse ex uerbis quæstiõis fateri, Troiam fuisse. Secunda quæstio est, ubi datũ est rem esse, ut quæramus, an

Notatiuncula.

Secunda. an hoc sit illud.

res sit illud: Vt an homo sit animal? an sit capx disciplinæ? Huius generis mihi uidetur, quã Aristoteles uocat propter qd: ut cum quærimus. sit ne interpositio lunæ inter solem & nos causa defectus solis?

Tertia est quæstio, quomodo hoc sit illud, id est, quo pacto hoc de illo dicitur. Quod quadruplex est. Quorumcunq; enim alterum de altero dicitur, aut sunt definitio & definitum, aut genus & species, aut proprium & subiectum, aut accidens & subiectum. Quatuor ergo p hac diuersitate fiunt quæstiones. Prima est, an hoc definitio sit illius: ad quam redit, an illud definitũ sit huius. Simul em̃ explicantur ista: si em̃ hoc ẽ definitio, necessario illud est definitum. Secunda, an sit genus illius: qua cõprehendit, an illud sit species. Tertia, an sit propriũ. Quarta, an accidẽs: qbus etiam quæstiones subiecti cõtinent.

Tertia, quõ hoc sit illud, eaq; quadruplex.

Finitiõis.

Generis.

Proprij.

Accidẽtis

Priores duæ, interrogationẽ qd est explicãt: posteriores, quale est. Id est em̃ qđ Aristoteles ὅτι ἐστὶ uocat: qđ interpres ei? latine nescíens, quia est dixit. ¶ Cur hunc ordinẽ fecerim quæstionum, id causæ fuit mihi, quod necesse est præcedere sem-

Quamob rem hoc modo digesserit q̃ stiones.

per,an est,& an illud ẽ: antea quàm quid sit res,aut qualis, explicari queat. Nec em̃ hæ interrogationes,quid est hõ? aut qualis est? harum quæstionũ explicatione, an homo sit animal rõnale, an sit erudibilis, finiuntur. Vt enim detur hominẽ esse animal rõnale,& esse erudibilem:manet adhuc quæstio, sit ne erudibile qualitas hominis: sit ne anĩal rõnale id ipsum, quod est homo,id est,definitio homĩs uel quidi
Quiditas tas eius. Vteremur em̃ &hoc uerbo,si nobis per grammaticos liceret:quemadmodum Cicero Lentulitatem & Appietatẽ, & Pollio Patauinitatẽ dixit. Aptus est utiq; eius & prope necessarius usus. Nec em̃ ullo alio satis commode explicare possumus τὸ τί ἐστι, nisi id(ut uulgo solẽt)qd quid est interpretari uelimus: quod nec Græci sermõis proprietatem retinet, & segne planeq; expers usus & ĩtellectus fit apud nos. Sed(ut ad rem redeam) manere has quæstiões hinc pspicuum est. Si interrogetur enim, qualis est homo? dicaturq;,animal rõnale,quid dicemus? recte an secus esse rñsum? si recte, eadem erit quæstio,quid est & quale est:cum sine cõ

trouersia id recte etiam interroganti qd est homo, rñdeat: sin minùs recte respon sum est, non erit error, qm̃ non sit homo animal rõnale (id enim in cõfesso est) sed qm̃ pro qualitate rñsum est, quod nõ qua litas est, sed substantia eius de quo rogaba tur. ¶Quod dicimus autem, quæstionẽ generis, esse interrogationi quid est inclu sam, id uerum est, qm̃ bene rñdetur, quid est homo? est animal: ueruntamen nõ sic, ut totam interrogationem absoluat. Nisi addideris enim uel differentiam uel pro prium, non uideberis satisfeciſſe quæstio ni. Quo fit, ut cum de solo genere quæra mus, solitum sit interrogari, non quid est, sed cuius generis rerum est: Vt, cuius ge neris rerum est lumen? substantia ne an accidens? Et sentire, non quid est interro gamus, cum scire tantum uolumus, age re ne sit an pati: sed ad quod genus perti neat, actionis ne an passionis. ¶Qualitatẽ etiã uocamus in præsentia, non ut sit unũ ex decem prædicamentis: sed ut qualitas sit, quicquid non est substantia rei. Sic, & quantus est sol? & ubi sunt Nili fontes? & quando fuit Homerus? quæstiõe qua

Gen. quõ sit inclusum quæstioni qd est.

Qualitas hic qd sit.

Compositæ quæstio duplex.

litatis continentur. Simpliciũ ergo quæstionum hæc tria sunt capita: an sit, an sit illud, & quõ sit illud. ¶ Compositæ quæstionũ, alia est copulata, quoties duæ pluresue simplices coniunctione copulatiua iungũtur: Vt, an sit uirtus summũ bonũ, & anima sitne mortalis. Disiuncta alia, cum simplices disiunctiua coniunctione conseruntur: Vt, sitne mundus æternus, uel an quandoq; sit igni conflagraturus?

Diuersa est de his quæstionibus rõ pronunciandi. Nam copulata, uera pronunciari, nisi fuerint ambæ omnesue simplices, ex quibus componitur, ueræ, non potest: sin autẽ una fuerit falsa, tota dicetur falsa. In disiunctis contra, si una fuerit uera, totam pronunciamus ueram esse: falsam autem, nisi ambæ fuerint falsæ, dicere nequimus. Possemus & aliam addere istis, quæ simul ex disiuncta & copulata aut asserta constaret: nisi superuacuum uideretur, quoniam naturam copulatæ retinet. Efficacior est enim coniunctionis copulatiuæ uis, & disiunctiuæ post se rapit potestatem: Vt an homo est lapis, & animal uiuat, uel uiuum sit animatum? Licet

enim disiunctiuæ huius utræq; partes ueræ pronuncientur: tamẽ quia prior pars copulatæ falsa est, totam dicimus falsam.

Sed de ueritate & falsitate pronunciatorum non huius est loci tractare, sed ad iudicandi partem aptius referetur. Interim satis sit, quod huius materiæ est, hactenus attigisse.

¶Scholia in caput septimum.

PRimum itaque uidetur mihi.) Quæ ab Aristotele, inquit, enumerãtur: an est, quid est, quale est, quamobrem est tale: ea propriè non sunt quæstiones ipsæ, sed uelut electamenta ac prouocationes quædam ipsarum quæstionum. Veræ autem quæstiones sunt ea, quæ ab eo, cõtra quem agas, ad prænias istas interrogationes respondentur, quatenus ita de his agitur, quasi dubia sint. Verbi causa: Quid est iustitia? præuia quidem hæc est interrogatio, at nondum tamen constituta quæstio est: quippe cum nondum respondere queat, esse ita aut non esse. Posteaquam uerò responsum est, iustitiam esse uirtutẽ, quæ, cõseruata utilitate publica, suum cuique tribuatur: hic demum quæstio ipsa existit emergitque: uidelicet recténe ita finiatur iustitia, ut sit uirtus, qua, conseruata utilitate publica, suũ cuiq; tribuatur. Hæc Rodolphus. Quæ ut uerissima sunt, ita Aristotelẽ in eadem fuisse sententia, negari nõ potest. Neq; enim hoc agit eo loco uir ille, ut doceret, ijsdẽ qbus usus ẽ ipse,

nobis quoq; esse utendum uocibus: sed uocauit quæstionem quid est, qua quiditas ac substantia rei in disceptationem uenit, quibuscunq; tandē uerbis ea quæstio proponatur: & quæstionum quale est, qua de qualitate, hoc est, quibusuis rei accidentibus quæritur, atq; item in cæteris. Sed quid tu ais Rodolphe? qui tibi constas? an non ipse paulo superius quæstionem sic finiuisti, ut sit cum interrogatione elata oratio? Cum dico autem, quid est eclipsis Lunæ? qualis est aqua Cidni? quantus est Sol? quo tēpore anni Sol ingreditur cancrum? quò, cum à nobis recedūt, auolant ciconiæ? hæ omnes, nónne orationes sunt? nónne cum interrogatione elatæ? Quo circa tu certè uelis nolis, hasce non modò præuias quasdā interrogationes, sed quæstiones ipsas esse fatebere. Quid dicemus? an hoc fortasis, ea quæ hic dicuntur, uelut explicationem quādam esse paulò ante traditæ finitionis? ac proinde illam intelligendam sic esse, ut sit quæstio cum interrogatione elata oratio: oratio, inquam, non quæuis, sed ad quam commodè responderi queat, esse ita, aut nō esse? Earum porrò quæstionum quas adduximus, nulla ciusmodi est, ut alterutro horum modorum respōderi ad eam possit, quapropter ne quæstiōes quidem dicendæ sunt. ¶ Quæstionū igitur genera duo uidentur, simplex & composita.) Hoc modo & Boethius quæstionem diuidit primo topicorū, aitq; simplices quæstiones esse, quæ ex simplici propositione descendant: compositas, quæ ex propositione item composita. Quæ de re mox plura dicturi sumus, in hoc ipso

Obiectio.

Dilutio.

Quæstiones simplices & cōpositæ.

capite. Sit ne mundus æternus.) Quod octauo topicorum, & primo libro de cælo, asserit Aristoteles. ¶Et ex indiuiduis compositis corpusculis.) Quæ Democriti illius sententia fuit. ¶Hæc autem, an fuerit bellum Troianum? non est huius generis.) Iam monuimus, hanc quæstionem & similes, omnino à rhetoribus in earum referri numerum quæstionum, quæ dicuntur quæstiones an est. Rodolphũ uerò de hoc quæstionum genere nõnihil loqui astrictius. ¶Id est enim quod Aristoteles ὅτι ὄξὶ uocat.) Aristotelis hanc in rem uerba hæc sunt: τὰ ζητούμενά ὄξὶν ἴσα τῷ ἀριθμῷ, ὅσαπερ ἐπισάμεθα. ζητοῦμεν δὲ τέτταρα, εἰ ὅτι, τὸ διότι, εἰ ἔστι, τί ὄξὶν. Hoc est, Quæ de rebus quærũtur, ea æqualia numero ijs sunt, quæ scimus. Quærimus autem quatuor, quale sit, qua de causa sit tale, an sit, quid sit. Quòd si quis Hermolai hãc in rem uerba malit, ea in paraphrasi Themistiana sic habent: Sunt igitur quæstiones quatuor, an sit, quid sit, an huic illud insit, quamobrem insit. ¶Cur hunc ordinem fecerim quæstionũ.) Idcirco, inquit, hoc pacto quæstiones discreui, ut singulæ interrogationes, singularum item quæstionum explicatiõe possent absolui. Id quod non sit ea quærendi ratione, quam tradidit Aristoteles. Nam ad absoluendam interrogationẽ hanc, quid est homo? nõ satis est ostendisse, hominem esse animal rationale: sed & illud præterea docere oportet, ita esse hominem animal rationale, ut rursum animal rationale hominis sit definitio. Itidẽ

Capite proximo.

In principio 2. posteriorũ analyt.

habet in quæstione quale est. Neq; enim huic præuiæ interrogationi satis fit explicatione huius quæstionis, num homo sit eruditus? nisi etiam doctum fuerit, eruditionem esse accidens hominis. Quo ergo singula explicatiora essent, malui (inquit) hoc ordine quæstiones digerere, quàm sequi ordinem eum, quem alij tradidissent. ¶ Vtemur enim & hoc uerbo, si uobis per grammaticos liceret.) Quemadmodum meritò illi ridendi sunt, qui ubiuis etiam citra necessitatem noua ac inaudita quædã uerborum portẽta ipsi sibi cõminiscuntur: ita rursum laudandi illi, qui ubi res poscit, ubi cogit necessitas, ibi interim nouis, interim parum usitatis uti uerbis non nimium reformidant. Qua de re multa Cicero, tertio libro de finibus. Et Rodolphus in epistola quadã ad Alexandrũ Hegium: De analogia, inquit, deriuandorum compoñdorumq; nominum, uix mihi permiserim quicquã fingere, quod nõ apud autores inuenerim. Varia multiplexq; res est, de qua nihil præcipi perpetuum possit: & in qua nihil audeam, nisi sit fortasse, ut inquit Horatius, necesse, indicijs monstrare recentibus abdita rerum. Tamẽ ego, & socratitas, & platonitas, & entitas fortè dixerim, quàmuis repugnet Vallensis noster. Quid ni tam liberè, cum necesse sit: quàm Cicero nulla necessitate, appietatem & lentulitatẽ: & Pollio patauitatem quandam dixit sonare T. Liuium? ¶ Quemadmodum Cicero lentulitatem & appietatem.) M. Cicero familiarium epistolarum libro tertio in epistola quadam ad Appium Pulchrũ: Quo-

Verbis nouis quatenus utẽdum.

Socratitas.

Platonitas.

Entitas.

Epist. 7.

So,inquit,etiamne tu has ineptias,homo,mea sententia,summa prudentia,multa etiã doctrina,plurimo rerum usu,addo urbanitatem,quæ est uirtus ut Stoici rectissimè putant: ullam Appietatem aut Lentulitatem,ualere apud me plus, quàm ornamenta uirtutis existimas? ¶Et Pollio Patauinitatem dixit.)Quintilianus libro octauo:Et in T. Liuio,inquit,miræ facundiæ uiro putat inesse Pollio Asinius,quandã Patauinitatẽ. Meminit eiusdem rei idem autor & libro primo. Voluit opinor Asinij Pollionis hac reprehendendi libertatem imitari Frãciscus Philelphus,cum dixit in quadam epistola,Fabium Quintilianum nescio quam sonare Hispanitatem. Id quod ego illum dixisse existimo,nõ quod ita sentiret,sed quo festiuiter arguteq; in uirum tantum lusisse uideretur: aut certè ne uideretur subscribere antagonistæ illi suo Laurentio Vallæ, qui tantopere probat ubiq; Fabium. ἀλλὰ ταῦτα μὲν τῶν παρεργων. Quare progrediamur ad reliqua. ¶Nec enim ullo alio satis commode explicare possumus,τὸ τί ἐστι.)Aristoteles primo topicorum sic habet: ἔστι δὲ ὅρος μὲν λόγος, ὁ τὸ τί ἦν εἶναι σημαίνων. Ea uerba hunc in modum hodie leguntur apud Latinos: Est aũt terminus oratio quid erat esse significans. Rodolphus non solum mollius,sed & significantius fore putat, si legamus hoc pacto: Finitio est oratio commodè explicans rei quiditatem. Quo nomine usus est nonnunquam Argyropylus ille Byzantius, homo Græcè

Appietas
Lẽtulitas
Patauinitas.
Hispanitas.
Termin⁹ pro finitione.
Quiditas

pariter et Latinè doctißimus. ¶Quòd dicimus autẽ, quæſtionem generis eſſe interrogationi, quid eſt incluſam.)Hic eſt locus ille, cuius mentionem feci libro ſuperiore capite quinto. Laurẽtius Valla: Quanquã & ipſe(inquit)Porphyrius peccauit: qui interroganti, quid eſt homo, putat reſpõdendũ, eſt animal. Quin potius animal rationale? Cur illam partem, ut putat, qualitatis relinquit? cur dimidiatam reddit reſponſionẽ? Sed de his plura ſuperius. ¶Compoſitarũ quæſtionum, alia copulata.) Non uideo quomodo à rudioribus harum rerum, ea quæ deinceps de quæſtionibus ab Rodolpho dicuntur, ſatis queant intelligi, niſi cognita prius natura pronunciatorum. Quæ tametſi à diuerſis explicatur tam uariè, ut uix habeas ex tam multis quem potißimum imiteris: audendum eſt tamen uel cum periculo aliquid, ut ne omnino locus hic indiſcuſſus uideatur. Eſt ergo (quemadmodũ & ſuperius dixi) pronunciatum, oratio perfecta uerũ aut falſum ſignificans: Vt, philoſophari oportet, ſed paucis. Auaro tam deeſt quod habet, quàm quod non habet. Beneficium dando accepit qui digno dedit. Si perges dicere quæ uoles, audies quæ non uoles. Verũ pronunciatum uoco, quod ſignificat ita ut res habet. Falſum, quod ſecus atq; res habet, ſignificat. Verbi cauſa: Vera pronunciata ſunt: Virtus pluris eſt facienda quàm opes. Melius eſt nubere quàm uri. Præſtat cum altero oculo ingredi in regnum cælorum, quàm cum utroq; in gehennam detrudi. Falſa: Voluptas eſt ſummum bonum. Nihil affert commodi fides

Pronunciatum.

Verum.

Falſum.

nisi accedente obseruatione legis Mosaicæ. Præstat iniuriam facere quàm accipere. Duo sunt pronunciatorum genera: unum simplex, alterum compositũ. Simplex est, quod duobus terminis constat, subiecto & prædicato: ut, Omnia nemo potest. Virtus est uitium fugere. Labor omnia uincit. Amãti nihil difficile est. Compositum, quod duobus, aut minimum, simplicibus pronunciatis constat: ut, neq; mundus æternus est, neq; animatum est cælum. Si non tangere mulierẽ bonum est, ergo tangere malum. Huius rursum tres sunt species, copulatũ, disiunctum, cõnexum. Copulata pronunciata dicuntur. quorum is est usus apud autores probatos, ut plura ita coniungant, ne tamen aliud alij necessitate aliqua cohærere significetur: Vt, quo tempore Christus crucifixus est in Iudæa, eo tempore Romæ imperabat Tiberius. Cicero eloquentior, Cato innocentior fuit. Disiuncta sunt, quæ plura pronunciata simplicia ita coniungunt, ut significent solum unum ex ijs uerum esse oportere: Vt, aut dies est aut nox est. Aut uiuit aut non spirat. Homo quisq; aut uir est aut fœmina. Cõnexa seu adiuncta pronunciata uocant Latini, quæ συνημμένα a græcis dicuntur. Ea sunt, quorum is usus est apud doctos, ut significent partem priorem sine posteriori ueram esse nõ posse, hoc est, partem eam quæ posterior est, necessariò ex priore sequi. Vt, si dies ẽ, lux est. Si pluit, terra madescit. Si mel quod apes conficiunt meum est, erunt meæ & apes. Quibus addere licet etiam illa: expulsa è ciuitate iustitia, concor

Duo pronunciatorũ genera

Simplex.

Cõpositũ.

Tres spẽs pronunciati propositi.

Copulatũ

Disiunctũ

Connexũ.

dia diu inter ciues esse non potest: q currit, is & mouetur: quia deus bonus est, nos sumus? aliáque id genus infinita, quorum (ut dixi) is apud eruditos est usus, ut significent partem priorem, sine ea quæ posterior est, ueram esse non posse. Atque hæc sunt pro

Conditionalia pronunciata quæ sint.

priè illa, quæ dialectici hypothetica, hoc est, conditionalia uocant: qua tamen appellatione, & disiuncta quoque pronunciata est complexus Boethius: haud nimirũ de causa, quod in ijs etiam, si rem intueare propius, tacita semper subest conditio. Cum enim dico, aut dies est aut nox est: illud haud dubiè significo, si dies non sit, tum esse necessariò noctem: & contra, si non sit nox, tum necessariò diem esse. Quale cũ nihil sit uidere in copulatis, demiror equidem, quid sit, cur & ista plerique hypothetica, hoc est, quemadmodum interpretatur Boethius, conditionalia uocent. Iam copulata ea demum uera dicuntur, quorũ

Veritas copulatorum.

singulæ partes ueræ sunt. Quod si harum una aliqua falsa erit, totum quoque pronunciatum censebitur falsum. Disiunctorum ea uera esse censentur, quo

Disiunctorũ ueritas

rum partes ea inter se habitudine sunt, ut earum omnino unam, neque plures una ueras esse sit necessarium. Quod si aut nulla aut plures quàm una ueræ esse possunt, ea pronunciata (modò Ciceroni & Aulo Gellio fidem habeamus) inepta & falsa sunt. De

Quæ connexa uera aut falsa sint.

quo mox plura. Inter connexa ea dicimus esse uera, quorum pars prior uera esse sine posteriore neqt. Debet enim ueritas horum spectari, non ex ratione partium singularum secundum se, sed ex utrarunque in

micem connexione ac cohærentia. Ita fieri potest, ut falsis partibus, tota tamen pronunciata uera sint. ut si non est creatus mundus, tum ab æterno fuit. Et contrà, ut ex partibus ueris tota pronunciata falsa existant: ut si philosophus Plato fuit, fuit idem & eloquēs. Voco autem in præsentia partem priorem, ex qua altera significatur sequi, etiamsi uerbis tenus non ponatur priori loco. Verbi causa: Quid prodest quòd me ipso animo non spernis Amynta, Si dū tu insectaris apros, ego retia seruo? Hic quod secundo loco dicitur, antecedens siue pars prior est. Ergo ut aliquādo ueniamus eò quorū gratia hæc adduximus, Rodolphus copulatam quæstionem dicit, quæ ex copulato pronunciato nascitur: itidémque disiunctam, quæ ex disiuncto oritur pronunciato. Cætera suis sparsim locis dicemus. ¶ In disiunctis contrà, si una pars fuerit uera, totam pronunciabimus ueram esse.) Imò uerò in disiunctis pronunciatis id satis non est, unam partium esse utcunque ueram: sed & illud præterea exigitur, eam esse partium inter se habitudinem, ut necesse sit unam aliquam ueram esse. Et rursum, quoties plures una parte ueræ esse possunt, ea quoque pronunciata disiuncta, inepta esse aiunt ac falsa. Qua de re Cicero in topicis: Quæ, inquit, conclusiones idcirco ratæ sunt, quòd in disiunctione plus uno uerum esse non potest. Et Aulus Gellius libro decimosexto: Ex omnibus, inquit, quæ disiunguntur, unum esse uerum debet, cætera falsa. Quòd si aut nihil omnium uerum, aut omnia plu-

Exactius de ueritate disiunctorum.

ráue quàm unum, uera erunt: aut quæ diſiuncta ſunt non pugnabunt, aut quæ eorum oppoſita ſunt, cõtraria inter ſe non erunt, tunc id diſiunctum mẽdacium eſt. Hæc Marcus Cicero, & Aul. Gellius. Porrò quòd dicitur, neceſſarium eſſe ut inter diſiũcti partes una ſit uera: ea neceßitas interim oritur ex natura ipſarum rerum, interim ex quadam hypotheſi. Vt ſi dicas: aut Miloni Clodius inſidias fecit, aut Clodio Milo: hic quod ad rerum naturam attinet, nihil obſtat quin poßint utræq; partes eſſe falſæ: at ſi ponas, inter eos factas eſſe inſidias, iam certè alteram partem ueram eſſe neceſſe eſt. Quòd præterea, plus una parte uerum eſſe non debere: eius ego contrarium nonnũquam uideo obſeruari, maximè in cauſis ciuilibus. Verbi cauſa: Si hominem occidit, aut id ideo fecit, quòd inueterato ab eo odio dißideret, aut quòd commodum aliquod ex morte eius ſperaret, aut quòd ſibi ſimile aliquid ab illo metueret, &c. Cur autem cũ odiſſet? quæ commodorum ſpes erat? quid fuit quòd ab illo ſibi metueret? quo fit, ut ne occiderit quidem. Hic certè accuſator, & odio, & ſpe, & metu, dixerit cædem factam eſſe, & nihilo minus uera eſſe dicatur hæc propoſitio. ¶ Poteramus & aliã adderebis. Ait Rodolphus, quæſtionem eam quæ ex copulata & diſiuncta cõſtat, ſemper copulatæ uim ac naturam retinere. Alius fortaſſe non minus uerè, atq; haud ſcio an etiam uerius, dixerit eam pro diuerſitate prolationis ac ſententiæ, interim copulatis, interim diſiunctis annumerandam eſſe.

¶Principio, duos esse quærendi modos, asseueranter & cum conditione. Deinde, prædicatiuam quæstionem id esse, quod rhetores thesim uocãt: & conditionalem, quam illi hypothesim. Postremo, alios adhuc duos quærendi modos restare, unum purum, alterum modalem. Cap. VIII.

Duos esse quærendi modos, asseueranter & cũ conditione.

MOdi quærẽdi sunt duo generales. Aut eñ asseueranter quærimus, aut cum conditione. Asseueranter quærimus, cum dicimus, an administranda sit respublica? Cum conditione: ut, an sit administranda respublica, si prudentia mũdus non regatur. Primam uocant Græci κατηγορικὴν, quam nos possumus prædicatiuam dicere. Secundam ὑποθετικὴν, quam nos conditionalem. Est aũt quærere cum conditione, & simplici quæstione, & composita. Simplici: ut, si deus est, an sit bene agendum? Composita: ut, an si uirtus est summũ bonum, curãda sit respublica, & honores expetendi? Sic & simplici quæstioni compositam addere cõditionem possumus, & compositæ cõpositam: quæ clariora sunt, quam ut egeant exemplis.

Veritas unde spectanda in prædicati

¶Hoc autem annotandum est, in prædicatiuis pronunciari uerum uel falsum, ex eius, quod quæritur, natura: Vt, si quæra

tur,an sit deus,pronũciamus esse,idq; uerum esse,quoniam sit.In conditionalibus autem, non ex natura eius quod quæritur, sed ex cõditione: idq; non ex ueritate aut falsitate conditionis, sed ex cohærentia solum & uinculo,quo est ei,de quo quæritur, alligata.Potest enim conditionale pronũciatum uerum esse, sic, ut neq; id de quo pronunciatur,neq; conditio sit uera:modo ea sit habitudo eorum, ut data conditione,consequens etiam sit, dari pronunciatum.Si dicas enim, mũdus non deficiet,si nõ cœpit:uerum est hoc, quanquam utrũq;,& non defecturum eum,& nõ cœpisse,sit falsum.Si enim dederimus istud, quãuis falsum sit, & uerum fingamus esse,non cœpisse mundum: consequens est etiam dicere,non esse defecturum.

Prædicatiuam quæstionẽ thesim esse:cõditionalẽ, hypothesim.

¶Eadem ista,quæ diximus prædicatiuã & conditionalem quæstionem,sunt (nisi tamẽ me fallit opinio) quæ rhetores uulgatis nomĩbus θέσεις καὶ ὑποθέσεις uocant. Quorum illud est,quod Cicero propositum uel cõsultationem interpretatur. Hoc causam uel controuersiam. Et esse propositum,quod nullis certis finibus tempo-

locoꝝ, perſonarꝝ concludit. Controuerſiam uero, quæ definita ſit uel oĩbus uel pluribus horꝝ, quæ attributa uocantur perſonarꝝ & negocioꝝ: quæ cuiuſmodi ſint, poſt dicemus. Vt ſit propoſitũ, an ſit ducenda uxor? an accedendũ ad rempublicam? Controuerſia aũt, ſitne Catoni ducẽda uxor? ſitne Socrati accedendũ ad rẽ publicã? ¶ Non pertinet aũt nec oĩs controuerſia, nec ſola ad rhetorem. Nanq; curari ne poſſit ab hac ualetudíe Auguſtus: ut multa habuiſſet Antonius Muſa medícus quæ diceret, ita níhil fortaſſe Meſſala. Quã tñ controuerſiam eſſe, ex priore deſcriptione nemo negauerit. Et de propoſito etiam in foro quæret: ut qui ſe ſuſtuliſſe de ſacro rem profanam fateatur, furtumq; feciſſe nõ ſacrilegiũ cõtendat, nempe quærit, non utrũ hic aut alíus fecerit: ſed ſolum, utrum rem profanã de ſacro ſubducere, ſit ſacrilegium. ¶ Et propoſitum quidẽ eſſe idipſum quod prædicatíuam quæſtionem, poſita hinc inde de eis exempla, facile declarant. De cõtrouerſia eſt, quod poſſet ambigi. Videntur enim oĩes aut plurimæ aſſeueranter efferri: ut,

Notatium culæ.

Struxerit ne Clodi insidias Miloni? An priuato consilio Annibal obsideat Sagun tum? An delẽda Carthago? Quod uerum esse nõ abnuo. Quocirca qui hunc exima mus scrupulũ, huius admonendi sumus: Quemadmodũ sunt pronunciata quædã, quibus est diserte adiecta conditio: ita quæ dam sunt, quæ ferè cum intellectu conditionis efferuntur. Itaq; quamuis per se falsa sint, tñ interpũtatione quadam reiectaq; ad conditionẽ mente, pro ueris sumunt. Vt si quis interroget, quid sit defectus solis? dicimus esse obscuritatem prouenientem ex lunæ obiectu, prohibẽtis nos aspicere solẽ: cuiusmodi sit rosa? dicimus florem candidũ & odoratũ densis crispanti busq; foliis. Ista cum neq; sol deficit, neq; ulla rosa est, uera non sunt: semper tñ qm̃ ueluti præsente conditione pferimus ea, pro ueris accipiuntur: suntq; uera in eam sententiam qua pbant, non in eam quam præbent: Id est, si sunt, erunt utique talia.

Duplicia pronunciata conditionalia.

Oĩbus cõtrouersiis tacitã utiq; subesse cõditionẽ

Hoc pacto etiam controuersiæ, tacitam semper extra id quod quærit, adiectam habent conditionem. Pleræq; uero apertam, ut propemodum declamatiões oẽs,

Proponimus enim leges esse, deinde hæc aut hæc facta eē: Vt lex sit, uir fortis optet præmiū quod uolet. Alia item, qui in acie deseruerit, capite plectat. Quidam in bello patriæ fortiter fecit, idem anteq̄ præmiū optaret, deseruit: poscit ad pœnam: tum si hæc ita se habeant, quærimus, debeat ne huic in grām prioris meriti, præsens crimen remitti? quis nō uidet hic reuera totam quæstionē ex conditione pendere? Sic etiam, si quis, recte ne Cato Martiam uxorem dimiserit, percontetur. Cui em̄ ignotus sit Cato, ignorata Martia, qd habebit hic, quod dicat, nisi de cōmuni p posito, an quisquam recte dimittat uxorem? nihil em̄ aliud substātia eorum quæ sunt in quæstione complectitur. Interrogabit ergo, quis uir fuerit Cato, quæ mulier Martia. Quod ubi acceperit, Catonē ciuem Romanū, senatorem, Stoici personam præferentē: Martiam fœminam nobilem, spectatæ pudicitiæ, trium liberorū ex Catone matrem: iam dicet nimiū, sint ne hæc ita nec ne, haud queam affirmare, possunt em̄ aliter esse: uerum si sint (ut dicis) tum uideri, uel recte dimisisse, uel nō

recte, utcunq; de re sentiet: non quidē de Catonis persona, quatenus Cato, hoc est, hic hō est, sed quatenus talis, qualē illū ex presſit. Posset eñ & Cato talis hō nō esse, & alius, q̄ Cato esse talis. Ergo hæc oīa ex conditione dicunt in hanc quæstionem.

Propositū Propositū solum, id est, quod in eorum, quæ sunt in quæstione, substantia ponit, hoc est, an ne quisquam hō recte dimittat uxorē, siue is hic hō sit siue ille, siue quēcū q̄ fingere uolumus: inquantū ad substantiam suam ptinet, hoc est, inquantū est homo, nihil est quod in quæstione propter ea mutetur. Quāobrem fit, ut plerūq; ne-

Cur dicturus in foro plerunq; narratiōe egeat cesse habeant narrare, qui in foro dicunt, præsertim, si ueram cōtrouersiam, & non propositū dicant. Qm̄ conditiones eas, q̄bus causa innititur, pceptas añ & uelut datas oportet. Quod nisi fiat, nihil fit quod de proposita quæstione queant satis constanter dicere. Sed in propositis etiam explicandis, psæpe ad cōtrouersiam delabimur, qd̄ Quintilianus uocauit argumentum καθ' ὑπόθεσιν, hoc est, secundū conditionem. Mihi quidem nō argumentum, sed illata noua quæstio uidetur. Vtq; dis-

ferat,non esse ducendã uxorẽ, & labores, solicitudines mr̃imonior̃ explicet: dicat deinde, quid si paup fit? quid si studio deditus? quid si improbior uxor? nouæ fiũt quæstiones,an pauperi ducenda uxor? an studenti? an improba? quæ utiq; in propo sito primo non cõtinent, sed non secus atq; in reliquis cõtrouersijs inserũtur quæ stioni,extra eius, de quo quæritur,substã tiam. Oĩs itaq; (ut dicimus) cõtrouersia, cõditionalis quæstiõis habet naturã: utq; non eodẽ modo efferat, idẽ tñ ualet. Quo circa hoc ipso qđ quæstionẽ in prædicati uã & cõditionalẽ diuisim⁹, satis uidemur eã diuisionẽ, quæ est in ꝓpositũ & cõtro uersiã esse cõplexi. Prædicatiua igit quæ stio & cõditiõalis hmõi sunt. ¶ Sũt & alij duo modi quærendi, cuilibet istor̃ cões, quor̃ uno pure quærit, fit ne hoc, an non fit: & fit ne hoc, si hoc est. Id uulgo de ĩesse uocãt, nos pur̃ possum⁹ uocare. Alio uero mõ quærit de certa lege existẽdi, cum nõ dicim⁹ pure, fit ne hoc, sed an possit eẽ. Eas quæstiões uocãt modales. Modi autẽ sunt quatuor: possibile: hoc eñ nomĩe utamur oportet, qđ quanq̃ durius ẽ, tñ (ut in

Rursũ duos cẽ quærendi modos, pure, & cũ mõ.

quit Quintilianus) solũ est eius qđ Græci δυνατὸν uocant, id est, quod siue sit, siue nõ sit, nihil refert, dũmodo possit esse. Necessariũ, quod non põt non esse. Contingẽs, quod põt esse & non esse. Et impossibile, quod nequaquam põt esse. Est aũt prædicatiua modalis: ut, an homo põt currere? an hominẽ cõtingat mori? Est & conditionalis: ut, an si uirtus sit summum bonũ, necesse sit animã esse immortalẽ? Idq; dupliciter fit. Qñq; eñ modũ afferimus ei, de quo quærimus ex conditione: Vt, si homo currit, an hominẽ necesse sit moueri. Qñq; uero ad consecutionẽ quæstionis & cõditionis referimus modũ. Vt si dicamus, necesse est, si hõ currit, ut hõ moueatur. Multumq; differũt hæ quæstiões. Primã eñ falsam pronũciamus, secũdam autem ueram. Falsum eñ est, hõ currit, ergo necesse est eum moueri. Potest eñ nõ moueri, quia põt nõ currere. Sed ueꝝ est, necessariũ est, quia hõ currit, idcirco eũ moueri. Sed ista tenuiora sunt, nec huius istituti. Aliꝭ libris, si qñ de argumentationũ lege, hoc est, de iudicãdi pte scribẽdi ociũ dabit, copiosiꝰ simul & aptius ista dicemꝰ.

Modaliũ diuisio.

¶ Scholia in caput octauum.

PRimã uocãt Græci κατηγορικὴν quã nos prædicatiuã.) Ergo Rodolpho copulatæ etiam quæstiones, atq; haud scio num & disiunctæ, quoties per se efferuntur, categoricæ, id est, prædicatiuæ dicendæ sunt. Quãdo illud κατηγορεῖν, non modo accusare, sed et prædicare significat. Et de copulatis quidem, facilè equidem ei subscripserim: de disiũctis malim Boethio, qui illas refert inter hypotheticas, hoc est, conditionales, propterea quòd, quemadmodum diximus capite præcedẽti, tacita in ijs omnibus subest cõditio. ¶Sic & simplici quæstioni compositam addere conditionẽ possumus.) Vt si dicas, An si prouidentia regitur mundus, & immortalis est hominis animus, tum est administranda respublica? ¶Et compositæ compositam.) Eius rei hoc esse posit exemplum: An si animi nostri sunt immortales, & prouidentia mundus regitur, tum est administranda respublica, & honores expetendi? ¶In conditionalibus autem, non ex natura eius quod quæritur.) De hoc diximus capite præcedenti, cum ageremus de connexis pronunciatis & de ueritate illorum. ¶Quæ rhetores uulgatis nominibus θέσεις καὶ ὑποθέσεις uocant.) De his Cicero cum in alijs locis quibusdam, tum uerò in Topicis & in partitionibus: & Quintilianus libri tertij capite quinto, necnõ Seuerinus Boethius quarto libro topicorum. Thesis est quæstio infinita, sine circunstantiarum adiunctione proposita: Vt, sit ne ducenda uxor? an sit bellum gerẽdum? Hãc Thesis qd

Hypothesis.

Cicero in topicis propositum uocat in partitionibus consultationem. Hypothesis est quæstio finita, cũ circunstantiarum adiunctione proposita: Vt. sit ne Catoni uxor ducenda? sit ne Cæsari bellum suscipiendum aduersus Pompeium. Hanc Cicero in partitionibus controuersiam, causam in topicis uocat.

Circunstantiæ.

Circunstantiæ sunt, persona, locus, tempus, causa, agẽdi modus, instrumẽta, quæq; alia eius generis sunt. ¶Non pertinet autem nec omnis controuersia nec sola ad rhetorem.) Monui superius, omnem hanc opinionum diuersitatem pendere ex diuerso intellectu uocabuli.

An oẽs hypotheses subiectæ sint rhetori.

Nam si rhetoricen accipias artem eam, quæ in commune docet, quo modo de re quaq; elegans politaq; texi posit oratio: hoc nimirum intellectu, omnes cuiuscunq; tãdem generis sint quæstiones, hactenus sibi subiectas habet, quatenus politè ornateq; potest de eis dici. At si hoc nomine intelligatur omnis ac sola facultas illa, qua debẽt esse instructi ij, qui causas in foro agunt, hac certè ratione non omnis controuersia siue hypothesis ad rhetorem pertinet: neq; quisquam hoc unquam dixit. Nisi fortè, si quis dialecticen à rhetorice ita distare dicit, ut de thesibus illa, hæc de hypothesibus disputet: hunc nos illud continuò dicere interpretamur, omnis hypotheses ad rhetoricẽ pertinere. Id quod perinde mihi uidetur esse, ut si quis dicat terram hoc differre ab igni, quod hic calidus, illa frigida sit: atq; inde nos colligi illud credamus, omnem calorem in igni, omne frigus in terra esse: cum tamen & aquam frigidam, & aerem cali-

dum esse sit manifestum. Iam quòd subdit Rodolphus non etiam solam controuersiam, sed & propositum siue thesim pertinere ad rhetorē, eius rei autores habet, Ciceronem in libris de oratore, et Fabium libro institutionum (opinor) secundo. Sed & hic quoq; uerbis modò tenus dissensio est. Nam qui dicunt solis hypothesibus locum esse in foro, ij hoc intelligunt, id quod initio iudicibus proponitur, causam seu hypothesim esse: id quod nec Cicero, opinor, ipse negauerit. Quòd autem is ipse, secutusq; eum Quintilianus & post utrunq; Rodolphus, aiūt theses quoq; id est, proposita & consultationes in forum uenire, id in hunc sensum accipi debet: Contingit sæpe inter dicendū, ut generalis atq; infinita quæstio aliqua sic in hypothesi ea, de qua pronunciandum est, includatur, ut omnino de hypothesi hac, quæ propriè in iudiciū uenit, statui nihil possit, nisi prius infinita illa quæstione discussa. Vt in causa Miloniana, prima quæstio est, teneatur ne Milo lege Cornelia de sicarijs. Negat id Cicero, quòd ea lege non teneantur ij, qui iure quempiam occidissent: porrò Clodium iure à Milone occisum esse. Quamobrē iure? Quia Clodius, inquit, insidias Miloni fecit: omnis autem insidiator iure potest occidi. Hic ergo iudices pronūciare habēt de eo, teneatur ne Milo lege Cornelia, an non teneatur: quam esse controuersiam constat. Verum de hac re nihil quicq decerni potest, nisi planū factū sit prius, iurè an iniuria Clodiū Milo occiderit. Quod sic probat orator, ut dicat Miloni à Clodio factas ēe insidias, Theses ad quæstiōes generales quatenus ad oratorem pertineant.

omnem autem insidiatorē iure occidi posse. Iam hæc, omnem insidiatorem iure posse interimi, non hypothesis est, sed thesis. Atq; huic cæteræ omnes sic innituntur, ut omnino primæ illius cōtrouersiæ nulla esse certitudo queat, nisi hæc prius in hanc aut illam partē probata sit. Quamobrē Cicero, statim à principio orationis, hanc sibi existimauit esse discutiendam. Atq; hoc est illud quod dicitur, etiam thesibus esse in foro locū. ¶Vt multa habuisset Antonius Musa.) Hic medicus Augusti Cæsaris fuit, homo medendi arte insignis. Meminit eius in epistola quadam Horatius: meminit & Plinius naturalis historiæ libro uigesimonono, capite primo: & rursum libro trigesimo, capite tertio. ¶Messala.) Hic est Messala ille Coruinus, non postremi nominis orator, qui ex graui ac diuturno morbo nominis etiā sui oblitus fuit. Meminit eius & Cicero in libro de claris oratoribus ad Brutū. ¶Et propositum quidem esse id ipsum quod prædicatiuam quæstionē, hinc inde de eis exempla facilè declarant,) Haud scio num id satis declarent exempla. Nam si dicas: An si adulterum occidere licet, iccirco eundem fas est & loris cædere? an si qua mulier est adultera, eadē & uenefica est? num si prouidentia mundus regitur, tum est administranda respublica? hæ utiq; omnes prædicatiuæ quæstiones non sunt: at theses tamē aut propositæ ea esse, id manifestius est, quā ut ullo modo negari queat. ¶De controuersia est quod posset ambigi.) Hypotheses, inquit, ac cōtrouersiæ, tametsi uoce tenus asseueran-

Antonius Musa.

Messala Coruinus

An theses oēs prædicatiuæ sint quæstiones.

An hypothesis oīs quæstio sit conditionalis.

ter ferè uideantur proferri, tametsi sensum magis quàm uerba expendas, facilè animaduerteris, semper tacitã eas inclusam habere conditionẽ. ¶Struxerit ne Clodius insidias Miloni.) Hanc coniecturalem copiosissimè tractat Cicero in oratione Miloniana, cuius toties iam à nobis facta est mentio. ¶An priuato consilio Annibal obsideat Saguntum.) Hæc Sagũtus urbs erat Hispaniæ, quam Pœnorum dux Annibal obsedit cepitq; prius, quàm exercitum duceret in Italiam. Lege T. Liuij de secundo bello punico librum primum. ¶An delẽda Carthago.) Hoc M. Porcius Cato suasit, Scipio Nasica dissuasit. Vicit tamen sententia Catonis, qui uir quàm leui argumẽto persuaserit tantæ euersionem urbis, his uerbis explicat Plinius: Nanq; perniciali, inquit, odio Carthaginis flagrans, nepotumq; securitatis anxius, cum clamaret in omni senatu Carthaginem delendam, attulit quodam die in curia præcocem ex ea prouincia ficum: ostẽdẽsq; patribus, interrogo uos, inquit, quando hoc pomum demptum putatis ex arbore? Cum interomnes recens esse constaret, Atqui tertium, inquit, ante diem scitote decerptum Carthagine. Tam prope à muris habemus hostem. Statimq; sumptum est punicum tertium bellum, quo Carthago deleta est: quanquam Catone anno sequente rapto. Quid primum in eo miremur? curam ingenij, an occasionem fortuitam? celeritatemque cursus. an ingenium uiri? Super omnia equidem est, quo nihil equidem duco mirabilius, tantam illam urbem, & de ter

Saguntus

Quo argumento persuaserit Cato delẽdam Carthaginem Pli. lib. 15. cap. 18.

rarum orbe per centum uiginti annos urbis emulam, unius pomi argumento euersam. &c. ¶Quemadmodum sunt propositiones quædam, quibus est diserte adiecta conditio.) Non oscitanter legenda sunt hæc. Profuerint enim ad explicanda multa, in quibus mirum hodie quàm sudent quidam, et tamen frustra. ¶Recté ne Cato Martiam uxorem dimiserit.)

Martia à Catone dimissa & recepta.

Cato Vticēsis post diuortium Attiliæ Martiam Philippi filiam duxit uxorem. Hanc Martiam uir nobilis & orator insignis Hortensius, sibi à Catone tantisper tradi postulauit, dum prolem unam aut alterā ex ea sustulisset: idq; assentiente Martiæ patre Philippo, à Catone obtinuit. Post annos aliquot, cum è uiuis excessisset Hortēsius, Cato Pompeium, cœpto iam ciuili bello, extra Italiam secuturus, Martiā rursus liberorum ac totius familiæ causa sibi matrimonio iunxit. Quod eius factum ceu auaritiæ argumētum, criminatus est in Anticatone Cæsar. Lege uitam Catonis apud Plutarchum. ¶Catonē ciuem Romanum, senatorem, Stoici sectam præferentem.)

Cato philosophus Stoicus.

Fuit enim Cato philosophus Stoicus, quæ res iocandi ansam præbuit Ciceroni, in oratione qua Murenā defendit cōtra ipsum hunc M. Catonem & Seruiū Sulpitium. Ego, inquit, consilium tuum Cato, propter singularē animi mei de tua uirtute iudicium, uitupe rare non audeo, nonnulla in re forsitan conformare, & leuiter emēdare posim. Non multa peccas, inquit ille, fortißimo uiro senior magister: sed si peccas, te regere possum. At ego te ueriſsimē dixerim pecca-

re nihil, neq; ulla in re te esse eiusmodi, ut corrigendus potius, quàm leniter inflectendus esse uideare. Finxit enim te ipsa natura ad honestatem, grauitatem, temperantiam, magnitudinem animi, iustitiam: ad omnes denique uirtutes magnum hominem & excelsum. Acceßit his tot, doctrina non moderata nec mitis: sed ut mihi uidetur paulo asperior & durior, quàm aut ueritas aut natura patiatur. Et quoniam non est nobis hæc oratio habenda, aut cum imperita multitudine, aut in aliquo conuentu agrestium: audacius paulo de studijs humanitatis, q̃ & mihi & uobis nota & iudicanda sunt, disputabo. In M. Catone, iudices, hæc bona quæ uidemus diuina & egregia, ipsius scitote esse propria. Quæ nonnunquam requirimus, ea sunt omnia non à natura, sed à magistro. Fuit enim quidam summo ingenio uir Zeno, cuius inuentorum æmuli, Stoici nominantur. Huius sententiæ sunt & præcepta eiusmodi, sapientem gratia nõ moueri, nunquam cuiusquam delicto ignoscere: neminem misericordem esse, nisi stultum & leuem: uiri non esse, neq; exorari neq; placari: solos sapientes esse, si distortißimi sint, formosos, si mendacißimi, diuites: si seruitutem seruiant, reges. Nos autem qui sapientes nõ sumus, fugitiuos, exules, hostes, insanos denique esse dicũt: oĩa peccata esse paria, omne delictũ scelus esse nefariũ: nec minus delinquere eũ qui gallũ gallinaceum cum opus non fuerit, quàm eum qui patrem suffocauerit, sapientem nihil opinari, nullius

Ioci Ciceronis in Stoicos.

rei pœnitere, nulla in re falli, sententiam mutare nunquam. Hæc homo ingeniosissimus M. Cato, autoribus eruditissimis inductus, arripuit: neq; disputandi causa, ut magna pars: sed ita uiuendi. Petunt aliquid publicani: cauc quicquam habeat momenti gratia. Supplices aliqui ueniunt miseri & calamitosi: sceleratus & nefarius fueris, si quicquam misericordia adductus feceris. Fatetur aliquis se peccasse, & eius delicti ueniam petit: nefarium est facinus ignoscere. At leue delictum est: omnia peccata sunt paria. Dixisti quicquam: iam fixum & statutum est. Non re ductus es, sed opinione: sapiens nihil opinatur. Errasti aliqua in re: malè dici putat. Hac ex disciplina nobis illa sunt. Dixi in senatu me nomen consularis candidati delaturum. Iratus dixisti. Nunquam, inquit, sapiens irascitur. At temporis causa. improbi, inquit, hominis est mendacio fallere. Mutare sententiam, turpe est: exorari, scelus: misereri, flagitium et cætera. ¶Propositum solum id est, quod in eorum, quæ sunt in quæstione, substantia ponitur.) Hoc est, Propositum, thesis, siue consultatio est quæstio ea, qua exclusis circunstantijs, de sola quæritur natura ipsarum rerum. Vt posit ne homo quisquam iure occidi, num metus cadere posit in constantem uirum. ¶Quod Quintilianus uocat argumenta καθ' ὑπόθεσιν.) Verba Fabij libro quinto hæc sunt: Illud adijciendum uidetur, duci argumenta, non à confessis tantum, sed etiam à fictione, quam græci καθ' ὑπόθεσιν uocant: & qui-

Argumenta καθ' ὑπόθεσιν.

dem ex omnibus ijſdem locis, quibus ſuperiora, quia totidem ſpecies eſſe poſſunt fictæ quot ueræ. Nam fingere hoc loco id eſt, proponere aliquid, quod ſi uerum ſit, aut ſoluat quæſtionem aut adiuuet. ¶ Sunt et alij duo modi quærendi.) Tradunt dialectici, præter diuiſionem illam ſuperiorem, duo adhuc eſſe pronunciatorum genera, purum unum, alterum modale. Pura pronunciata nominantur, quibus aut ſimpliciter, aut adiecta conditione, purè eſſe aliquid aut non eſſe ſignificamus. Vt, Mors ultima linea rerum eſt. Et, ſi non aliqua nocuiſſes, mortuus eſſes. Modalia uocant, quibus non pure, ſed certo quodam modo, certáq; lege, aut eſſe aliquid ſignificamus aut non eſſe. Vt diuitem ingredi in regnum cælorum eſt impoßibile. Contingit hominem eundem, & bonum uirum & inutilem ciuem eſſe. Modi per quos huiuſmodi pronunciata fiunt, ab Rodolpho enumerantur quatuor, poßibile, contingens, impoßibile, neceſſe. Sunt qui his duos adijciant, uerum & falſum. Laurentius Valla treis modò ex hoc numero putat recipiendos, poßibile, impoßibile, uerum. Quibus rurſum alios quoſdam adiungit, facile, difficile: certum, incertum: conſuetum, inſuetum: utile, inutile: iucundum, iniucundum: decorum, indecorum, aliáq; hiſce ſimilia. ¶ Quod quanquam ſit durius, tamen, ut inquit Quintilianus, ſolum eſt eius quod græci ἀυαγκαῖον uocant.) Locus eſt apud Quintilianum tertio inſtitutionum libro, capite de cauſa deliberatiua. Melius igitur, qui tertiam (inquit) partem dixe-

Pronunciata pura.

Modalia.

Modi quot.

Poßibile.

runt δωκτὸν, quod nostri possibile nominant. Quæ ut dura uideatur appellatio, tamẽ sola ẽ. ¶Est & cõditionalis.) Quid Rodolphe, si legant hæc illi, q hodie magna cum autoritate docent summulas Petri Hispani, & parua logicalia? Quo putas supercilio isti hæc legent? Imò uero quanta cum indignatione abijcient? An tu ignoras, capitale apud istos crimẽ uideri, si quis latum (quod aiunt) culmum ab ipsorum sentimẽto ausit discedere? Atq; hi certè ita pronunciant, omnem propositionem modalem esse categoricam, hypotheticam nullam. Quocirca uide quid ageris, quidue respõsurus sis ijs, ubi cẽturijs aliquot syllogismorum instructi, in arenã te prouocauerint. ¶Idq; dupliciter fit. Quandoq; enim modũ affert ei, de quo quærimus ex cõditione.) Hoc apertius fortasse dici sic queat. Modus, uerbi causa, necesse: quandoq; significat, prædicatum eius proloquij, quod ex conditione colligitur, necessariò subiecto inesse: quandoq; uero, etsi prædicatum illud subiecto non insit necessariò, tamen proloquium ipsum necessitate quadam ex præcedente conditione sequi. Aliter: Verbũ necesse in pronunciatis modalibus, duplicem significare potest necessitatem: unam consequentiæ, alteram consequentis. Priorem uocant, quoties necessariò aliquid ex alio colligitur, siue id per se necessariũ sit, siue non necessarium: ut, necesse est, si pluit, terrã madescere. Posteriorem, quoties per se aliquid necessarium est, siue necessitate aliqua colligatur ex alio, siue non colligatur: Vt si homo est animal, & non mutuam

neceſſe eſt eum eſſe ratiõis participem. ¶Alijs libris ſi quando de argumentationum lege, hoc eſt, de iudicandi parte ſcribendi ocium dabitur.) Fuit qui hos libros à ſe uiſos diceret: uerè an ſecus, ego affirmare non poſſum. Mihi certè nondum eos uidere cõtigit.

¶Artium tria eſſe genera, & pro horum diuerſitate, diuerſas etiam ſumi quæſtiones: cum aliis quibuſdam. Caput IX.

TErtiam quæſtionum uarietatem diximus accipi, pro artium, quæ cõſiderationi ſunt expoſitæ, diuerſitate. *Tria artium genera.*

Artes omnes, aut ad cognitionem referuntur, aut ad actionem. Cognitionis artes ſunt, quarum finis eſt ſcientia: ut ſunt mathematicæ, phyſicæ, & reliquæ id genus, ex quibus ſola rerum petitur cognitio. Aliæ ſunt, quæ eæ ſunt rerum, quæ actioni arbitrioq; noſtro ſunt addictæ: ut ſunt eæ, quibus animus ad uirtutem dirigitur, quam moralem philoſophiam dicimus: aut quibus corporis neceſſitati ſuccurrimus, quæ operariæ dicuntur. Tertiæ & uelut mediæ ſunt generis, quas λογικὰς Græci, nos rationales dicimus: quæ ad formandam orationem pertinent, de

quibus cum dialecticen definiremus, fu-
mus locuti: quarum radix origoq; propi
us ad cognitionis uim accedit, uidenturq;
intra fines suos positæ, cognitionis uerius
esse, quàm actionis. Quia tamen commu-
nes sunt aliarum omniũ ministræ, tamq;
late fundunt, quàm oratio, hoc est, quàm
humana ipsa natura: promiscue uidentur
& actionis & cognitionis nomen accipe-
re posse, quemadmodum ratio uel mens
cui seruiũt, est in actiuam & cognitiuam
ab Aristotele diuisa. Sumetur pro hoc
artium numero etiam numerus quæstio
num. Sed de his exactius dicere, ad singu
las pertinet artes, uel si ad unam aliquam,
non est id dialectices. Hæc autem uelut ca
pita attigisse dialectico sufficiat. ¶ Illud
quidem haud est difficile uidere, eos qui
rhetori omne id, de quo bene dici posset
subdidêre, deinde oẽm materiam finie-
uêre tribus quæstionibus, sit ne ab hoc fa-
ctum quod dicit, sit ne iustum, sit ne scri-
pto legis cõprehensum: nihil satis dignũ
tanto promisso suo protulisse. His em tri
bus quæstionibus sunt omnia, quæ in iudi
cijs aguntur, cõclusa. Nam deliberatiuam

Cõtra eos q̃ sui ĩme-mores, ni-mis arctã rhetori tribuerũt materiã.

breui quæstione an expediat absoluerũt. Et Aristoteles quidem copiose eam diligenter & explicat: reliqui breuiter attigêre, quidam adeo ne numerauere quidem inter ciuiles quæstiones. Nam laus & uituperatio sit ne omnino quæstio nec ne, fuerunt qui dubitarent. Quod ut iure reprehendit Quintilianus, ita recte uidetur apud Ciceronem sentire Crassus, qui per se uenire eam non putet in forum: iudici alibus autem & deliberatiuis persæpe accedere. ¶ Quod autem Cicero in topicis, an sit, quid sit, quale sit, quæstiones, ad cognitionẽ retulit: deinde qualitatem uoluit iuris & iniuriæ tractatu explicari: utrũ & diligentius fieri fortasse poterat. Primum enim non satis est uerum, secũdum etiam repugnans. Nam & moralis philosophus, an sit uirtus quærere põt, & quid sit quærit utique. Qualitas uero si ad cognitionem pertinet, quomodo iuris & iniuriæ tractatu finita est? Quoniam ius & iniuria ad actionis partem, non ad cognitionis partem reducuntur. Tametsi enim multa sit uariaq; de iure & iniuria ambiguitas, ingentemq; rerum cognitionem

Expenditur sententia Ciceronis in Topicis.

sit horum notitia complexa: non tamẽ cognitionis nomẽ accipit eorum tractatus, sed actionis. Contemplantur enim (ut inquit Aristoteles) etiam qui agunt, sed alium in usum. Non enim in id cõtemplantur, ut cõtemplentur: sed ut pro eo quod contẽplatione instituerunt, dirigant actiones. Sic etiam mathematicus, describet circulos radio, figuras lineasq; in pulvere ducet, summas motuum & magnitudinum cælestiũ numeris colliget, quæ sunt actiones: non tamen ut agat, hæc facit: sed ut scientiam eorũ, quæ agendis istis scrutatur, acquirat. Finis potissimus est rerũ omnium: utq; omnibus agendi est existẽdiq; causa, ita plurima etiam ex ipso accipiunt nomen. Multa uocantur bona, non quia sunt, sed quia bonis destinantur.

Scholia in caput nonum.

ARtes omnes, aut ad cognitionem referũtur.) De hac artium diuisione multa Angelus Politianus in libello seu oratione ea, cui titulum fecit, Panepistemon. ¶Quas logicas Græci, nos rationales dicimus.) Sunt qui existimẽt, has artes potius sermocinales quàm rationales dicendas esse. Certe uox græca utriusq; interpretationis est capax: cã λόγος

Logicæ artes an dicendæ rõnales.

non modo rationem, sed & sermonem seu orationem significet. Atq; haud scio num Rodolphus etiam, non rõnales sed orationales scriptum reliquerit: id quod propemodum indicare uidentur, quæ continuò subiungit: Nos, inquit, rationales dicimus, quæ ad formandam orationem pertinent. Laurentij Vallæ hac de re disputatio huc spectat, quasi logice dicta sit ranonalis scientia, quòd circa rationem, hoc est, argumẽtum seu medium argumentationis cuiusq; uersetur. Quæ interpretatio quemadmodum dialecticæ probè aptari potest, ita reliquis duabus nequaquã. Id quod & Boethium sensisse apparet, qui in Porphyriũ scribens, ita loquitur de ea parte philosophiæ quam rationalem uocamus, ut dialecticam solam, non etiam grammaticam & rhetoricam eo nomine intellexisse uideatur. Longè aliter Macrobius, qui rationalẽ philosophiæ partem appellat eam, quæ uersatur circa res incorporeas, & ea quæ sola mente, non etiam sensu cognosci possunt: ut est anima, deus, & quas uocant intelligentias. Verum hæc non ita multum faciunt ad institutum nostrum, quibus in præsentia satis est, grammaticam, dialecticam, & rhetoricam, idcirco λογικὰς dictas esse a græcis, quod oratiõis sermonisq; artificiũ doceant: quocunq; tãdem nõe eas donẽt Latini. ¶De quibus cũ dialecticen finiremus, sumus locuti.) Huius libri capite secundo. ¶Quarum radix origoq; propius ad cognitionis uim accedit.) Hic clamosissima illa disputatio apud nostros, sit ne dialectica speculatiua an practica. In qua cons-

Laurentius Valla lib. 3. in dialecticen.

Macrobius. 2. li. in somniũ Scipionis ca. ultimo.

que hodie desudant quidem, ut posteaquam diem totum contentissimis uociferationibus absumpserint, tum post sudores tantos, quæ artes speculatiuæ aut practicæ sint dicendæ, ipsi etiamdum ignorent. ¶Quemadmodum ratio uel mens cui seruiunt, est in actiuam & cognitiuam ab Aristotele diuisa.) Facit enim Aristoteles tertio libro de anima duplicem intellectum, speculatiuum & practicum. ¶Eos qui rhetori omne id de quo bene dici posset subdidêre.) Hoc Crassus apud Ciceronem facit primo libro de oratore, & Fabius Quintilianus, oratoriarum institutionum libro secundo. ¶Nihil satis dignum tãto promisso suo protulisse.) Alludit ad carmen Horatianum: Quid feret hic tanto dignum promissor hiatus? ¶Nam deliberatiuã breui quæstione an expediat absoluerunt.) Tradunt rhetores tria esse genera causarum, demonstratiuum, deliberatiuum, iudiciale. Demõstratiuum est, quo laudamus aut reprehendimus. Deliberatiuum, quod in suadendo ac dissuadendo consistit. Iudiciale, quo accusatur quis aut defenditur. Ergo in genere deliberatiuo Aristoteles illud modò quærendum putat, expediat nec ne id, quod in deliberationẽ uenit. Quintilianus tria, sit ne utile, sit ne honestum, & nũ fieri possit. Porrò qui de sola utilitate aiunt quærendum esse, ij ex sententia Stoicorum, nihil utile esse dicunt, quin sit idem honestum. Quod & Fabius attingit, & Cicero in officijs probat. ¶Et Aristoteles quidem.) Primo libro rhetoricorũ. ¶Quod ut rectè reprehendit Quintilianus.) Libro tertio, capite nono.

Tria genera causarum.
Demõstratiuum.
Deliberatiuum.
Iudiciale.

¶Ita rectè uidetur apud Ciceronẽ sentire Crassus.) In libris de oratore. Quanquam aut memoria me fallit, aut hæc non tam Craßi apud Ciceronem sententia est, quàm Antonij. ¶Quòd antem Cicero in topicis.) Non in topicis solum, sed in tertio etiam de oratore habet hoc Cicero. Quo aũt paratiꝰ sit, totũ hũc locum plenius assequi, asscribam huc ipsa Ciceronis uerba, quæ super hac re habet in topicis: Quæstionũ autem, quacunq; de re sint, duo, inquit, sunt genera, unum cognitionis, alterum actiõis. Cognitionis sunt hæ, quarum finis est scientia. Vt si quæratur, à natura ne ius profectum sit, an ab aliqua quasi contractione hominum & pactione. Actionis autem huiusmodi exempla sunt, sit ne sapientis ad rempub. accedere? Cognitionis quæstiones tripartitæ sunt: cũ aut sit ne, aut quid sit, aut quale sit quæritur. Harum prima, cõiectura: secunda, definitione: tertia iuris & in iuriæ distinctione explicatur. Et interpositis paucis: De cognitionis, inquit, quæstionibus hactenus. Actionis reliquæ sunt, quarum duo sunt genera, unũ ad officium, alterum ad motum animi uel gignendum uel sedandum, planéue tollẽdum. Ad officium sic: ut cum quæritur, suscipiẽdine sint liberi? Ad mouendos animos, cum fiunt cohortationes ad defendẽdam rempublicam, ad gloriã, & ad laudem &c. Ex his paratum est colligere illud, tam Ciceronem quàm Rodolphum, suo utrunque modo uera sentire: & quicquid hoc inter eos est cõtrouersiæ, id in solis uerbis non re ipsa consistere. Etenim Cicero eas quæstiones

Duo quæstionũ genera, unũ cognitionis, alterũ actionis.

Quæstio cognitionis. Actionis.

uocat cognitionis, quarum ea est facies, ea natura, ut quantum in ipsis est, finis earum sit cognitio. Actionis autem, quæ ex natura sua, nō tam ad res cognoscendas, quàm ad officia actionesq; pertinent, in quacunque tandem arte tractentur. Rodolphus contrà, discernit quæstiones istas finibus artium: ut actionis quæstiones dicantur, quæ ad artes actiuas pertinēt: cognitiōis, quæ ad cognitiuas. Ergo cū quæritur qd sit uirtus, si Rodolphi finitionem accipias, actionis nimirū quæstio erit: sin uero Ciceronis, cognitionis dicetur. Quamuis enim ad moralem pertinet philosophiam, ac proinde actionis etiam dici potest: tamen quod in natura ipsius est, nusquam aliō quàm ad cognitionem spectat, ideoq; non minus rectè dicitur cognitionis. Secus habeat, si quæratur, an boni uiri sit procreare liberos. Hæc enim quæstio, etiam quātum in ipsa est, præter cognitionem, etiam actionem spectat. Ita rectè uterq;, sed diuerso modo. ¶Contemplātur enim, ut inquit Aristoteles, etiam qui agunt, sed alium in usum.) Contemplantur, inquit, non ut in cōtemplatione cognitioneq; gradum sistant, sed ut progrediantur ad actiones.

¶Omni differenti propositam esse quæstionē: & quomodo, cum ipsa, tum etiam status, in diuersis dicendi generibus inueniatur. Cap. X.

Omni differēti proposita q̄stio.

QVando igitur omni differenti proposita est quæstio, non eis modo qui disputatiōibus res ambiguas iactant, aut qui tradendis artibus, uel certiorem, uel

(quod discẽtibus perinde est) meliorem fidem facere conantur: sed & historia, & poema quoq; quæstionem explicant. Si quis enim interroget, quomodo gestum sit bellum Peloponesiacum, nihil poteris rectius respondere, quàm quæ Thucydides ea de re cõscripsit. Nec, quomodo pugnatum sit cum Iugurtha, quàm quæ Sallustius monumentis eaꝝ rerum reliquit. Sic & quomodo Græcia ad Troiam bellauerit, & Aeneas uenerit in Italiam, nullus melius quàm Homerus & Virgilius explicarit. Cum hæc ergo ita sint, diligẽter est nobis etiam atq; etiam intuẽdum, quæ sit quæstio, hoc est, qđ sit caput summaq; rerum omniũ, ad quam dicenti sint cuncta referenda. Nec enim abs re credẽdus ẽ admonuisse * Plinius Comensis scriptorem, ut legat subinde titulum suum, & plane exacteq; perspiciat, quid scribendum sumpserit. Et M. Antonius itidẽ putauit, nihil æque iuuare dicturum, q̃ respicere quàm creberrime ad id, de quo sis dicturus. Quod nedũ in id prodest, ut quæ latent in eo, facilius acriori mentis intentione eruas; sed obserues (quod plerisque

* Nouocomensis.

difficilimũ est) ut nec plura quàm opus est, nec pauciora, nec quæ nihil ad rem attinent, dicas. Hoc autem facere nemo potest, qui nõ ante fixam exploratamq; quæstionem habuerit, de qua sibi sit dicendũ. Quod quo facilius fieri possit, quomodo cunq; poterimus conabimur explicare.

Duplex oratio.

¶ Omnis dictio, aut aduersarium habet, & inter duarum partium certamina consistit: aut unius solum est partis. Duarum partium sunt, ut contentiones uel scholasticæ, uel ciuiles, quæ inter dissidentes fiunt. Vnam solum partem habet, quæ fit ad obsequentem auditorem: quales sunt cohortationes, consolationes, laudatiões, conciliationes, quæq; reliqua huius sunt generis. Non qđ nequeat & in his in ambas dissecari partes, neq; eñ aliter quæstio intelligi posset: sed quia cum illis ferè negocii est, qui ultro uinci se cupiunt, & nõ modo non repugnant, sed laxissimas etiã (quod dici solet) habenas sequuntur.

Quõ inuenienda q̃stio in dictione ea quæ habet aduersarium.

¶ In his ergo dictiõibus, quæ positæ sunt in contentione, expeditissimam rationem nueniendæ quæstiõis aduersarius dabit. Quoniam semper petitur aliquid ab alte

ro, cui alter contradicit. Quãdiu enim cõ
sentanea dicunt, certũ est quæstionem esse
non posse. Vbi cœperint consistere, ita ut
alter non progredi longius alterꝫ patiat,
quæstio erit. Sed hæc quæ sit, in scholasti
cis quidem dubium esse non põt. Quia ex
positũ semper certumq; est, de quo dubi
tatur. In ciuilibus uero quæstio quidẽ, hoc
est, caput certaminis semp est apertũ. Ne
q; enim deliberat quisquam, qui non cer
tam habeat deliberandi summam: neq; q
in iudiciũ uocat aliquem, ignorat qua le
ge reum faciat, hoc est, qd petat ab eo, uel
quas expoſcat pœnas. Sed de statu quæsti
onis persæpe ambigit, in iudicijs præser
tim. Status aũt quæstionis, id est, quo uel
probato uel cõfutato, in hanc uel illam par
tem de quæstione pronũciari oportet. ut
Laterensis ait, ambitu assecutus est ædili
tatem Plancius: Plancius negat. Quæstio
est, assecutus sit Plancius ædilitatem ambi
tu. Hoc est enim de quo pronũciare iudi
ces oportebit. Non potest autẽ istud ex se
te probari. Dicit igitur Laterensis. Dignita
te enim à me uincebatur. Quod si det id
Plancius, uidebimus an idcirco necesse sit,

Quid status.

ipsum ambitu superiorem fuisse. Quod si est, hic erit status. Hinc em̃ tota pendebit quæstio, fuerit ne dignitate Laterẽsis superior. Sin uero poterit Plancius cedere dignitati Laterensis, & causam tñ tenere, nõ erit hic status: ut dicat, nõ utiq; si Laterensis dignitate superauit me, idcirco ego ambitu illum uici in petitione. Non solũ em̃ populus alterꝝ horꝝ sequitur, sed studio diligentiaq; candidatorꝝ, sed amicorꝝ precibus, sed officiorꝝ cõmendatione, pmouet. Ergo iam ab eo statu quẽ Laterensis fecit, detorta est à Cicerone quæstio: & huc delata, an soleat his rebus moueri ppls, & an fuerit Plancius istis superior: hicq; fit status huius quæstiõis. Sic etiam aduersarius dicit: Milo tenetur lege Cornelia de sicarijs. Milo negat. Quæstio, an teneatur. Probat aduersarius. Occidit em̃ Clodiũ. Quod si Milo negat, hic erit status quæstionis, an occiderit: sin fatetur, oñdat oportet, non teneri ea lege, quisquis aliquẽ occiderit, ut insidiatorẽ, aut latronẽ. Id ergo qm̃ grauius ab aduersarijs pressum erat, Cicero disputandũ etiã sibi credidit: deinde Clodiũ insidiatũ fuisse, qui præcipu

us eius quæstionis fit status: fitq; adeo pfectus syllogismus: Quisquis insidiatus est, iure occiditur: Clodius insidiatus est, iure ergo Clodius occiditur. ¶ Quēadmodū cōtingit aūt plures quæstiones eodē peragi iudicio, ut in Cluentij causa, quæstiones iudicij corrupti, & ueneficij: ita cōtingit unius quæstionis plures esse status. Vt in eadem iudicij corrupti causa, nec id iudicium à Cluentio corruptū esse, nec si esset, idcirco tñ lege corrupti iudicij Cluentium teneri. Sed in Verris repetundarū iudicio, quæstio utrum in legē repetundarū admiserit Verres: status sunt tot, quot sunt crimina. Quodlibet em̄ per se defendendum est, quemadmodū & pbandum. Et diuersa est interim defendendi ratio: cum aliud negatur factum, aliud in legē repetundaꝝ non uenire, aliud recte factū dicetur. Status ergo est (ut diximus) id, quo dato, necesse est de causa in hāc uel illam partem decerni. Quæ si plura erunt, quorum unum probando alteri non adhibetur, possitq; quodlibet firmamētum esse quæstionis, plures erunt etiā & status.

In eadem quæstione plures quandoq; inesse status.

Quõ inuc niẽda quæ ſtio in di- ctione ea, quæ ad- uerſariũ nõ habet.

¶At in negocijs illis, quæ unius tm̃ ſunt partis, nonnunq̃ plus aliquanto curæ habet inuenire quæſtionẽ. Idcirco quatenus poſſumus, iuuemus & hac in parte quærentis curam. Mihi quidẽ uidetur quæſtio omnis, in hmõi cauſis trium iſtarũ rerũ conſideratione inueniri expeditiſſime poſſe, perſonarũ, rei, & (ut ita dicam) conatus.

Perſonæ.

Perſonas dico nũc eas, inter quas agitur, ut ſint beneuolæ aut infenſæ, alienæ aut coniunctæ, pares aut dignitate diſcretæ, quæq; aliæ maximè in cõgreſſu hominũ perſpici ſolent. Qui perferunt autẽ mandata, pſonam ſemp ſuſtinẽt mandantis.

Res.

Res cõſideranda eſt, quæ euenit, aut futura eſt, cuius cauſa dicere ſtatuimus. ut in conſolatione, uel propinqui, uel amici, uel opes amiſſæ. In gratulatiõe, honores accepti. In gratiarũactione, bñficium collatum.

Conatus.

Conatus deinde eſt id, quod ob hanc rem uelimus dicendo cõficere: Vt in conſolatione, uidemus hũc deſideratæ rei iactura dolere: hæc quidẽ res eſt. Perſonæ deinde ſunt, hic nobis, nos huic amici: quo fit, ut offendamur eius dolore. Conatus ergo ſequit̃, quo damus operam, ne

huic doleat, idq; dicendo consequi labora mus. Ergo si conatũ atq; rem coniungas, quæstionẽ habebis. Ea est, sit' ne huic dolẽ dum huius rei amissæ causa. In gratula tione, personas primũ necesse est beneuo las esse. Res uero erit, ut aliquid eius cui gratulamur cõmodis aut dignitati acces serit. Conatus aũt, qm̃ ob bñuolentiam fa uemus rebus illius, ut ostendamus nos læ tari. Quæstio ergo erit, an illius præsenti cõmodo lætemur. In gratiarũactione, p sonæ sunt itidẽ amicæ. Res est meritũ uel munus ab eo, cui agunt' gratiæ, tributum. Conatus, ut grato ob id animo doceaẽ es se qui accepit. Quæstio erit, sit' ne hic illi huius meriti causa gratus. Agendaꝝ aũt gr̃aꝝ, cũ multa apud Ciceronẽ, tum pul chrum mihi ꝑpriumq; uidetur esse apud Ausoniũ exemplũ, in ea oꝛone, qua Gra tiano ob consulatũ agit gr̃as. Sunt aũt di ligenter expendendæ ꝑsonæ, ad quas ha betur oꝛo. Vt em̃ qñq; certæ sunt & fingu lares, sicut in his exẽplis quæ ꝓposuimus: ita nonnunq̃, uel q dicit, multoꝝ sustinet ꝑsonam: ut q populi nomine cũ principe uel magistratu agit: uel cũ multis unam

agit,ut Cicero,q̃ senatui,qui P.R.gr̃as de reditu suo agit. Aristides q̃ Rhodo terræ motu subuersa,ciues cõsolat̃. Qui diligenter em̃ psonã uel eius q̃ dicit,uel cuius nomine dicit̃,& eius cui fiũt uerba, pspexerit,siue singulæ sint hæ,siue plures:deinde rem cum psona cõtulerit,& uiderit quid ea psonæ interfit, uel qua pte cõtingat eã, facile id,qd̃ diximus conatum,explicabit. Vt q̃ in nupt̃s dicit(humilibus em̃ oportet utamur exẽplis,qm̃ in huiuscemodi rebus, quæ ad morẽ magis q̃ ad usum spectant,eo facilius erratur,quo habẽtur negligẽtius: Necessitas pspicax est,necq̃(qd̃ dici solet)docẽda ẽ fames.)Quid petet is ergo q̃ dicit in nupt̃s? Si nuptias quæ fiunt cõferat nubẽtibus,hocq̃ oõne prosequi uelit,quia sint eis expetendæ nuptiæ, quemadmodũ &expetunt̃,in hortationẽ flectet oõ,eritq̃ quæstio, an sint istis expetẽdæ nuptiæ. Sin turbæ amicoꝝ circũstantiũ nuptiæ cõferant̃, nihil ad eos ptinebit,præterq̃ ex nubẽtibus gaudium:conabiturq̃ oõndere gaudendũ eis esse,& fiet quæstio, sit̃ ne tã feliciũ nubentiũ mõnio gaudendũ. Vnde est in promptu

uidere, quō in eadē re, eodē in loco, mutatis pſonis, mutari oportebit etiam quæſtionē. In funebri laudatiōe, pleroſq; uideas oſonē ad cōſolationē cōferre: quæ primū oſo ſola cū propinquis haberi pōt. cōtra uidet laudatio magis ad alienos, q adſunt funeri, ptinere. Deinde intempeſtiuum uidetur, tā recentē dolorē & in ipſo (ut dicitur) ictu uelle conſolando mulcere. Aut em̄ fruſtra tentabimus ibi ſiccare lachrymas: aut ſi quis tū conſolationis eſt capax, is cōſolatione nō eget. Mihi uidet, quia res quæ in manibus eſt, mors eſt præſtantis uiri, ex qua ad præſentem hominū numerū honor tantum funeris pertinet, oſtendendum id eſſe, merito tam laudato uiro hunc honorem haberi. Fit tamen, ut in fine ad conſolationē aliquam reſpectet qui dicit, quemadmodū apud Thucydidem Pericles, cū eos qui primi in eo bello ceciderant laudaret, in fine conſolationem ſubiecit. Quod quidem à grauitate perſonæ Periclis, & tēporis interuentu, quo primus doloris īpetus deferbuerat, haud erat alienū. Quinetiam cum mors eorum qui laudabantur, ad exemplum

pertineret audientiũ, quæstionem à laude ad hortationẽ deflexit. Itaq; omnis uis ingeniumq; dicentis eo tendit, ut ostẽdat tam fortes uiros, qui tam constanter pro tam insigni patria ceciderũt, uiuis esse sectandos. Sed de his satis. Nec enim omnia exempla complecti in animo est, nec possem. Sufficiet hoc pacto, quærere uolentibus aperuisse uiam.

¶ Scholia in caput decimum.

Peloponesus. Quomodo sit gestum bellum Peloponesiacum.) Peloponesus παρὰ τὸ πέλοψ καὶ νῆσος nomen habet, ut si dicas, insula Pelopis. Est autem peninsula inter mare Aegeum & Ionium, ubi nobilissima quondam urbs fuit Corinthus. Quæ initium dedit bello illi, quod grauissmum aduersus Lacedæmonios ac Siculos gessere Atheniẽses. Quod bellum accuratissmè octo libris descripsit Thucydides. ¶Quomodo pugnatum sit cum Iugurtha.) De hoc nihil attinet dicere, quando in omnium manibus sunt, quæ de ea re scripsit Salustius. ¶Nec enim absque credendus est admonuisse Plinius Comensis scriptorem, ut legat subinde titulũ suum.) Extat inter epistolas Plinij libro quinto, epistola multò pulcherrima ad Apollinarem. In ea posteaquam copiosissmè descripsisset uillam suam in Thuscis, deinde prope calcem epistolæ hæc adiecit: Vitassem, inquit, iamdudum, ne uiderer argutior: nisi proposuissem omnes angulos tecũ

Bellum Peloponesiacum.

epistola circumire. Neq; enim uerebar, ne laboriosum esset legenti tibi, quod uisenti non fuisset: præsertim cum interquiescere, si liberet, depositaq; epistola, quasi residere sæpius posses. Præterea indulsi amori meo. Amo enim, quæ maxima ex parte ipse inchoaui, aut inchoata percolui. In summa, cur enim non aperiam tibi uel iudicium meum uel errorem? Primũ ego officium scriptoris existimo, ut titulum suum legat: et identidem interroget se quid cœperit scribere. Sciatq; si materiæ immoratur, non esse longum: lõgissimũ, si aliquid accersit atq; attrahit. Et quæ sequuntur. ¶Et M. Antonius itidẽ putauit.) intellige M. illum Antoniũ oratorem, auum eius Antonij, qui post dictus fuit Triumuir. Is porrò Antonius apud Ciceronẽ de oratore, utilissimum fore censet, si subinde mentem reijciamus ad id, de quo dicturi sumus. Ita enim futurum esse, ut & causæ satisfaciamus: & nihil quod uel obsit illi, uel certè non prosit, afferamus. ¶Sed laxissimas etiam (quod dici solet) habenas sequuntur.) Ductum ab equis, facilè cessori parentibus. Quanquam alluisse uideri potest, & ad Herculem illum Gallicum, de quo multa Lucianus. Status quæstionis id est.) Multa de statu Fabius libro tertio Cicero in Rhetoricis constitutionem uocat, Græci στάσιν. ¶Vt Laterẽsis ait, ambitu assecutus est ædilitatem Plancius.) Exemplum sumptum ex oratione quã pro Plancio habuit Cicero. Ambitus, ut quidem hic loquimur, est illicita honorum seu magistratuũ adeptio: uidelicet cum quis largitione, aut alijs qui-

Scriptor titulum suum subinde legat.

Quis in scribendo longus.

Constitutio.

στάσις.

Ambitus.

bus suis modis illicitis, magistratum adeptus est. Ad-
uersus hunc, legem tulerat C. Calphurnius Piso, quæ
Lex Calphurnia de ambitu
primum Calphurnia, deinde dicta fuit & Iulia de
ambitu. In ea lege præter alias pœnas pecuniarias
quoq; (ut Pædiani uerbis utar) pœna erat adiecta.
¶Dignitate enim à me uincebatur.) Laterensis argu
mentatio, id quod ex Ciceronis oratione facilè intel
ligi potest, fuit eiusmodi: Dignitate à me in petenda
ædilitate Plancius uincebatur, ergo ambitu uicit.
Hanc bifariam refellere reus potest. Primum, ut ne
get se dignitate inferiorem fuisse. Deinde, ut illo da
to, neget tamen inde sequi, se ambitu assecutum esse
ædilitatem. Quòd si priore defensione utatur, status
controuersiæ erit, fuerit ne Plancius dignitate infe-
rior: sin autem illo altero, tũ status hic erit, sit ne hoc
necessarium, ut qui dignitate in magistratu petendo
uincatur, is eum nõ nisi ambitu obtineat: id quod ita
non esse, copiosissimè Cicero docet. *¶Milo tenetur le*
Lex Cornelia de sicarijs.
ge Cornelia de sicarijs.) Lex Cornelia de sicarijs e-
rat, gladio ultore persequendum esse, quisquis homi
nis occidendi causa cum telo inambularet. Etiãsi me
nõ latet, hac præterea lege teneri & alios quosdam,
ut uidere est apud iureconsultos, pandectarum libro
duodequinquagesimo, ad legẽ Corneliã de sicarijs,
de qua dicemus & libro tertio. ¶Occidit enim Clo-
dium.) Monui superius, tres à rhetoribus enumera-
ri causarum status, coniecturalem, finitiuum, & qua
litatis. Ergo si neget Milo Clodium à se occisum esse,
status erit coniecturalis, num occiderit. Sin uerò fa-

teatur quidem occisum esse, cæterum id iure se fecisse contendat, ac proinde non teneri lege Cornelia de sicarijs, status qualitatis erit, nempe iuré ne an iniuria occisus sit Clodius: & ecquis ita occidi posit, ut is qui cædem fecit, lege ea non teneatur. ¶Vt in Cluentij causa quæstiones iudicij corrupti & ueneficij.) Duo enim cum primis obiecta erant Cluētio: alterū, quòd iudiciū id, quo Oppianicus damnatus fuit, corrupuisset pecunia: alterum, quòd C. Vibium Capacē, et ipsum etiā Oppianicū iam exulē ueneno sustulisset. ¶Sed in Verris repetundarū iudicio.) De causa Verris dicemus libri tertij capite duodecimo. Quod attinet ad legem repetūdarum, eam tulit Manlius Acilius Glabrio, adeò seueram, ut ne comperēdinari quidem sineret reum. Postulabantur ea lege maxime ij, q magistratum gerentes, à prouincialibus pecunias, signa, tabulas, nauigia, preciosa uasa aut uestes, aliáq; eiusmodi, seu ui seu dolo per iniuriā abstulisset. Marcellus iureconsultus: Lex Iulia, inquit, repetūdarum pertinet ad eas pecunias, quas quis in magistratu, potestate, curatione, legatione, uel quo alio officio, munere, ministerióue publico acceperit, uel cum ex cohorte, cuius eorum est. ff. ad legem Iuliam de repetūdis: l. lex Iulia. Porrò ne quem cōturbet, quòd dixi legem repetundarum latam esse à Manlio Acilio Glabrione, cum apud iureconsultos dicatur lex Iulia: sunt is mos Romanis, ut leges cædem innouari apud eos solerent nonnunquam, atq; ita nomen quoq; accipere illius, à quo secundo aut tertio latæ essent. Cuius

Lex repetundarū.

Mos de legum nouandis.

rei & Macrobius meminit libro Saturnaliorum tertio, capite decimoseptimo. Comperendinari autē (quādo in eius etiam uerbi mentionem incidimus) Ascanius Pædianus sic explicat: Comperendinatio uerò, inquit, utriusq; partis recitatio est. Alij sic annotant: Comperendinatio est secunda actio. Item comperendinatio est ab utriusq; litigatoribus inuicem sibi denunciatio, in perēdinum diem. Hactenus ille. ¶Apud Ausonium.) Extat hodieq; ea oratio, aut si epistolam dicere mauis, qua is gratias agit Romano principi Gratiano, pro demandato sibi consulatu. ¶Vt Cicero. q. S. P. Q. R. gratias de reditu suo agit.) Pulcherrimæ duæ hac de re Ciceronis extant orationes, quarum altera senatui, altera Quiritibus gratias agit, quod se ab exilio reuocasset. ¶Aristides, qui Rhodo terræmotu subuersa, ciues consolatur.) Hunc Aristiden rhetorem ac sophistam fuisse tradunt Adrianopolitanum: usumq; esse præceptoribus, primum Polemone illo Laodicensi Smyrnæ, deinde Athenis Herode: qui & ipsi unà cum hoc dicēdi arte clari fuerūt, circa tempora imperatorum M. Antonij & Commodi. Multa dicitur scripsisse Aristides, sed quorum mihi nihil adhuc uidere contigit, præter duas orationes, quarum alteri πανα θηναϊκὸς nomen est, alteri ῥώμης ἐγκώμιον. Qua autem oratione consulatus est Rhodios, eam nō modò ipse non uidi, sed ne apud alios quidē quicquam de ea legisse memini. ¶Necessitas perspicax est.) Quos enim premit necessitas, diligentes perspicacesq; esse solent parandis ijs, quibus

Comperē dinatio.

Aristides

necessitati atq; indigentiæ suæ succurrãt. Vnde illud Virgilij:

Tum uariæ uenêre artes, labor omnia uincit
Improbus, & duris urgens in rebus egestas.

Et apud Persium:

Quis expediuit psittaco suum χαῖρε?
Coruos quis olim concauum salutare,
Picasq; docuit nostra uerba conari?
Magister artis ingenijq; largitor
Venter, negatas artifex sequi uoces.

¶ Nec docẽda est fames.) Nemo inqt docẽdus ẽ quã do esuriat. Siquidem fames ipsa sese in occulto nõ esse non sinit. Vnde & hodie in prouerbio est, acutissimũ gladium esse famem. Et græcus senarius:

Λιμῷ γὰρ οὐδὲν ὄξιον ἀντεπεῖν ἔπος.

¶ Et in ipso ut dicitur ictu.) Statim postquã acceptus est dolor. Ductum à saucijs seu uulneratis. ¶ Aut sic os tũ consolationis est capax, is consolatione non eget. Simulat enim dolorem, cum re uera nõ doleat. Quod q faciũt, ad tumulũ nouercæ flere dicuntur. ¶ Apud Thucydidem Pericles.) Extat hæc Periclis oratio apud Thucydidem belli Peloponesiaci libro secũdo. Porrò hic est Pericles ille Athenien sis, de cuius elo- quentia tam multa passim apud autores legũtur: qui fulgere, tonare, ac permiscere Græciam dictus est. Flere ad nouercæ tumulum. Pericles.

¶ Quomodo quæstio una diducenda in plures.

Caput XI.

QVemadmodũ aũt, ficuti modo osté dimus, quæstio quãdoq; latet, & ra

tione quadam eruenda est, sic alius est labor, propositam iam quæstionem in multas quæstiones, quas intra se plerũq; complectitur, diducere. Persæpe eñ quæstio quæ in spẽm simplex est, ui atq; effectu in multas dilabitur quæstiões. Id quõ fiat dicemus. Diuiditur igitur quæstio ĩ plures quæstiones quæ trahuntur, uel ex uerbis, quæ posita sunt ĩ quæstiõe: uel ex eis, quæ uerbis cõtinentur. Ex uerbis, ut q quærit, an Cato recte tradiderit Martiã Hortensio. Quæstio est, ex tribus quæstionum generibus illis, quæ prima posuimus, secundi generis, id est, an hoc sit illud. Præcedat ergo oportet, an est quæstio, quam per omnia uerba propositæ quæstiõis ducere possumus, hoc pacto, an fuerit Cato, an fuerit Hortensius, an fuerit Martia, an sit etiam rectum. Nanq; non defuerunt philosophi, qui nihil neque rectum neq; prauum esse per se, dicerent in rebus. De uerbo autem tradiderit, non est quod formetur fortasse quæstio an est. Quia ẽ uerbum, quod quidem semper pronunciati prædicatũ est: de quocũq; aũt dicet, semp faciet quæstionem, an hoc sit illud. Neq;

Vna quæstio duob⁹ modis in plures diducitur.

Pluralitas quæstionũ ex uerbis

tñ credat quiſquam, p oēs has eundū eſſe quæſtiones. Sed admonemus in præſentia, quàm multæ ex una poſſint elici quæſtiones. Iudiciū autem eſt uidere deinde, quæ quæſtionum illarum habeat aliquid quod ſit propoſito noſtro conueniens. Quemadmodum enim in hac quæſtione, iſta quæ diximus, inquirere ineptum ſit & ſuperuacuum: ita eſt alias dare quæſtiones, in quibus plurimum loci ſibi uendicēt. Vt ſi quæratur, uicerit'ne Amazones Hercules: primū quæras, an fuerint Amazones, an fuerit Hercules. Sic etiā, an pugnent cum gruibus Pygmæi: non abſurdum erit primum quærere, ſint'ne Pygmæi. ¶ Vbi ergo quæſtionem an eſt explicuerimus, proximū eſt, ut partes quæſtionis propoſitæ coniungamus. Primū eſt ergo, an Cato tradiderit Martiam. Deinde an Hortenſio tradiderit eam. Poſtremum id quod ſumma quæſtionis cōplectitur, an recte recte tradiderit. Hæ quæſtiones ergo hactenus omnes poſitæ ſunt in uerbis. ¶ Quæ continentur autem in uerbis, duplicis ferè ſunt generis,

Vtilis notatio.

pluralitas quæstionũ ex his quæ uerbis cõtinentur.

Quædam enim necessario continentur in uerbis, quemadmodũ genus specie continet, aut alioquin quæ certũ definitumq; est inesse uerbis. Alia cõtinentur uelut ex conditione quadam & non necessario. Ea cuiusmodi sint, facilius exempla ostenderint. Catonis ergo nomine, qm̃ nihil aliud est Cato q̃ hic hõ, uelut genus hõ cõtinetur. Tradẽdi uero uerbũ, tria necessario cõplectitur. Quisquis tradit em̃ aliquid habeat primum oportet, deinde dimittat, tũ conferat alteri. In Martia (qm̃ id nomen isto loco pro hac singulari uxore ponimus) uxor in cõe intelligitur. In Hortensio, quemadmodũ in Catone, hominẽ accipimus. In rectè nomine, quia generaliter ponitur, nõ est quod aliud in eo quæramus. Ver& quia aduerbiũ est, & tradẽdi uerbũ ponitur, uidetur posse ferri ad ea, quæ uerbo illo claudũtur: Vt an recte habuerit, recte dimiserit, recte alteri concesserit. Erit igitur prima quæstio ex generalibus oĩbus, hoc pacto: An quisq̃ recte tradiderit uxorem suam alteri. In qua cõtinentur adhuc, an quisquã habuerit uxorem, an habuerit recte, an dimise-

Contenta uerbis necessariò.

rit,an recte dimiserit,&an tradiderit.Nã an recte tradiderit, ipsa totius generalis quæstiõis est summa. Hinc paulatim pro generib⁹ spẽs subiicimus,proq; eo, quod (an quisquam) diximus, dicimus iam an Cato.Iterumq; omia de illo,quemadmodum de genere quærimus: Vt sit,an Cato habuerit uxorẽ, an Cato habuerit recte, reliquaq; in hunc modũ,quæ sequuntur. Deinde pro uxore,hác uxorẽ,id est, Martiã ponimus, similisq; rursus fit ordo, an Cato habuerit Martiam,an recte eam habuerit,an dimiserit eã, eodẽ sane ordine, quo prius. Postremo, ꝑ eo quod ultimo loco positum erat,an alteri homini, ponimus Hortensiũ:fitq; quæstio,an Cato tradiderit Martiam Hortensio. Vltima hinc sequit̃ ea,quæ primũ proposita est, an recte Cato tradiderit Martiam Hortensio. Quæstiões ergo quæ in uerbis necessario clauduntur,in hũc fere inueniunt̃ modũ.

¶At quæ cõditione quadam in uerbis latent,eæ sunt,quæ fiunt de his,quæ proposita quæstionẽ ab eo,quod propositũ antea,id est, θέσιν diximus,deflectunt eo,ut fiat ὑπόθεσις, id est,controuersia. Si quis

Quæ ex cõditione q̃dã uerbis continentur.

enim Catonem accipiat, ut sit hic hō, neq; ferat aliò mentē, nihil intererit, de Catone quæramus tradiderit ne recte: an generalē faciamus quæstionē, an quisquā recte tradiderit. Cum circūdamus aūt Catoni ea, quæ dicūtur de illo: talemq; effingimus eū, qualem nobis q res scripserūt tradunt fuisse, id est, non solū hunc aliquē hoiem, quod necessario fuit: sed ciuē Romanū & senatorij ordīs, & Stoicæ sectæ philosophum, spectatæ seueritatis, quæq; reliqua esse in Catone in cōfesso est: quot sunt illa, quæ tribuuntur hoc mō Catoni, tot possunt fieri quæstiōes. ut, an ciuis Romanus recte habeat uxorē, recte omittat, recte tradat alteri. An si senatorij sit ordinis, hæc eadem recte faciat. An si philosophus, an si Stoicæ sectæ: perq; reliq̄, quæ non necessario sunt in Catone, ducuntur quæstiōes eo ordine, quo proposuimus, cū eas quæ necessario insunt uerbis, paulo ante ordinaremus. Deinde in uerbo tradiderit insunt, quā ob causam tradiderit, quō, quo tēpore, quo loco, quæq; alia in ipso tradendi actu poterūt per conditionē assumi. Post hæc ex Martiæ perso

na quæritur, an debuerit nobilem mulie rem habere, dimittere, tradere alteri: an opulẽtam, an uitæ genere concordem, an pudicitia conſpicuam, an trium ex ipſo li berorũ matrẽ. Tũ demũ ex Hortẽſio quæ rimus itidem, quæ inſunt illi: an rectè tra diderit nobiliori, liberius uiuenti, cõſula ri, opibus, gratia, facũdia claro. ¶Et ut ſe mel dicamus, omnia argumenta quæ pri mum ex re ducuntur, ſi dubia adhuc pro bandaq; ſunt, in quæſtionẽ uertuntur. Si dicas enim, philoſophus non rectè dimittit uxorem, nõ ergo Cato rectè dimiſit uxo rem: argumentum eſt quòd dicitur, phi loſophum non rectè dimittere uxorem. Quod ſi iam in dubiũ uocet, quẽadmodũ poteſt id copioſe lõgaq; oratione diſputari, an philoſophus rectè dimittat uxorẽ, quæ ſtio erit, primæ ſubſeruiẽs quæſtiõi. Hinc fit, ut non eædẽ quæſtiones oriantur ſem per ex utraq; parte diſſerentibus: ſed pinde ut hæc uel illa pars plura habuerit pauciora ue firmamẽta eius quod tuet, plures etiã naſcentur pauciores ue quæſtiones. Quod in hac cõtrouerſia haud difficile erit uide re: Alexãder ſubuerſis Thebis, Theſſalis, *Argumen tũ de quo dubitetur uerti in q̃ ſtionem.* *Notatio.*

quorũ erat usus cõmilitio, tabulas inuẽtas dono dedit, quibus continebatur, Thessalos centũ talenta mutuo à Thebanis accepisse. Restitutis postea à Cassandro Thebis, Thebani Thessalos apud Amphictyonas centũ talenta reposcũt: quæstio est, an debeant Thebanis Thessali centũ talenta. Ex Thessalorũ parte, si uideamus quid sit, quo se defendũt, aperta erit quæstio. Negant debere se. Atqui accepisse eos & nõ reddidisse certũ est. Quid dicũt ergo? Donо ea se accepisse ab Alexandro. Quæstio igitur erit, an Alexander Thessalis donauerit centũ talenta debita Thebanis, quod cum probatũ fuerit, nihil habebũt Thessali, quod amplius ex sua parte dicant. Reliqua eñ oñia, quæcũq; disputabuntur, ab aduersario potius nascẽtur. Qui quæret, an potuerit Alexãder dare ius crediti, rẽ incorporalẽ, & quæ uenire in arbitrium victoris nõ possit. Primũ ergo quæretur, an dederit. Et quia tabulas dedit, an idem ualeat tabulas dare, quod debitũ. Quæ quidem quæstio ex Thessalorũ defensione (ut diximus) nascitur. Deinde an iure dederit; quæ põt per generales quæstiones di-

uidi,an quisquam iure possit auferre rem alienam,an donare alteri, an Alexander, an à Thebanis,an Thessalis donare. Sequitur hinc alia quæstio ex cõditione proposita,quæ sumitur ex restitutiõe:an sit prinde habẽda restitutio,ac si nihil esset actum omnibus his,quæ præcesserũt eam. Videmus hic nihil habere Thessalos,quod tanq̃ propriũ dicant,quodq̃ robur sit causæ suæ,nisi id quod initio dixi,q̃ Alexander donauerit: reliquæ oẽs quæstiões ex contradictione Thebanorũ oriuntur. Cõiertim utriq̃ parti disputandæ sunt. Neq̃ enim põt quisquam satis constanter sua confirmasse,nisi quæ dicũtur ab aduersario,diligẽter cõfutauerit. ¶ Sunt aũt aliæ quæstiones alijs fœcũdiores,& quæ in plures spargi quæstiões possunt. Aliæ tenuiores sunt,& minus(ut ita dicam)sinuosæ. Magni aũt est acrisq̃ in primis iudicij,uidere quas ex primis quæstionibus deductas disputandas accipiamus. Pleræq̃ eiusmodi sunt, ut nihil aut minimũ summæ rei afferant, exequiq̃ eas fastidiũ potius q̃ fidem paret. Aliæ contra sunt, quæ totum prope euentũ intra se uictoriæ cõtinent;

Nõ oẽs q̃stiões, ex principali quæstiõe ortas, disputari debere, sed eas tantũ, quæ pluri

circa quas diligentissimus incumbit disse-
rẽti labor. Cicero in quinq; Tusculanarũ
disputationum libris, cum solum (quan-
tum mihi uidetur) id efficere uoluisset, so-
lam ad bene beateq; uiuendũ sufficere uir-
tutem: uidebat plurimũ ad id docendum
adiumẽti sibi collaturum, si docuisset ani-
mos immortalitatem. Quia tamen id dif-
ficile probatu uidebat, subiecit homo in-
geniosissimus in locum eius, id quod pro-
ximũ erat, nihil mali esse in morte: ex quo
uelut excursu quodã delatus est eo, ut ten-
taret efficere, quod p̃cipuè cupiebat, non
interire animos. Qđ iam si minus posset
obtinere, ne nihil tñ egisset, id puincebat
utiq;, malum non esse mori. Hinc iam tri-
bus sequentibus libris subdidit, non cade-
re dolorem in sapientem, nõ ægritudinẽ,
non perturbationem. Quæ cum probata
sunt, quis non uidet facilimum permane-
re ad probãdum, si mors non est mala, si
relíqua quæ mala putant, non cadũt in sa-
pientem, ei cui hæc mala non sunt, uirtu-
tẽ summũ esse bonũ? Sic si qs quærat, an
manes nocturnis molesti apparitiõibus,
possint carminibus coerceri. Primũ utiq;

Institutũ Ciceronis in Tuscu-lanis quæ stionibus.

Manium ap paritiões.

fuisset in hac quæstione excutiẽdũ prisceæ philosophiæ, quod totius disputatiõis difficilimum fuisset, an sint ulli manes: at nobis religio hanc quæstionem superuacuã fecit, quando fide certum est, animas non interire. Deinde est id quod nobis nũc est primum, an appareant. Nam & hoc multi non putauerũt, sed uanam ex nostra cogitatione uel metu imaginẽ simulacrũq; capere. Post hæc, an noctu possint apparere, cũ etiã ea quæ natura cõspicua sunt, delitescãt. Iam si manes sunt, quõ possint esse molesti. Videt enim si qd noxiũ habuerint in natura, id è corpibus fuisse, idq; deposuisse cũ corporibus. Hinc iã seqt, an possint ulla ope hũana coerceri, an possint qc q̃ carmina, an possint eos coercere carmina. Hæ aũt quæstiones oẽs, in ipsis primæ quæstionis sunt positæ uerbis: quod ipsa res indicat. At in priore Ciceroõis quæstione, q̃tuor illæ q̃tuor librorũ quæstiones includũt in uno eo uerbo solã i quæstiõe posito. Si enim solã uirtutẽ sufficere ad beatè uiuẽdũ docẽdũ est, prius ostẽdat oportet, mortẽ malum non esse. Si enim ea mala sit, opus erit ad beatã uitã immortalitate,

Deinde dolor si malus est, caditq; in sapientem, deerit rursus aliquid uoto ipsius. Cicero igit conatus est docere nõ cadere eum in sapientẽ, quod ut splẽdidius erat, ita impetrabilius forte fuisset, ppiusq; fidem, non esse malũ dolorem. ægritudinẽ aũt & pturbationẽ, si non ueniũt in sapiẽtem, nihil oĩm extra se expetendum esse sapiẽti, propter quæ ista suscipiuntur, ostẽdunt. Ergo nudus iam sapiẽs, nudæ relinquetur uirtuti. Sed de quæstione quotuplex sit, & quõ status quæstionum, quõ etiam nõnunq; ipsa quæstio inueniẽda sit, & una in plures diducenda quæstiones, hoc pacto nobis sit explicatum.

Epilogus totius tractationis de quæstionibus.

¶ Scholia in caput undecimum.

Quæ trahuntur uel ex uerbis.) Ex uerbis quæstiones ducuntur, quoties uerba ipsa quæstionis principalis, uel seorsum singula inspicim', uel ĝdã eorũ cũ quibusdã cõferimus. Cõtineri uerbis dicuntur illa, quæ cũ rebus eis, quæ uerbis significãtur, certo quodã nexu cohærẽt. ¶ An Cato rectẽ tradiderit Martiã Hortẽsio.) Huius facti mẽtionẽ fecim' capite huius libri 8. ¶ An sit etiã rectũ, nanq; nõ defuerãt philosophi, q nihil neq; rectũ neq; prauũ esse p sedicerẽt in rebus.) Ab hac sentẽtia nõ ita multũ abhorrẽt, quæ in symposio Platonis dicit Pausanias. Cuius uerba A. Gellius hũc in modũ Latina fecit: Omne, in-

An aliqd rectũ p se.

Li. 17. ca. 20.

quit, cõno factũ sic sese habet. Neq; turpe est quãtum in eo est, neq; honestũ. uelut est, quas nũc facimus ipsi res, bibere, cãtare, disserere. Nihil nanq; horũ ipsum ex sese honestũ est, quale cũ fieret modò factũ est, tale extitit. Si rectè honesteq; factũ est, tũ honestũ fit: sin parũ rectè, turpe fit. Sic amare, sic amor nõ honestus oĩs, neq; oĩs laude dignus: sed q facit, nos ut honestè amemus. ¶Vicerit ne Amazones Hercules.) Strabo libro II. inter fabulas refert, quæ de Amazonibus dicũtur. Nomẽ habẽt a priuatiua particula α & μαζὸς, quod mamillam significat: eo quod mamillam dextrã inde à pueritia usq; adustam habẽrẽt: quo si quando posceret usus, expeditius eo brachio uterentur. Quæ loca tenuerint, non usquequaq; inter autores cõuenit, neq; in eisdẽ semper locis mansere. Aiũt fuisse genus mulierũ, quæ sine uiris atq; adeò in cõtẽptũ quendã uirorũ, per se rẽpublicã administrarint, bella gesserĩt, alijs etiã imperarint. Harũ reginã quãdã, inter cæteros labores suos fertur uicisse Hercules, baltheũq; ei ablatũ Eurystheo tradidisse. ¶An pugnent cũ gruibus Pygmæi.) Plinius lib. septimi ca. 2. Super hos, inquit, extrema in parte montiũ Spithamæi pygmæi narrãtur, ternas spithamas lõgitudine, hoc est, ternos dodrantes nõ excedẽtes: salubri cælo, semperq; uernante, mõtibus ab aquilone oppositis, quos a gruibus infestari, Homerus quoq; prodidit. Fama est insidentes arietũ caprarũq; dorsis armatos sagittis, ueris tẽpore uniuerso agmine ad mare descendere, & ouũ pullosq; earũ dentũ cõsumere, ternis cã ex-

Amazões

Pygmæi

num pugnent in grues.

peditionē mēsibus cōfici, aliter futuris gregibus nō
resisti, casas eorū luto pennisq; & ouorū putamini-
bus cōstrui. Aristoteles in cauernis uiuere Pygmæos
tradit. ¶Quod propositū antea, id ē, thesim dixim⁹.)
Lege caput octauū. ¶Alexander subuersis Thebis.)
Sumptū exemplū ex quinto libro institutionū Fabij.
Tractat idē Erasmus in copia, et in pādectas scribēs
Caßāder. Budæus. ¶A Caßādro) Hic unus fuit ex ducibus Ale
xādri, q illo mortuo Thebas restituit. ¶Apud Amphi
Amphicty ctyōes.) Amphictyōes, inqt, Budæus, cōsessus qdam fu
oncs. it Græcus, apud Thermopylas conuenire solitus: ab
Amphictyone Deucaleonis filio sic dictus, qui et ipse
populos cum regnaret, ad conuentus conuocasse di-
citur & cæ. Lege Budæi annotationes in pandectas,
Et Erasmi Chiliadas. ¶Solam ad benè beateq; uiuen
dum sufficere uirtutem.) Hoc docet Cicero Tuscu-
lana 5. ¶Nihil mali esse in morte.) id 1. Tusculana ua
rijs argumētis ostēditur. ¶Hinc iam tribus libris se-
quētibus.) id est, Tusculana secunda, tertia, quarta.
¶An manes nocturnis molesti apparitiōibus posſint
carminibus coërceri.) De hac manifū apparitione no
uū est miraculū in epistola quadā Plinij. Quæ aūt &
quātæ sint uires carminū seu incātationū, explicat in
pharmaceutria Virgilius. Et apud Plinium de uerbis
& incantamentis carminū caput est libro 28. ¶Sed
Epilogus de quæstione quotuplex sit.) Epilogus est eorum quæ
dictorum. de quæstione dixit. Quæ quoniā multa sunt, & diffu
se tractata, age nos quoq; uelut enumeratiōe quadā,
Quæstio omnia in memoriā reuocemus. ¶Quæstio est cum in
quid. terrogatione elata oratio, ad quam ita esse aut non

esse responderi queat. ¶Ea quomodo ex sententia Rodolphi diuidatur, subiecta indicat descriptio. Quæstionũ diuisio

¶ Quæstionum diuersitas, sumitur trifariam.

Primũ ex parte ipsarum rerum. Atq; ita duo earũ sunt genera.

Unum simplex quod ex simplici pronunciato nascitur, suntq; tres eius differentię.

Aut eñ quærimus an sit res.
Aut num hoc sit illud.
Aut quõ hoc sit illud, qđ ẽ rursum quadruplex. nam id quod prędicatur,
Aut est finitio.
Aut genus.
Aut proprium.
Aut accidẽs.

Compositum, qđ est duplex.

Copulatum, vt voluatur ne cęlum & terra quiescat.
Disiunctũ, Sit ne aut dies aut nox.

Deinde ex modo quærendi. Atq; hinc duplex oritur diuersitas.

Prior, qua quæstionum.

Alię prędicatiue dicũtur, vt sit ne homo bipes.
Alię conditionales, an si quis currit, is & mouetur.

Altera, qua quæstionum.

Alię purę sunt, vt an sit anima immortalis
Alię modales, in q̃bus aliquis horum quatuor inest modorum Possibile, cõtingẽs, impossibile, necessarium.

Postremo, pro diuersitate artium ad quas pertinent, quomodo tanta quæstionum diuersitas sit oportet, quanta ipsarum est artium.

¶Iam quisquis scribit aut dicit, quæstionem aliquam tractat.

¶Ea in altercationibus tum apparet, cum quod alter affirmat, id alter negat.

¶In cæteris orationibus inueniri sic potest, si personam, rem, & conatum inuicem comparemus.

¶Præterea quæstiones eæ, in quas prima quæstio deducitur, partim in uerbis ipsis positæ sunt, partim in ijs quæ uerbis continentur. Verbi causa:

¶Prima quæstio est:

An rectè Cato Martiam Hortensio tradiderit.

¶Quæstiones incluſæ in uerbis.

An fuerit Cato, an Martia, an Hortensius, an sit aliquid rectum, an Cato Martiam tradiderit, an tradiderit eam Hortensio, an rectè Cato Martiam Hortensio tradiderit.

Quæstiones incluſæ ijs quæ uerbis continentur.

An homo quisquam uxorem habuerit, an rectè habuerit, an dimiserit, an rectè dimiserit: an tradiderit alteri, an rectè tradiderit. Deinde: num Cato uxorem habuerit, num rectè habuerit: num dimiserit, num rectè dimiserit: num tradiderit alteri, num rectè tradiderit. Hinc iam, ecquid Cato habuerit Martiam, ecquid eam dimiserit, ecquid eam tradiderit alteri, ecquid Hortensio. & unumquicq; istorum, recte an secus. Inde iam postremo loco sequuntur illa: An ciuis Romanus, senator, philosophus, & quidem Stoicus, homo seuerus: habuerit, dimiserit, tradiderit: & an rectè habuerit, dimiserit, tradiderit: uxorem, atque

hanc quidem nobilem,iuuenē,pudicam,deniq; Martiam:homini alteri,nobiliori, liberalius uiuenti,consulari,diuiti,gratioso,eloquenti:idq; hoc tēpore,hoc modo,propter has causas.Quæ tam latè diduxit Rodolphus, non quòd omneis hasce quæstiones explicādas existimet:sed ut ex multis,ea quæ nostro potissimum instituto commoda fore uideantur, eligamus. Atque hactenus de questione.

DE INSTRVMENTO DIALECTICES.

¶Instrumentum dialectices esse orationem,& quomodo ea diuidatur. Caput XII.

Instrumētum dialectica est oratio.

PRoximū est,ut, quia de materia dialectices,hoc est,quæstiōe diximus, nūc de instrumento ipsius ,psequamur. Instrumentū aūt eius est ofo.Per eam nanq; qui differit, fidē conatur facere de illo, quod sibi docendū assumpsit.¶Orationis multæ poterant fieri diuisiōes,nobis duæ maxime sufficiēt: quarum altera à structura ipsius accipitur,altera ab effectu. ¶Struitur aūt omnis ofo, aut sic, ut cōtinens sit: aut ut sit cōcisa. Continēs est,quales sunt oratorū actiones,laudationes, hortatiōes. Concisa:ut disputationes,& alternantia scholasticorū certamina. Hanc Zeno contractæ in pugnum palmæ,illam explici-

Prima oratiōis diuisio in cōcisam & cōtinentē

tæ manui ſimilem dicebat. Et illam quidem perpetuam orationem uocant, attribueruntq; eam rhetori: hãc uerò in foro altercationẽ, uoluerũtq; propriã eã dialectices eſſe. Equidẽ cum poſſit utraq; oratione, & cõciſa, & perpetua, probabiliter ornateq; dici, utranq; etiam ad dialecticũ communiter & rhetora crediderim pertinere: cum antea rationem probabiliter diſſerendi, dialectico: ornatè, rhetori aſſignauerim. Ergo & in foro ingens etiam ſemper fuit oratoribus in altercationib⁹ labor: ſeu cum teſtem interrogarent, ſeu cum ex perpetuæ dictionis decurſu in id ſunt delati, ut per ſingula argumenta premerent aduerſarium, uel illius filentio cõfeſſionem exprimerent. Vnde & editas adhuc in eum uſum à Quintiliano altercationes uidemus. Comici uero & Tragici poetæ, quod nemo negauerit, ciuili oratiõis generi, ſi illud proprie rhetoricum eſſe uolumus: magis ſunt uicini, q̃ ſcholaſtico philoſophorum: qui tamen ipſi, interciſa cõſtant oratione. Contra, quæcunque ferè Ariſtoteles, permultiq; alij præclari in philoſophia nominis, ſcripſerũt,

Vtrãq; orationis ſpeciem et ad dialecticũ et ad rhetorem pertinere rõ prima.

Confirmatio primæ rationis.

Secunda ratio.

perpetuo oronis connexa sunt textu. Sed & alius dialogo eadē rem, alius unius tm̄ psonæ oratione tractauit. Vt de amicitia Cicero in Lælio personas alternis dicētes induxit. Aristoteles in ethicis eandē rem suis ipse uerbis est execut⁹. Hæc idcirco dixi, qa de oratione & partibus eius dicturus sum nōnulla, quæ solēt etiā à rhetoribus explicari: ne qs ea cū legat, egressum me terminos instituti mei credat. Cum em̄ sit (qd sæpe iā dicimus) dialectices munus, accōmodatè ad fidē, p cuiusq; rei natura, differere: fatendū utiq; erit, qm̄ id oratione uelut instrumēto fit, q̄cunq; id oratione fieri possit, eam dialectico intra artis suæ instrumētū esse numerandā. ¶ Nec ego tm̄ negauerim multū hæc duo oratonū gña differe, cū sint instātiora magisq; urgeāt cōcisa, & pluriūq; utiq; fraudū sint capacia, earū maximè, quæ aduersario laqueis captiosaꝝ interrogationū struūt. Quo fit, ut persæpe oratores in ppetuis actionibus, si quando acrius premunt aduersarium, imitent altercātem, interrogentq;, ecqd habeat qd respōdere uelit: qd possit istis contradicere? Perpetua uerò dictio tra-

Tertia.

Cōtinens & cōcisa oratio quo differant.

ctu æqualitatecꝫ ſua iudici eſt aptior: ut nõ adeo quæ prorſus ſunt uera, ſed è duobus magis ſequaẽ ueriſimiliora dicẽtem: quicꝫ ex toto oꝝonis cõplexu, oĩmcꝫ eoꝝ quæ dicunt comparatiõe, accipere malit, quid probet aut auerſet: aduerſarios uero nihil uellet prætermiſiſſe, quod ipm offendere poſſet: ſed potius ſtatim unũquicqꝫ apprehendere cupiet, ſingulisꝫ inſiſtere, neqꝫ quicq̃ è manibus, niſi ui dicentis abreptũ, dimittere. Eſt itaqꝫ (ut ſic dicã) in ꝑpetua oꝝone ueritatis color plerunqꝫ ſpecioſior: in altercatiõe diſquiſitio exactior. Qualeſcũqꝫ tñ ſunt oꝝonũ iſtæ differẽtiæ, quia utraqꝫ docemus, utraqꝫ intra dialectici ueniet tractatũ. ¶ Alterã oꝝonis diuiſionẽ ab oꝝonis effectu dixim⁹ accipi. Is eſt, docere, quoad ei⁹ fieri poterit. Qui docẽt aũt, aut parat⁹ eſt credere, aut ẽ oꝝonis ui cogẽdus. Sic & oꝝo, aut ſatis habet explicare rẽ de qua dicit, cuiuſmodi ſit, ſecura fidei opĩonisꝫ eius q̃ audit: aut talẽ eſſe puincere, etiã renitẽte auditore, conat. Illud expoſitiõe fit, iſtud argumẽtatione. Omnis igiẽ oꝝo, & prorſus omne quicqd dicit, aut expoſitio erit, aut argumẽtatio,

Secunda orationis diuiſio, in expoſitionem & argumentationem.

Expositionem priore libro diximus esse orationem, quæ solam dicentis mentē explicat, nullo quo fides audiēti fiat adhibito. Argumētationem uero orationem, qua qs rei de qua dicit, fidem facere conat̄. ¶ Inter narrationē & expositionē, argumentationē item & confirmationē, nulla sane est differentia: nisi q̄ narrationē & confirmationē duas orationis partes facimus, quibus certus est in causis locus: expositio autem & argumētatio, generalia sunt nomina: & in proœmio sæpe exponimus, sæpe argumētamur: & in narratione interim argumētamur, & in cōfirmatione exponimus, & in peroratione itidē utrūq̄ nōnunq̄ facimus. Itaq̄ ut q̄ minimū confunderemus nomina ista cū illis, placuit hæc sic potissimū nominare, quanq̄ sit, ea nonnunq̄ apud autores inuenire cōfusa. Expositio ergo (quēadmodū dicimus) est, quæ rem recensēt solū talem aliquam esse, uelut credenti auditori. Argumētatio, quæ talē esse rem rōne puincere nititur. Vt sit expositio: Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuēre coloni, Carthago: quæq̄ sequuntur, Causas em̄ propter quas oderat Aene

Expositio

Argumētatio.

Narratio nē ab expositione, ac argumentatio nē à cōfirmatiōe nil distare, licet hoc opere sæpe rentur.

Expositionis officium.

Argumētationis munus.

Exemplū expositionis.

am Iuno, recenſet poeta. Easq; ſi ſic acceſſiſſet, ut dubiũ faceret, an odiſſet Aeneam Iuno, harũq; cõmemoratiõe cauſam uelet id docere, argumẽtatio eẽt. Nunc quia odiũ Iunonis uelut certũ indubitatumq; ſumit, cui cauſæ ſubduntur, non ut oſtendat odiſſe Aeneam Iuno, quippe p certo id eſt, quẽadmodũ diximus: ſed propter qs odiũ ipſum puenerit, expoſitio ẽ. Qđ ſi iam cõuertamus oro nẽ, dicamusq;, non dubiũ eſt, quin oderit Aeneam Iuno, qm̃ Carthaginẽ amabat, cui exitiũ ab Aeneæ poſteritate uentura erat, & quia cõtra Troianos ſteterat pro Argiuis ſuis in bello, & reliqua quæ poeta ſubdidit, argumẽtatio fiet. Vt obiter admoneamus, idem qñq; expoſitionẽ & argumentationẽ, mutata tm̃ oronis forma, fieri poſſe: cũ poſſit idẽ ipſum & cauſa rei eſſe, & ratio. In præſentia dico rõnẽ, p quam res cognoſcit: cauſam, p quam eſt. Ergo ſi quis cũ uideat deficere lunam, diſſeratq; id euenire, qm̃ terra interpoſita ſit inter ſolẽ & lunã, excludatq; radios ſolis, ne miſſi ad lunam illuſtrare poſſint eam fulgore ſuo: cauſam dicet, expoſitioq; erit. Si quis aũt cum uide

Idem expoſitionẽ & argumentationẽ cẽpoſſe

Quid hic ratio.

Item quid cauſa.

at lunam deficientẽ, probet terrã interpo
sitam esse inter solem & lunam, qm̃ aliter
deficere luna non possit, rõnẽ tantũ red-
det. At si cras defectum ire lunam prædi
ces, idq; ostẽdas, quia doceas terram inter
solem & lunam interuẽturam: idem iam
hic interuẽtus terræ inter solem & lunã,
causa erit defectus lunæ, quia per eam eue
niet: & ratio quoq; fiet, quia p eam euen
tura esse cognoscet. Argumentatio au *Exemplũ argumentationis.*
tem est, quod paulo post subiecit poeta.
Me'ne incepto desistere uictam?
Nec posse Italia Teucrorꝫ auertere regẽ?
Et reliqua: noti enim sunt loci. Non dicit
Iuno sibi ipsi tanq; credenti, nolle se desi-
stere ꝓposito: sed addita rõne, docet ipsa
se, q̃re indignũ sit ut desistat: hortatq; ut
in sententia pmaneat. Huius aũt admonẽ *Cõmiscere argumentationẽ & expositionẽ*
dum uidetur, nõnunq; in expositionẽ ue-
nire argumentationẽ, & sæpius in argu-
mẽtationem expositionẽ uenire. Eaq; si p
se accipiant, poterit quicq; uocari idipm,
quod est. Argumentatio erit itaq;:
Assensere oẽs, & quæ sibi quisq; timebat,
Vnius in miseri exitiũ cõuersa tulêre.
Quo magis em̃ potuisset probare, oẽs as-

senſiſſe,q̃ q̃ gaudebant ſecuritate ſua? Ita apud Ciceronem pro Milone: Seruos ex Appēnino deduxerat, quos uidebatis: res enim erat miníme obſcura. Et paulo poſt itez: Quam uocē eius ad hũc M. Catonē ſtatim Fauonius detulit. Et itez: Vt añ ſuum fundũ (quod re intellectum eſt) Miloni inſidias collocaret. quæ oēs argumētationes ſunt, breues quidē, ſed argumentationes tñ. Contra inter argumentandũ expoſitio eſt. Vt pro lege Manilia, rez à Lucullo cõtra Mithridatem geſtaz. Item pro Murena, explicatio inſtitutoz philoſophiæ Stoicæ, quam Cato ſectabatur. Et pro eodem, uerba minæq̃ L. Catilinæ, & in domeſtica cõcione, & in ſenatu iactata.

Laudationes ſæpe uituperationesq̃, totæ propemodũ expoſitione cõſtant. Quæ cauſa fuit nõnullis, ut crederent in eis controuerſiam non eſſe. Vez quia & inter exponendũ argumentatio, & inter argumentandũ expoſitio, utraq̃ ſit alterius rei acceſſio, tranſeunt in nomen quoq̃ illius cuius ſubſtantiæ iunguñt. Quanq̃ enim partem quãpiam expoſitiõis, nodulo aliquo argumentationis iniecto firmemus,

non tñ tunc circa id summa consistit instituti nri. Et expositiões quæ inter argumẽtandũ fiunt, quanq̃ sint utiq; p se exceptæ expositiões, tñ quia argumẽtationũ pars sunt, & illis cõfirmandis destinanť, argumentatiões uocanť. Nomina eñ data rebus esse uoluit Anaxagoras, non ab eo qđ solum, sed quod maxime essent.

Scholia in caput duodecimum.

STruitur autem omnis oratio, aut sic ut cõtinẽs sit.) Fabius Quintilianus libro secundo: Itaque cum duo, inquit, sint genera orationis: altera perpetua, quæ rhetorice dicitur: altera concisa, quæ dialectice: quas qdem Zenon adeo cõiunxit, ut hanc compressæ in pugnum manus, illam explicitæ diceret simile: etiam disputatrix uirtus erit. adeò de hac, quæ speciosior atq; apertior tanto est, nihil dubitabitur. Et Cicero in Oratore ad Brutum: Zeno quidem ille, inqt, à quo disciplina Stoicorũ est, manu demonstrare solebat, quid inter has artes interesset. Nam cum cõpressérat digitos, pugnumq; fecerat, dialecticam aiebat eiusmodi esse: cum autem diduxerat & manum dilatauerat palmæ illius similem eloquentiã esse dicebat. ¶ Equidem cum poßit utraq; oratione.) Probat rationibus aliquot, utrunq; orationis genus cõmuniter & ad rhetorem & ad dialecticum pertinere. Quanquam hic quoque uerborum magis, quàm rerũ inter Rodolphũ & alios pugna est. Etenim Ro-

Dialecti-ca pugno, rhetorica palmæ similis.

dolphus de rhetorica & dialectica loquitur, quatenus hæ cõmunes quædam ministræ sunt artium omnium: ita ut ab rhetore ornatus petatur sermõis, à dialectico probabilitas. Quo certè modo tam concisam quàm continentem seu perpetuam orationem, utrique harum artium communem esse oportet: cum utroque genere orationis, probabiliter ornateq; disseri possit. Qui diuersam sunt secuti sententiam, hi dialecticen ad scholastica illa umbraticaq; certamina coartarunt: & officio rhetoris, eos demum fungi arbitrati sunt, qui forensibus illis actionibus operã suam addixissent. At enim nónne & in forum interim concisum illud orationis genus uenire potest? Potest quidem: uerum id rarius. Et qui hunc in modum discreuêre res istas, eos non tam quid fieri possit, quàm quid plerũque fieri soleat, tradere uoluisse apparet. ¶Cum antea rationem probabiliter disserendi dialectico.) id fecit libri huius capite secundo. ¶Ergo & in foro ingens etiam semper fuit oratoribus in altercationibus labor.) De his altercationibus caput est apud Fabium libro sexto. Quòd autem addit Rodolphus editas esse à Quintiliano altercationes in hunc usum, de ea re dicemus nonnihil libro tertio, capite decimoquinto. ¶Cicero in Lælio.) in libro de amicitia, qui Lælius inscribitur. ¶Expositionem priore libro diximus esse orationem.) Libri primi capite itẽ primo. ¶Inter narrationem & expositionem, argumentationem item & confirmationem.) His ad plenum intelligendis multum momenti attulerit lectum

huius libri caput decimumseptimũ. ¶Vrbs antiqua fuit.)Primo Aeneidos. Locus notior, q̃ q̃ asscribi debeat. ¶Cũ id ipsum posit esse & causa rei & ratio.) Causam nũc dicit, per quã res habet ut sit: rõnem, per quã res habet ut cognoscatur. Ergo res eadẽ, inquit, & causa esse põt & ratio: causa, quatenꝰ per ipsam res est: ratio, quatenus per ipsam cognoscitur. Exẽpla quæ addit, satis dilucida sunt: modò ne ignoremꝰ, defectũ siue eclipsim lunæ prouenire inde, quòd terra, inter solẽ & lunã interposita, obstat, quò minus luna radijs solaribꝰ illustretur. ¶Mẽne incepto desistere uictam?) Verba Iunonis primo Aeneidos, indignãtis se tot annos contra Aeneam frustra bella gessisse. animãtisq̃; se ipsam, ne ab incepto desistat. Locus est notus uel pueris, quo circa nihil causæ erat, cur huc plura asscriberentur. ¶Nonnunquam in expositionem uenire argumentationem.) Quintilianus libro quarto: Argumentabimur, inquit, in narratione nunquã, argumentum ponemus aliquando. ¶Eaq̃; si per se accipiantur, poterit quicq̃ uocari id ipsum quod est.) Quoties argumentatio, inquit, uenit in expositionẽ, tunc per se quidem inspecta posset suo nomine, hoc est, argumentatio dici, sed quia in eiusmodi oratione expositio dominatur, hinc est, uti tota ex positionis nomen recipiat. Idem fit, quoties expositio incidit in argumentationem. ¶Assensêre oẽs, & quæ sibi quisq̃; timebat &c.) Verba sunt Sinonis secundo Aeneidos: quorũ mentio fiet & capite sequenti. ¶Ita apud Ciceronem pro Milone.) Continentia loci Cice

Causa. Ratio.

roniani habet ad hũc modum: Vbi uidet hõ ad omne facinus paratißimus, fortißimum uirum, inimicißimum suum, certißimum consulem: idq; intellexit non solum sermonibus, sed etiam suffragijs populi Romani sæpe esse declaratum: palàm agere cœpit, & aperte dicere, occidendum Milonem. Seruos agrestes & barbaros, quibus syluas publicas depopulatus erat, Hetruriãq; uexarat, ex Appẽnino deduxerat, quos uidebatis, res erat minime obscura. Etenim palàm dicitabat, consulatũ Miloni eripi non posse, uitam posse. Significauit hoc sæpe in senatu, dixit in concione, quin & Fauonio fortißimo uiro, quærẽti ex eo, quæ spe frueretur Milone uiuo, respõdit, triduo illum, ad summa quatriduo periturum, quã uocem eius ad hũc M. Catonem statim Fauonius detulit. Interim cũ sciret Clodius (neq; enim erat difficile scire) iter solenne, legitimum, necessarium ante diem decimum: ertiũ calendarum Februarij, Miloni esse Lanuuium, ad flaminem prodẽdum, quod erat dictator Lanuuij Milo, Roma subitò ipse profectus pridie est, ut ante suum fundum, quod re intellectum est, Miloni insidias collocaret. ¶Vt pro lege Manilia, rerum à Lucullo gestarum.) In ea oratione explicaturus Cicero, quomodo magnum adhuc posset esse id bellum, quod cũ Mithridate gerebat populus Romanus: initio Lucullũ laudat, atque res eius aduersus Mithridatem gestas exponit. Lõgum foret huc totum locum asscribere, neque ita multũ momenti attulerit ad eorum quæ ab Rodolpho dicuntur intelligentiam. ¶Item pro Mure

na explicatio institutorum philosophiæ Stoicæ.) Hũc Ciceronis locum totum asscripsimus huius libri capite octauo. ¶Et pro eodẽ uerba minꝫ; L. Catilinæ.) Dixerat enim Catilina in domestica cõcione, miserorum fidelem defensorem inueniri non posse, nisi eum qui ipse miser esset: minimè timidum & ualde calamitosum esse oportere eum, qui esset futurus dux & signifer calamitosorum. Dixerat idem in senatu, duo corpora esse in republica, unum debile firmo capite, alterum firmum sine capite: huic cum ita de se meritum esset, caput se uiuo non defuturum &c. ¶Nomina enim rebus data uoluit Anaxagoras.) Philosophꝰ hic fuit Asiaticus. Claruit Athenis eodem tempore, quo Persarum rex Xerxes. Cum post annos complures ex Græcia in patriam esset reuersus, uideretꝙ; de sertas possessiones suas: Nõ essem, inquit, saluus ego, nisi istæ perissent. Et q annũciarat mortem filij, nihil noui nuncias, inquit, sciebam enim me genuisse mortalem. Porrò quod hic de eo dicit Rodolphus, id (si rectè memini) tribuit ei in physicis Aristoteles. Anaxagoras.

¶Dupliciter orationi fidem contingere, rebus, & oratione ipsa. Atꝙ inde argumẽtatio quid sit.

Caput XIII.

SEd nos singulatim de utraꝙ, primũꝙ de argumẽtatione dicamus, qm̃ sunt in ea robur neruiꝙ differentis. Expositio em̃ inuenit (ut ita dicam) fidem, argumẽtatio facit eam. Si quid autẽ habet expositio

tio,si quid habet utique artis,quod dialectico præcipiendũ sit, id fere ex argumẽtandi ratione descendit. ¶Cum petatur autem fides argumentatione, dicendũ uidetur in primis, fidem orationi dupliciter contingere,rebus scilicet,& oratione. ¶Rebus contingit fides, quam is qui audit,uelut tacita apud animum suum argumentatione colligit: & ex persona eius q dicit:quia uel is putat, cui tuto possit credi:uel affectus aliquis,ut beneuolentia,ut misericordia, propensiorem facit animũ audiẽtis ad credendum. Et ex reliquis, ut sunt tempus, locus, res, & ipsius etiam q audit persæpe cupiditas,uel æquitas utcũq; animi,cuius parui refert,siue ita esse fiue aliter credat:& ipse dicẽdi modus. Vnde & persæpe dubitatio dicẽtis, nostram opinionẽ confirmat, non quia id uerba efficiant, sed quia credendũ uidetur maxime ei,qui nihil improbius affirmet. Contraq; argumentosius & solicite dicẽti,minus habetur interim fidei. Putamus enim, non fuisse de fide nostra dubitaturum, ni si fidem sibi ipse nõ haberet:& quia sciret non dicere se uera,in eam persuasionẽ ue

Fidẽ orationi contingere duobus modis. Primum rebus.

nire,ut ne ueriſimilia quidem nobis puta
ret uiſum iri. Vnde ductum in prouerbi
um eſt, neminẽ ſatis credibiliter alijs mẽ
tituꝝ, niſi qui fuerit antea ſibi mentitus.
Sinon ille Vergilianus, nihil habet in uer
bis ſuis, quo fidem faciat eis, quæ de caſu
ſuo deq; fabricatione equi confingit. Vn
de ergo fides illi uenit? Primum credeba
tur auectos hoſtes: unde dimoto metu, li
bertas iam Troianis negligentius omnia
& ſecurius audiẽdi, minusq; ſuſpecta uer
ba Sinonis accipere, ut quæ nihil poſſent
nocere. Deinde Sinonem relictum hoſti
bus, nõ uideri niſi offenſum ſuis & inimi
cum, eſſe poſſe. Ad hæc præſens pro uiro
fauor, & miſericordia ex piculis. Palame
des Troianis Vlyſſis æmulatiõe & uetan
dis bellis, acceptior. Vlyſſes cõtra Tro
ianis aſtu doliſq; inuiſus. Troiani cupi
entes uera eſſe quæ dicebantur: & parati
ores ad credendũ, quia nullum uidebant
eſſe præmiũ mendacio. Præterea Palla
dium à Græcis de Troia furto ablatum.
Equus animal aptũ bellis, & deæ præſidi
belloꝝ ſacrum. Poſt Laocoon à draconi
bus peremptus, qui equum uiolauerat.

Cur Tro iani credi derint Si- noni.

Ratio pri ma.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Septima.

Octaua.

Nona.

Quia narrantur omnia cõsentanea istis, quanquã nihil sit in oratione, quo uera quæ dicuntur probentur: ipse tñ auditor collectione collationeq; rerũ, & earum inter se ordine & congruentia, sic esse sibi persuadet. Ergo creduntur alia, quia uera esse certum est, quale est quod primũ narratur de Palamede:

Primus eorum sex modorũ, quibus creditur aliquid esse uerum in expositione.

Quem falsa sub proditione Pelasgi
Insontẽ infando indicio, qa bella uetabat,
Demisere neci. Et iterum:
Oĩs spes Danaũm, & cœpti fiducia belli,
Palladis auxilijs semper stetit.

Secundus

Alia creduntᷤ, quia sunt per se ꝓbabilia, ut
Sæpe fugã Danai Troia cupiere relicta
Moliri, & lõgo fessi discedere bello. Et,
Eripui (fateor) lœto me & uincula rupi. Et,
Assensere oẽs, & quæ sibi qsq; timebat,
Vnius in miseri exitiũ cõuersa tulere.

Tertius.

Alia creduntᷤ, qa alijs ueris silia sunt, ut
Sanguine quærendi reditus.
Creditur emᷤ, quia simile illius est:
Sanguĩe placastis uentos & uirgine cæsa;
quod certum est. Sic etiam,
Hinc semper Vlysses
Crimĩb⁹ terrere nouis, hĩc spargere uo-

ces In uulgum ambiguas.
Certum erat antea talia solitũ illũ facere.
Quædam uelut in numerum creduntˊ, Quartus
quia non est cur falsa ea putemus: Vt,
Illi me comitẽ & cõsanguĩtate ꝓpinquũ
Paup ĩ arma pr̃ primishuc misit ab annis.
Et,Bis qnos silet ille dies,tectusq; recusat
Prodere uoce sua quenq̃, aut opponere
morti. Et,Limosoq; lacu p noctem obscu
rus in ulua Delitui.Nõ em̃ est,cur ista uel
sic uel potius nõ sic facta credam⁹. Quæ Quintus.
dam etiã fidẽ habẽt, quia inter duo pror
sus uera uelut uia uel trãsit⁹ quidã statuũ=
tur: occupantq; ea mentẽ, quia ad alia nõ
respicimus,ut hæc uera credamus. Vt Pa
lamedẽ fraudibus Vlyssis occisum esse ꝓ
confesso est,& Sinonẽ relictum à Græcis
in patriã ꝓfectis,res ipsa indicat. Conne=
ctit hæc duo capita Sinon, hinc sumpto
fundamẽto fraudis,q; cõsanguineus esset
Palamedis.Qd̃ cum uideaẽ nihil summæ
rei allatuꝝ, & uelut extra rem, & nihil
ad rem ptinens, pro uero accipiẽ, origi=
nemq; fidei præbet oĩbus illis, quæ post=
ea dicunt. Vt ĩterim admoneamus, nul Notatio.
la parte illũ qui cõtra nos differat, acrius

inſpiciendum, q̃ ubi minimũ urgere nos, uel etiã ridiculus nobis, firmare ptes nras uidebit. Ea nãq; quæ palam nos premũt, uelut aperta uis, ui repelluntur, ipſaq; uel indormientes nos impetu ſuo excitant. Quæ uero tanq̃ ſtolida, & nõnunq̃ etiam ut profutura, proferũtur, quo tectius plerũq;, eo grauius difficiliusq; uitatu periculũ ferũt. Poſtremo creditur dicẽti ipſi, quia uel grauis uir uel beneuolus putat. Ad id figurandum ptinet, quod dicit: Fas odiſſe uiros. Et, quod dñ prius omen in ipſum Conuertant. Quanq̃ ſint aũt hæc omnia in ipſa oſone, non tñ altera adhibetur alteri, tanq̃ fidem factura: ſed ſingulæ p ſe poſitæ, reputatione audiẽtis, & apud animũ ſuum comparãtis eas, parant fidẽ. Pleraq; uero ſe ipſis, ſola rerũ æſtimatiõe, quia apte accommodateq; omnia naturæ ſuæ dicuntur, idcirco uidentur credibilia. Hocq; fidei genus, cum omni oſoni nonnunq̃ eſt neceſſariũ, tum expoſitioni maxime, cum non habeat ea fidem niſi ex rebus. ¶ Fides aũt quæ fit oſone, eſt, quæ cõficitur argumentando, cum rem dubiam probabili colligimus argumento, Id ue-

Sextus.

Cauilli remotio.

Alter modus, quo orationi fides contingit.

ro,quo simul complectimur rem, quam probare uolumus:& illud inuētum, quo probare conamur,eam argumentationē esse dicimus. Sane quo pacto argumentū rei probandæ argumentando adhibeat, in cōmune,prioris libri initio, quàm potuimus apertissime conati sumus explicare. In hoc loco,quæ argumentatiōis,hoc est,oronis sunt propria,dicentur. *Argumētatio quæ comprehendat.*

¶ Scholia in caput decimumtertium.

NEminem satis credibiliter alijs mentiturum.) Quintilianus libro duodecimo. Prodit enim se,inquit, quamlibet custodiatur simulatio. Nec unq̄ tanta fuerit eloquendi facultas, ut nō titubet ac hæreat,quoties ab animo uerba dissentiunt. ¶Sinon ille Vergilianus.)Video molestum fore lectori (si quis tamen hæc leget)quòd toties integros locos & quidem obuios huc asscribo. Sed ueniam mereor,quippe qui satisfactum uelim & ijs, qui locos eos memoria nō tenent,neq; libros semper habēt ad manum. Atq; sunt sanè nonnulla ex ijs,quæ adducit Rodolphus eiusmodi, ut intelligi nullo modo possint, nisi totū locum eū, unde ea educta sunt,eis accommodemus. Qualis uel cum primis hæc est expositio Sinonis,ex secundo Aeneidos. Quocirca boni cōsulet(opinor)æquus lector, si totam eius loci continentiam huc asscribamus. Ea habet ad hunc modum: *Mendacii culter tegitur.*

Oratio Sinonis proditoris.

Cuncta equidem tibi rex, fuerit quodcunq; fatebor
Vera, inquit, neq; me Argolica de gente negabo.
Hoc primum, nec si miserum fortuna Sinonem
Finxit, uanum etiam mendacemq; improba finget.
Fando aliquid, si forte tuas peruenit ad aures
Belidæ nomen Palamedis, & inclyta fama
Gloria, quem falsa sub proditione Pelasgi
Insontem infando indicio, quia bella uetabat,
Demisêre neci: nunc cassum lumine lugent.
Illi me comitem & consanguinitate propinquum
Pauper in arma pater primis huc misit ab annis.
Dum stabat regno incolumis, regnumq; uigebat
Consilijs, & nos aliquod nomenq; decusq;
Gessimus. inuidia postquam pellacis Vlyssei
(Haud ignota loquor) superis concessit ab oris.
Afflictus uitam in tenebris luctuq; trahebam,
Et casum insontis mecum indignabar amici.
Nec tacui demens: & me, fors si qua tulisset,
Si patrios unquam remeassem uictor ad Argos,
Promisi ultorem: & uerbis odia aspera moui.
Hinc mihi prima mali labes: hinc semper Vlysses
Criminibus terrere nouis: hinc spargere uoces
In uulgum ambiguas, & quærere conscius arma.

Aposiopesis.

Nec requieuit enim, donec Calchante ministro.
Sed quid ego hæc aũt nequicquam ingrata reuoluo?
Quidue moror? si oẽs uno ordine habetis Achiuos,
Idq; audire sat est, iamdudum sumite pœnas.
Hoc Ithacus uelit, & magno mercentur Atridæ.
Tum uerò ardemus scitari, & quærere causas.

Ignari scelerum tantorum, artisq; Pelasgæ.
Prosequitur pauitans, & ficto pectore fatur:
Sæpe fugam Danai Troia cupiêre relicta
Moliri, & longo fessi discedere bello.
Fecissentq; utinam. sæpe illos aspera ponti
Intercluserit hyems, & terruit auster euntes.
Præcipuè cum iam hic trabibus contextus acernis
Staret equus, toto sonuerunt æthere nymbi.
Suspensi Eurypilum scitatum oracula Phœbi
Mittimus, isq; adytis hæc tristia dicta reportat:
Sanguine placastis uentos & uirgine cæsa,
Cum primum Iliacas Danai uenistis ad oras.
Sauguine quærendi reditus, animaq; litandum
Argolica. Vulgi quæ uox ut uenit ad aures,
Obstupuêre animi, gelidusq; per ima cucurrit
Ossa tremor, cui fata parent, quem poscant Apollo.
Hic Ithacus uatem magno Calchanta tumultu
Protrahit in medios, quæ sint ea numina diuûm
Flagitat, & mihi iam multi crudele canebant
Artificis scelus, & taciti uentura uidebant.
Bis quinos silet ille dies, tectusq; recusat
Prodere uoce sua quenquam, aut opponere morti.
Vix tandem magnis Ithaci clamoribus actus,
Composito rumpit uocem, & me destinat aræ.
Assensêre omnes, & quæ sibi quisq; timebat,
Vnius in miseri exitium conuersa tulêre.
Iamq; dies infanda aderat, mihi sacra parari,
Et salsæ fruges, & circum tempora uittæ.
Eripui (fateor) lætome, & uincula rupi.

Limoſoq́; lacu per noctem obſcurus in ulua
Delitui: dum uela darent, ſi forte dediſſent.
Nec mihi iam patriam antiquam ſpes ulla uidendi,
Nec dulces natos, exoptatumq́; parentem:
Quos illi fors ad pœnas ob noſtra repoſcent
Effugia, & culpam hanc miſerorum morte piabunt.
Quod te per ſuperos, & conſcia numina ueri,
Per ſi qua eſt quæ reſtat adhuc mortalibus uſquam
Intemerata fides, oro, miſerere laborum
Tantorum, miſerere animi non digna ferentis.
His lachrymis uitam damus, & miſereſcimus ultrò.
Ipſe uiro primus manicas, atq; arcta leuari
Vincla iubet Priamus, dictiſq; ita fatur amicis:
Quiſquis es, amiſſos hinc iam obliuiſcere Graios.
Noſter eris: mihiq; hæc ediſſere uera roganti,
Quô molem hãc immanis equi ſtatuêre? quis autor?
Quídue petunt? quæ relligio? aut quæ machina belli?
Dixerat. Ille dolus inſtructus & arte Pelaſga,
Suſtulit exutas uinclis ad ſidera palmas.
Vos æterni ignes, & non uiolabile ueſtrum
Teſtor numen, ait, uos aræ enſesq́; nefandi
Quos fugi, uittæq́; deûm quas hoſtia geßi,
Fas mihi Graiorum ſacrata reſoluere iura,
Fas odiſſe uiros: atq; omnia ferre ſub auras,
Si qua tegunt: teneor patriæ nec legibus ullis.
Tu modo promißis maneas, ſeruataq́; ſerues
Troia fidem, ſi uera feram, ſi magna rependam.
Omnis ſpes Danaûm & cœpti fiducia belli
Palladis auxilijs ſemper ſtetit: impius ex quo

Tytides, sed enim scelerumq; inuentor Vlysses
Fatale aggressi sacrato auellere templo
Palladium, caesis summae custodibus arcis,
Corripuêre sacram effigiem, manibusq; cruentis
Virgineas ausi diuae contingere uittas.
Ex illo fluere, ac retrò sublapsa referri
Spes Danaûm, fractae uires, auersa deae mens.
Nec dubijs ea signa dedit Tritonia monstris.
Vix positum castris simulacrum: arsêre coruscae
Luminibus flammae arrectis, salsusq; per artus
Sudor ijt: terq; ipsa solo (mirabile dictu)
Emicuit: parmamq; ferens hastamq; trementem.
Extemplò tentanda fuga canit æquora Calchas,
Nec posse Argolicis excindi Pergama telis,
Omnia ni repetant Argis, numenq; reducant
Quod pelago & curuis secum aduexêre carinis.
Et nunc quòd patrias uento petiêre Mycenas,
Arma deosq; parant comites: pelagoq; remenso
Improuisi aderunt: ita digerit omnia Calchas.
Hanc pro Palladio moniti, pro numine læso
Effigiem statuêre, nefas quæ triste piaret.
Hanc tamen immensam Calchas attollere molem
Roboribus textis, caeloq; educere iussit:
Ne recipi portis, aut duci in mœnia possit,
Neu populum antiqua sub religione tueri.
Nam si uestra manus uiolasset dona Mineruæ,
Tum magnum exitium (quod dij prius omẽ in ipsum
Conuertant) Priami imperio Phrygibusq; futurum.
Sin manibus uestris uestram ascendisset in urbem,

Vltrò Asiam magno Pelopeia ad mœnia bello
Venturam, & nostros ea fata manere nepotes.

Argumẽtatio. ¶ *Id uerò quo simul.*) Itaq; argumentatio est oratio ea, quæ & rem probandam & argumẽtum quo probare rẽ eã uolumus, complectitur. Cicero in partitionibus ait, argumẽtationem esse explicationem argumenti. Idem in rhetoricis, nomine argumentationis duo significari dicit, argumentum ipsum, & artificiosam inuenti iam argumenti expolitionem. ¶ *Sanè quo pacto argumentum rei probandæ argumentando adhibeatur.*) Lege libri superioris caput 2.

¶ Duas esse argumentandi formas perfectas, syllogismum & inductionem, siue (ut Rodolphus mauult) enumerationem. Duas itẽ imperfectas, enthymema atq; exemplũ. Tum, quo hæ formæ inter se distent: & quando perfecta, quando imperfecta argumentatione utendum. Cap. XIIII.

Fidẽ quæ fit argumentãdo aut à sensibus aut à mente proficisci

FIdes omis quæ fit argumẽtando, aut â sensibus primũ cœpit, desitq; in mentem, in qua necesse est fidẽ oẽm cõsistere. Aut ipsa p se mẽs, alterꝫ ex altero, res pceptas cõferendo, collegit. Prius est, ut quia uidimus lunã, iam plenilunio deficere, & iterꝫ, tertio, quartoq; itidẽ fieri, dicimus: luna tunc & tunc, & alio itẽ alioq; tpe plenilunio defecit, nec unq̃ aliter est usum: colligimus, ergo luna nunq̃ nisi plenilunio deficit. Priora eñ illa sensu percepta

sunt singulatim, posterius aũt quod est, luna nunq̃ nisi plenilunio deficere, mente sola pcipitur. Secundũ, cũ mens alterũ colligit ex altero. Vt cũ dicimus, luna nũ q̃ deficit nisi plenilunio, ergo necesse ẽ id fieri interuẽtu terræ lunam obumbrãtis. Horũ enim utrunq;, nisi mente, percipi nequit. ¶Pro hac diuersitate duæ natæ sunt perfectæ formæ argumẽtandi, quarũ alterã inductionẽ, alteram uulgo uocant Græco nomine συλλογισμὸν. Cicero aptè (ut oĩa) & prope ad uerbum, rõcinationẽ dixit. Mihi rectissime uidetur inductio dici, enũeratio: quẽadmodũ Cicero dixit, argumentationẽ quandã esse ex partium oĩm enũeratione. Inductionis uero nomen magis cõuenire impfectæ enumeratiõi, cũ duobus tribus ue propositis inducit auditor, ut in oĩbus ita credat esse. ¶Est autẽ inductio uel (ut nos dicimus) enũeratio, argumẽtatio, qua ex pluribus uel partibus uel speciebus, unũ uel totum uel genus uniuersaliter colligitur. Genus in præsentia uoco, quod aliqua rõne in plura diuiditur. Species, in quas id diuiditur. Ex ptibus hoc modo: Plebs Ro-

Duæ argumentandi formæ perfectæ.

Inductio siue enumeratio quid.

mana optimè de Milone sentit, & equester ordo, & senatus: totꝰ ergo P. Ro. optimè sentit de Milone. Ex specieb. hoc mō: Pompeius habet uirtutē, habet peritiā rei militaris, autoritatē, felicitatē: habet ergo cuncta Pōpeius in summo duce spectāda. ¶ Ratiocinatio (si Latino malumus uti noīe) est, ut inquit Arist. oratio, in qua positis quibusdā, necesse ē aliud, p̄ter ea quæ posita sunt, euenire. Vel, est argumētatio, in qua positaꝝ duaꝝ propositionum duo termini sic iungūtur in tertio aliquo, ut necesse sit eos eodem mō inter se cōiungi: Vt, oīs insidiator iure occidit, Clodius ē insidiator, ergo Clodius iure occidit. Hic in his duabus propositionibus, iure occidi & Clodius, iungūtur affirmatiue, in eo quod est insidiatorē esse: iunguntur q̄ inter se etiā affirmatiue. Sic & negatiue, nullū qui fatetur à se hoīem occisum fas est uiuere, Milo fatetur à se hominē occisum, ergo Miloni fas nō ē uiuere. Hic Milo, & fas eē uiuere, disiungūtur negatiōe, in eo quod ē fateri hominē à se occisum, disiūgūtur ergo itidē inter se. ¶ Sed quæ sit lex, quotq̄ sint rōcinationū eaꝝ figuræ,

Quid syllogismus siue ratiocinatio.

ad iudicandi pertinet rationē exacte pſequi. In pſentia, qm̄ neceſſe ē uſu uenire nomina iſta: ne ſint ignorata, obiter quātum præſentis rei ſufficit inſtituto, dicātur. Id ergo qđ efficitur argumentatione, alīj cōcluſionem, alīj intentionem uocant: qm̄ ſit id, quod intendimus argumentando confícere. Ea uero, per quæ cōficimus concluſionem, propoſitiones dicūtur. Et in inductione quidem nullum inter ſe ordinem habēt propoſitiones, nec numerum præfinitum. Pro multitudine enim partium aut ſpecierum, creſcat is neceſſe eſt, et quælibet ex æquo adhibetur concluſioni conficiendæ. In ratiocinatione aūt, tātum duæ ſunt ꝓpoſitiones. Quarū altera plus uiriū habet ad cōficiēdū, qa cōcluſionē fere intra ſe cōplectit, & idcirco ea uel maior propoſitio, uel expoſitio uocatur. Altera minus habet uiriū, quā uocāt minorē ꝓpoſitionē, uel aſſumptionē. Et oīs qdē ꝓpoſitio duobus cōtinetur uel extremis uel terminis. Quoꝝ hic ſubiectū dr̄, de quo dicitur aliquid. Hic uero p̄dicatū, qđ dr̄ de aliquo. Neceſſe eſt igitur in duabus propoſitionibus rōcinatiōis quatuor

Concluſio uel intentio.

Propoſitiones.

Maior uel expoſitio

Minor uel aſſumptio

Subiectū.

Prædicatum.

esse terminos: interq; hos quatuor, quia unus bis semp accipitur, usu quidē & ministerio quatuor sunt, reuera tñ non plures sunt tribus. Quoꝝ q bis sumitur, medium dicit: qm̃ in eo alij duo iunguntur. At q cum medio sumitur in maiore, maius extremū: in assumptione uel minore, extremū minus uocatur. In hac ergo rōcinatione, oīs insidiator iure occidit, Clodius est insidiator, ergo Clodius iure occiditur: conclusio est, Clodius iure occidit: ea ē em̃ quā probare uolumus. Maior est, oīs insidiator iure occiditur. Minor, Clodius est insidiator. Medium est insidiator: qm̃ in eo, iure occiditur, quod ē maius extremū, & Clodius, qđ est minus, iūgunt.

Medium.
Maius extremum.
Minus extremum.

¶ Præter has duas spēs argumētandi pfectas, aliæ sunt impfectæ duæ: quæ nisi captiosæ sint, & nō in spēm tm̃ sed uere ꝯficiant, ad istas semp redigi possunt. Quarū quæ ad rōcinationē ducitur, enthymema dicitur, id ē (ut Quintilianus interpretatur) cōmentū. Quo quidē cū possint oīa mentis nr̃æ signari cogitata, argumentationem significauerūt ex altera ratiocinatiōis propositiōe, hoc est, maiore uel mi

Duæ argumentādi formæ ĩperfdctæ. ꝯficiāt. Enthymema.

nore,& cõclusione compositam.Ex maio re,ut insidiator iure occiditur,ergo Clodius iure occiditur.Ex minore,ut Clodius est insidiator, iure ergo Clodius occiditur. Quæ uero naturam habet inductionis,exemplum uocatur. Quid sit exemplum, superiore libro,cum comparata tractaremus,à nobis est dictũ.Sed non oñe exemplũ redigitur ad inductiõem, nec oñis imperfecta inductio est utiq; exemplum. Illud eñ, P. Scipio occidit iure Meliũ,ergo Cicero iure occidet Catilinã, nemo negauerit exemplũ esse.Non est inductio tñ,sed rõcinatio.Nec enim Scipio pars est Ciceronis, nec species illius. Sic &,quanq̃ sit exemplum, hæc imperfecta inductio: Oñis potestas impatiens cõsortis erit, qñ fraterno primi maduerũt sanguine muri: hæc tñ argumentatio: Quid satis est,si Roma pax? quæ sic explicatur, Roma non est satis, ergo nulla res est satis,inductionis quidem similitudinem habet,nemo tamen dixerit eam exemplum. Aristoteles autem dixit enthymema ratiocinationem rhetoricam: definiuitq; enthymema esse ratiocinationem ex uerisi-

Exemplũ.

Primo libro monuimus non Sp. Meliũ, sed Gracchum ab Scipione occisum fuisse.

Aristotelis sententia de enthymemate.

milibus & signis. Sūt itaq;, qui putēt Aristotelem non discreuisse forma argumentandi, à rōcinatione enthymema: sed certo tm̄ rex gñe enthymema cōstare uoluisse. Pleriq; rhetores hoc nomē uelut dignatiōe quadā dederūt ei argumētatiōis gñi, qđ ex cōtrarijs conficitur. Quale est: Quem alienū fidū inuenies, si tuis hostis fueris? Et id qđ modò dixi: Quid satis est, si Roma pax? Et apud eundē autorē: Au des fulcire ruinam, Sub qua Roma iacet? Et, Cū meretricis sit quod amator odi, cuius putatis esse quod paup adamauit? Sed hæc plerūq; magis cōstāt eloquēdi rōne, q̄ inueniendi uel argumentandi forma.

Perfectas argumentatiōes hactenus ab imperfectis differre, quòd in illis de solo antecedēti, in his etiā de cōsequutiōe ambigi poßit

OMnis aūt rōcinatio perfecta q; inductio, si modò legitimè riteq; fiāt, certæ sp exploratæq; fidei sunt in colligēdo. Si nāq; uera sunt, quæ ꝓponunt in eis, ne cesse est & ea esse uera, quæ colligunt. Ex falso em̄ uex pōt effici. Cōsequēs est em̄, si hō est asinus, hoiem esse animal. Ex uero autem nihil nisi uex efficit. Estq; idcirco usus eorum, ut efficacissimus, ita crebro difficilimus etiam: quoniam facilimè prospicit in eis, expositis omnibus per quæ sit

ꝓbatio,uelut in corpore cuius oīa detegū tur mēbra,si qd uitiꝫ errorúmue subsit. Deinde, quēadmodū in inductiōe pſæpe enumeratio oīm partiū aut ſpecieꝫ difficilis eſt, ſed duabus qñq; tribúsue iā ꝓpoſitis,reliquaꝫ fides ex eis facilè colligít:ſic in rōcinatione frequēter, aut ꝓpoſita,maiore,minor:aut minore propoſita,maior apertior eſt, q̄ ut ꝓponenda ſit, ſed ultro incurrunt in animū, alteraq; ex altera pſpicitur. Quapropter nō rhetores modò quibus imperfectas has argumentādi formas Ariſtoteles attribuit: ſed & dialecti ci,(ſi quid tamē hi diuerſum habent in argumentādi ratione ab alijs)& mathematici,& phyſici,& (uno uerbo dicam)quicunq; diſſerūt, ſiue uerbis in altercatiōe ſi ue ſcriptis poſteritati tradēdis, creberrimè enthymemate,nōnūq; &inductiōe im pfecta colligūt cōprehēſiōes ſuas. Rhetor uero pſæpe plena rōcinatiōe ꝓbatiōes cōplectitur,ſi maior utiq; res,& fuſius ſit atq; latius demonſtranda. Sed obruūtur copia & oſonis hubertate ſingulæ ꝓpoſitiones, nec ad ſcrupuloſā illā argumētādi legē,q̄ uulgo p̄cipiť,explicāť:dicūťq; popu

Falſum cē illud quod dicūt quidam,perfectas argumentatiōes pertinere ad dialecticū imperfectas ad rhetorem

li auribus parata populariter. Ergo (ut alio loco diximus) tota pro Milone oratio in rõcinationẽ cõiecta est. Et p Plácio itidem. Quid p lege Manília? An nõ sunt hæ argumentationes, hoc in bello agi dignitatẽ populi Romani? qđ multis primũ uerbis oñditur. Hinc ꝓbat oñe bellũ esse suscipiẽdum, in quo agit dignitas populi Romani, qđ suis argumẽtationibus colligitur: estq; hæc maior ꝓpositio, quæ scẽdo loco ponitur: minor, quæ priore loco. Ex qbus apertũ est, si iũgamus eas, rõcinationẽ fieri: Vt, oẽ bellũ est suscipiẽdum, in quo agitur dignitas populi Romani: hoc bellũ ẽ in quo agitur dignitas populi Romani: hoc ergo bellũ est suscipiẽdum. Continuo iterꝫ: Hoc in bello agitur salus sociorꝫ, est aũt oñe tale bellũ suscipiendũ, ergo hoc bellũ est suscipiendũ. Rursus, qſ qs præcipuè habet quatuor illa, uirtutẽ, scientiã rei militaris, autoritatẽ, felicitatẽ, maximè est ad hoc bellũ deligendus, Cn. Põpeius præcipuè habet quatuor illa, ergo est ad hoc bellũ maximè delígẽdus impator. ¶ Loci qdẽ cõmunes (ut rhetores uocãt) nõ sunt aliud q̃ maiores rõcinatiõ

*ratiocinationes.

Loci cões

onũ ꝓpositiones: ut quæ in ꝓditorẽ, in ueneficũ, adulterꝫ, ficariũ, dicũtur. Cũ uolumus em̃ ꝓbare, Cæliũ dãnandũ, oñdimus ueneficũ eũ eẽ, qđ ubi explicatũ est, qd restat aliud, qđ rõcinatiõi desit, nisi maior, ueneficus ẽ dãnãdus? ¶ Hoc aũt ne quẽ fallat, annotandũ uidetur. Qm̃ uniuersaliter ꝓnunciata, qualẽ plerũq; maiorẽ rõcinationis ꝓpositionẽ faciũt, supina sæpe uidẽtur, et ociosa, et distãtia magis à re ꝓposita, idcirco solere oratores, quo arctius reb⁹ adhæreãt, in particularia in dicendo conuertere. Et cũ dicendũ esset, oẽ bellũ ẽ suscipiẽdum, in quo agitur salus socioꝝ: &, oĩs ueneficus ẽ dãnandus: ut instare magis p̃mereq; uideãtur, dicere malũt: hoc bellũ est suscipiendũ, qa agitur in eo salus socioꝝ: &, hic ueneficus est dãnandus. In quo & hoc meo iudicio ingeniosissimi homines sequuntur, q; uniuersalia uelut latè sparsa sint aĩo audiẽtis, tãq; in aere interq; nubes ap̃hẽdẽda. Cũ uero ad rẽ præsentẽ astricta, & añ oculos interq; man⁹ sunt posita, mouẽdis affectibus aptiora sunt, q; soli in audientiũ dominãtur animis: quos nihil æquè, ut aspectus primũ rei, & ima- Notatio.

go proxime, uelut præsentis negocij, animo subiecto irritat. Nihil est, ergo, ꝙ quisquam putet, certis artium generibus has uel illas argumentãdi formas addici posse. Rex ipsa pſens cõditio, ut quæq; diligentius est & cõstantius affirmãda, cõsilium pbebit. Et quẽadmodũ in pleriſq; rebus semel põt in perpetuũ præcipi, qd fieri oporteat: ita in hoc, ut in alijs multis, hoc solum perpetuũ est, ꝙ ppetuũ statui nihil põt. ¶ Cum ergo (ut pdiximus) in rõcinatione & inductione, nulla in cõclu dendo possit esse dubitatio: & necesse est, si qua repugnet eis aduersarius, id circo id euenire: qm̃ quæ proponuntur, uera esse neget: in enthymemate & imperfecta inductione, utrũq; est qd̃ dubitari possit: an uerũ sit qd̃ propositum est, & an quod intendimus, ex eo efficiatur: Vt cum dicit, Cluentius pecunia fidẽ iudicũ subuertit, ergo lege corrupti iudicij tenetur. Primũ negat Cicero Cluentiũ subuertisse fidem iudicum. Quod si ipm uex non est, neq; habetur ei fides, nõ potest alteri, qd̃ probandum est, fidem parare. Deinde, ut uerum sit subuertisse eum iudicũ fidem, nõ

Explicatur differentia superi⁹ cœpta.

tñ consequitur, teneri eum lege, qm̃ non utiq; quisquis iudiciũ pecunia tẽtauerit, lege iudicij corrupti tenetur. Sic & in inductiõe imperfecta negare põt aduersarius, uel nõ esse uer̃ quod ꝓponitur: uel nõ enumerata esse omnia, ex quibus colligi intentio possit, ut nihil sit necesse, quanq; denẽ uera esse quæ sumuntur in probatione, cõseq tñ idcirco, qđ efficere conamur.

Præparatio ad decernendũ ubi perfecta aut imperfecta argumentatione utendũ sit.

VT ergo affirmandæ rei cuiusq; p argumẽtationẽ rõnẽ paucis absoluamus, & ostendamus etiã ubi pfectis opus sit argumẽtationibus, ubi sufficiãt impfectæ: hæc primũ lex ꝓponẽda est argumẽtationũ oĩm, ex uero nihil colligi posse ni si uer̃. Quare si falsum ẽ quod colligit̃, necesse est falsum esse qđ antecedit, si rite collectũ sit. Hinc ergo cõseqtur, ut sp quẽ admodũ ex ꝓposito cõclusio colligit̃, ut si uer̃ sit propositũ, necesse sit uer̃ eẽ qđ cõcluditur: sic ex cõtradicẽte cõclusionis, sp propositi contradicens colligatur. Nã cũ nequeat in legitima argumentatione colligi falsum ex uero, quoties tanq; uerum proponimus id, qđ contradicit cõclusiõi, necesse est conclusionẽ falsam esse, cũ duo contradicẽtia simul esse uera non possint.

Tres certissimi dialecticorũ canones.

Falsum erit ergo propositū id, ex quo collecta est ea conclusio. Consequitur igitur, propositi contradicens esse uerū. Vñ fit quod intendimus, quēadmodū ex proposito cōclusio, sic ex cōtradicente cōclusiōis propositi colligi cōtradicens. Vt si hominē esse detur, necesse est demus & animal esse. Quòd si animal esse, falsum esse dicamus, uerū erit cōtradicēs eius, quod est, nullum animal est. Falsum ergo id est, ex quo animal esse colligimus, quod erat hoiem esse. Ergo uerum itidem contradicens istius, qđ est, nullus hō est. Itaq; quēadmodum necessario consequitur, homo est, ergo animal est: ita cōsequitur, & nullum animal est, ergo nullus homo est.

Duplex ductus uniuscuiusq; rei probandæ.

¶ Duplex ē ergo ductus cuiusq; rei probandæ. Vnus directus, ut cū propositō aliquo uelut recta uia colligim⁹ id, quod probare uolumus. Vt q probare uolet, sapientē esse diuitē, dicat: Sapiēs nullius indiget, ergo sapiens est diues. Alius est ductus obliquus. Vt cū accepto cōtradicente eius quod probare uolumus, colligimus ex eo aliquid quod falsum sit, unde regressi, docemus falsum id eē, ex quo col

lectum est: idq́, quia cõtradicens est eius quod intẽdimus ꝓbare, cõsequẽs est, istud ipm esse uerꝝ: ut, sapiẽs est diues. Si eĩ nõ sit diues sapiẽs, cupiet aliquid: sed falsum est hoc, falsum ergo ex quo colligit id, hoc est, nõ esse diuitẽ sapientẽ. Verꝝ igit erit, qđ intẽdimus, sapientẽ esse diuitẽ. Non sunt aũt hæ argumẽtandi formæ. Per oẽs eĩ formas quas exposuimꝰ, duci possunt. Sed uiæ quædam colligendæ intentiõis. Quapropter ductus eos uocauimus. Quo pacto aũt uerꝝ esse aliquid oñdimus, eodẽ etiã in cõtradicente suo, falsum esse monstramus. Cum ꝓbauerimus eĩ, contradicens suũ uerꝝ, necesse est, ut id quod intendebatur, apertũ sit falsum esse. *Hos ductꝰ argumentationes non esse.*

¶ Vbi fuerit igitur exposita argumentatio, si sit ipfecta, ut enthymema & inductio: quẽad modũ prædiximus, duo sunt quæ dubitari possunt. Aut eĩ negatur consequi hoc ex illo, aut uerꝝ esse, quod propositũ est. Consequẽs oñdemus esse, ut impfectas argumentatiões ad pfectaꝝ formã, ut si enthymema sit, ad rõcinationẽ: si inductio, ad enumerationẽ, cõferamus. Rõcinatio & enũeratio, si præscripto mõ rectęq́ fi- *Quõ i imperfectis argumentatiõibus oſtẽdendũ sit conſeq́ concluſio nẽ ad propoſitum, ſi ue (ut nũc loqmur) antecedẽs*

unt, nullũ possunt admittere cõsecutiõis incertũ. Enthymema est: Clodius struxit insidias, ergo iure cæsus est. Rõcinatio fit cum subiũcimus, oĩs eñ insidiator iure occiditur. Ea est eñ maior propositio rõcinatiõis. Sic in inductiõe: Pisistratus accepto publico præsidio tyrannidem inuasit, & Phalaris itidẽ: ergo qsquis è publico præsidiũ poscit, tyrannidem uult inuadere. Quia difficile est hic oẽs enũerare, pro reliquoꝝ enũeratione ponimus plerũq;, neq; quisq̃ est q non hoc pacto fecerit, aut simile quicq̃ in eam subdimus sententiã. Deinde colligimus iam, quod intẽdimus. Vnde solẽt plerũq; altercantes, qñ q; etiam ppetua dicẽtes oĩone, cũ difficile sit affirmare, in oñibus alĩs similiter sẽ rẽ habere, petere ab aduersario, ut ille dicat, in quo nõ ita sit: & cõfessionẽ illius uel ignorationẽ pro sua petere assueratiõe. In qbusdã etiã, quia nõ tam quærimus qd ueꝝ sit, q̃ utrũ ueriſimilius: idcirco quando q̃ nõ possimus inductionem pfectam facere, sufficit tñ audiẽtis fidei, quanq̃ nõ sempꝝ aut in oĩbus, aliqñ tñ & in aliquibus factum esse & fieri solere, quod tũ nos ostẽ

dere conamur. Quod in deliberatiõibus & cõiectando futuroꝝ exitu, plerunq; sa tis esse solet documẽti. Consequi ergo qđ intẽdimus, ad id qđ propositũ est, hoc pa cto docetur. At si ueꝝ esse negat aduersa rius, quod proponit, idipsum rursus alia colligendũ erit argumẽtatiõe, simili uia, qua id cui probando adhibetur iam colli gi debere mõstrauimus, idq; tam diu fiat oportet, donec tandẽ ueniamus ad aliqd, quod certũ sit, taleq; ut negare id aduersa rius nõ possit. Ex quo cum fidẽ parauerimus ei, quod proxime collegit ex ipso, de inde ex hoc iam collecto rursus aliud probam⁹; & ex illo aliud, donec tandẽ peruenia mus ad primũ illud, qđ efficere reliquaꝝ argumẽtationũ serie conamur. Vt Stoicus q probare uolet, diuitẽ esse qsqs sit sapiẽs: primũ dicat, qm̃ nullæ opes desunt sapiẽti. Quod ipm etiam ẽ dubiũ, probat ergo: qm̃ habet opes quãtascũq; uult, certũ est ergo nullas sibi deesse. Sed & id propositum probãdum est. Subiicit igit, nullas enim cupit opes. Probat & hoc, qa nullas bonas putat. Qđ iã pendet ex eo, quod Stoico tanq; foci & aræ defendendũ ẽ, id

Quid faciendum, si propositũ seu antecedens negetur.

est aũt, solã in bonis esse uirtutẽ. Ergo iam ex hoc quod postremũ est, prioꝛ oĩm sumitur fides. Nam si sapiens solã in bonis nũerat uirtutẽ, nõ putat opes esse bonas, nõ ergo cupit eas, habet igitur quantascũ ꝙ uult: quo fit, ut nullæ desint sibi: certũ est ergo diuitẽ esse, quisqs sit sapiẽs. Quia sunt aũt hæc enthymemata cuncta, ꝓ quæ ductæ sunt hæ argumentatiões, idcirco si de eoꝛ consecutiõe dubitet aduersarius, necesse erit singula, quæ paꝛ cohærere uidebuntur, in rõcinationis formã conĩcere. Vt si dicat aduersarius, nõ utiq; quia nihil desit sapiẽti, diuitẽ eũ esse: addat oportet q̃ disputat, maiorẽ rõcinationis ꝓpositionẽ, quæ est, cuicũq; nihil deest, is est diues. Quæ, qm̃ negabit eã aduersarius, alia rursus ẽ argumẽtatione colligẽda. Quæ causa fuit pleriſq;, ut qnq; ptiũ facerẽt rõcinationẽ, cũ cuiuslibet ꝓpositiõis ꝓbatio nẽ pro pte nũerarent. Quod si sequimur, quãuis multaꝛ partiũ rõcinationẽ facere licebit: cũ & unaquæq; ꝓbatio suã possit iteꝛ habere ꝓbationẽ, & hæc rursus aliã. Quapropter ꝓbatiões ꝓpositionum non sunt argumẽtatiõis ptes, sed nouæ ꝑ se fi-

Tantum tres esse partes syllogismi, non qnq;.

unt argumẽtatiões. Sicut aũt recto ductu cœpimus ꝓbare, ꝙ quiſqs ẽ ſapiẽs, eſt di ues: primumq; caput totius ꝓbatiõis feci mus id, quod cõfeſſum ẽ, ſolã uirtutẽ à ſa piẽte bonũ æſtimari: ſic ꝓ obliquũ ductũ, accepto cõtradicẽte eius, quod ꝓbare cu pimus, licebit eiſdem gradibus, ſed uerſo ordĩe colligere cõtradicẽs eius, à quo pri mũ directæ ꝓbatiõis duximus initiũ. Qđ colligere conamur ẽ, ꝙ quiſqs ẽ ſapiens, diues ẽ. Id ergo ſi nõ eſt, erit ex aduerſa rĩ ſnĩa aliqs ſapiens, q non ſit diues, ergo deerit illi aliqd, nõ habebit igitur quãtas opes uolet, cupiet ergo opes: quod ſi facit, bonas eas putabit, ergo iam ſapiẽs aliqd præter uirtutẽ, habebit inter bona: quod ſi falſum ẽ, falſa ſint neceſſe eſt, ex qbus id id collectum ẽ. ergo ueꝛ erit, quiſqs ſapi ens eſt, eũ diuitẽ eſſe. Nihil differũt aũt hi ductus ad argumẽtandi euentũ. Quãlibet eñ argumẽtationẽ paratũ eſt, utrouis ho rũ ductuũ explicari. Sed aduerſarius for te diſcrimẽ aliquod in his faciet. In alterca tiõibus pſertim cõfidẽs, & q ſe decipi pa rũ timeat, facilius directo capiet ductu, ſi ꝓ multas ꝓbatiões ducẽda ſit cõfirmatio

Quid diſcriminis inter ductũ rectũ & obliquum.

eius,quod intẽdimus.Ea em̃ quæ longius distãt,&nihil cũ re negocij hr̃e uidebunt, facile dabit,securus,& firmus(ut sibi persuadet)aduersus insidias.Cõtra q̃ metuet fraudes,illi quæ uelut tutissima proponẽ tur,erũt maxie suspecta:putabitq; piculo sissime credi eis, in qbus minime se prodant picula.Hic ergo proximis & sensim à propositio deflectẽtibus, facili⁹ accedat. Acrius & istãtius uidet urgere obliquus ductus,cũ p eũ falsa intẽtates aduersario & negãda,grauius p̃mere uideamur,q̃ si directo ductu colligẽtes uera ueris,uelut ducere ipsum docereq; credamur. Directus itaq; monẽti, obliquus ẽ exprobrãti similior.Ex his nequaq̃ difficile ẽ uidere, ubi pfectam necesse sit adhibere argumẽtationẽ, ubi sufficiat impfecta. Nã si cubi explicata re p impfectam, cõsecutio sit in dubitata,nihil erit opus pfecta, etiã in eis rebus de qbus scrupulosissime disputat. Sic si qñ hæreat uel orator in cõficiẽda argumẽtatiõe:quia dubitet,an sit cõsequẽs, quod efficere uoluit:ad pfectam argumẽtandi formã tunc esse redeundum, & res ipsa,&eloquẽtissimoꝝ uiroꝝ usus oñdit.

Explicat id quod superi⁹ proposuit, quando perfectis, quãdo imperfectis argumentandi formis utendum.

¶Scholia in caput decimumquartum.

QVandoquidem caput hoc multa cõplectitur, & quæ non satis expositа uideantur esse ijs, qui parum exercitati sunt præceptis dialecticorum: expediat fortasis quædam repetere paulo altius, & quæ habet Rodolphus, ea in breueis quasdam uelut summas colligere.

¶Quæstio igitur (ut auspicemur inde) est id de quo disceptatur. Hoc est, quemadmodũ ait Boethius, quæstio est in dubitationem ambiguitatemq; adducta propositio. Vel (ut Rodolphi uerbis utamur) quæstio est cum interrogatione elata oratio, cui est aut nõ est, responderi queat. Quæstio.

¶Argumentum est, quo alteram quæstionis partem uerã aut falsam esse ostendimus. Vel (ut inquit Quintilianus) argumentum est res, quæ alterius probationi adhibetur. Argumẽtum.

¶Argumentatio est oratio ea, qua inuentum iam argumentum rei propositæ accommodamus. Ea interim paucissimis absoluitur uerbis, interim latissimè funditur: pro arbitratu eius qui dicit. Argumẽtatio.

¶Duæ sunt eius formæ perfectæ, Syllogismus & enumeratio, quam alij uocant inductionem. Argumẽtationis spẽs duæ.

¶Syllogismus est oratio, in qua positis aliquibus & concessis, aliud quiddã quàm sunt ea quæ posita sunt, per ea quæ posita sunt, necesse est euenire. Aut si mauis hoc pacto: Syllogismus ẽ argumentatio, in qua ex propositiõe & assũptiõe, necessariò seqtur cõclusio. Vt, nulla ars citra exercitationẽ perdiscipõt, dialecti- Syllogismus.

ce ars est, neqt ergo ea citra exercitationē perdisci.

Syllogismi partes.

¶ Constat syllogismus quisq; partibus ternis, quarū prima ab Rodolpho dicitur expositio, altera assumptio, tertia intentio siue conclusio. Cicero primam illam nominat propositionem, assumptionem alteram, tertiam complexionem. Expositio est pronūciatum, generalem lateq; patentem complectens sentētiam, ex qua omnis uis totius argumētationis emanat. Cicero sic finit: Propositio est, per quam breuiter locus is exponitur, ex quo omnis uis oportet emanet ratiocinationis. Assumptio est pronunciatum, quo generalis illa sententia accommodatur rei propositæ. Cōclusio illud est pronūciatum, quod ex expositione & assumptione necessariò colligitur. Vt si probare uelis episcopum omnem oportere esse uirum bonum: hic initio generalem aliquam sententiā proponas oportet: ea esse posit eiusmodi: Cuius hæ partes sunt, uti homines cæteros suo exēplo reddat meliores, is ipse ante cīa bonus sit oportet. Hæc est propositio, quæ quantum in ipsa est, multo pluribus, atq; nostro huic instituto, potest accommodari. Quamobrem excipiet hanc assumptio, ita eam proposito nostro astringēs, ut quod in commune prius dictum erat, id iam huic instituto incipiat esse proprium. Ea assumptio hæc sit: Episcopi cuiusq; id munus est, uti homines cæteros suo exemplo meliores reddat. Hinc iā, uelis, nolis, sequitur ea quam initio proposueramus, conclusio: nempe hæc, debet ergo episcopus unusquisq; esse uir bonus.

Expositio ꝫ & propositio.

Assūptio. Cōclusio, quæ & cō plexio.

¶Iam cum pronunciatum quodq; duobus cohæreat terminis, subiecto & prædicato: alter ex ijs, duabus illis prioribus partibus syllogismi debet esse communis, ita ut semel in expositione positus, deinde in assumptione etiam repetatur. Atq; is terminus utrobiq; hoc modo positus, dicitur mediũ. Cui q in expositione coniungitur, dicitur maius extremum: quòd ferè latius pateat. Qui in assumptione, extremũ minus: eo quòd de paucioribus dici possit. Verbi causa: Cuius officium est erudire alios, ipsum eruditum esse oportet: episcopi munus est, ut alios erudiat: ergo episcopum ipsum eruditum esse oportet. In hoc syllogismo, medium est, alios erudire: maius extremum, ipsum oportere esse doctũ: minus extremũ, episcopus

Medium. Maius extremum. Minus extremum.

¶Quòd si cui uideantur hæc parum conuenire tertiæ syllogismorum figuræ: ei hoc ego responsum uolo in præsentia, rarum aut nullum potius esse huius figuræ apud eruditos usum: ac proinde indignam uisam fuisse, cuius nos cura hic angeret.

Cauilli amotio.

¶Porrò enumeratio (inductionem alij uocant) est argumentatio, qua ex pluribus uel partibus uel speciebus, unum uel totum uel genus, uniuersaliter colligitur. Sed de hoc paulo post explicatius.

Enumeratio siue inductio.

¶Interim sciendum illud, quòd præter has duas argumentandi formas, aliæ duæ sunt argumẽtandi species imperfectæ, enthymema & exemplum. Enthyme ma est syllogismus, cui altera propositionum deest: Vt, anima à se ipsa mouetur, ergo mouetur semper. Et, quod semper mouetur, id immortale est, ergo im-

Duæ argumẽtandi formæ ĩperfectæ. Enthyme ma.

mortalis est anima. Exemplum est, quo unum particulare probatur per aliud: Vt, non potuit Romã capere Annibal, ergo nec Gotthi. Hæc rudius: cætera post dicemus explicandis uerbis Rodolphi.

Exemplũ.

Quo differant hæ formæ ab illis prioribus

¶ Quidam imperfectas hasce argumentationes à superioribus illis discreuêre hoc pacto, ut has dicerẽt pertinere ad rhetorem, illas ad dialecticum. Quorũ sententiam non satis esse ueram, id uel hinc liquet, quod & dialectici enthymematis exemplisq;, & rhetores perfectis interim syllogismis utantur.

¶ Itaq; si quis accuratius uolet ista secernere, is hoc dicet: in perfectis illis, solum antecedens uocari in dubium posse: in imperfectis, non modò antecedens, sed & consecutionem.

Quando perfectis, quãdo imperfectis utendum.

¶ Ac proinde quoties res est eiusmodi, ut in imperfectis hisce formis certa sit cõsecutio, non est cur perfectis utamur: sin uerò ambigi de consecutione possit, iam perfectis uti præstiterit, siue in rhetorum, siue in dialecticorum campo uerseris.

Duplex tractandarum argumentationũ ductus

¶ Potest autem unaquæq; harum specierum duplici ductu tractari, directo & obliquo. Directus est, cum proposito aliquo, uelut recta uia colligimus id, quod probare uolumus. Obliquus, cum accepto contradicente eius quod probare uolumus, colligimus ex eo aliquid quod falsum sit: unde regressi, docemus falsum id esse ex quo collectũ est: idq; quia contradicens est eius quod intẽdimus, cõsequẽs est, istud esse uerũ.

Hi ductus quo distẽt

¶ Inter hos ductus illud modò interest, quòd prior ille aptior est aduersus securũ ac intrepidũ aduer-

sariũ: hic posterior, cõtra solicitũ & tergiuersantẽ.
¶Hæc ferè summa est eorum, quæ toto hoc capite explicantur. Iam singulatim ea quæ difficultatis ali quid habere uidebũtur, explanare incipiamus. Quãquam illud adhuc in cõmune dicẽdum est. Video ego partes syllogismorum, apud diuersos autores, diuersis item nominibus significari. Proinde ne quid caliginis afferat multitudo istorum nominũ, hunc in modum ea discernat iuuentus.

Pars prima	Ab Aristotele	Dicit	Propositio maior.
	A Cicerone		Propositio.
	A Quintiliano		Intentio.
	A Boethio.		Propositio assumptum.
	Ab Rodolpho		Expositio.

Syllogismi

Partẽ secundam	Aristoteles	Nominat	Propositionem minorem.
	Cicero		Assumptionẽ.
	Quintilianus		Assumptionẽ.
	Boethius		Assumptionem vel assumptũ.
	Rodolphus		Assumptiõem.

Pars tertia	Ab Aristotele	Appellatur.	Conclusio.
	A Cicerone		Complexio.
	A Quintiliano		Connexio.
	A Boethio		Conclusio.
	Ab Rodolpho		Conclusio vel intentio.

Quanquam dum Quintiliani uerba considero diligentius, uidetur is mihi intentionis nomine intellige re conclusionem, nondum probatam, sed in hoc proositam ut probetur: deinde assumptionẽ uocare eã quæ à Cicerone dicitur propositio: connexionem autem, quæ ab alijs assumptio dicitur, eo quòd hæc intẽtionem cum propositione connectat. Verum hæc excutere scrupulosius, difficilius fortasse quàm commodius fuerit: idcirco ea in medium relinquamus. Nam quòd Boethius his tantum nominibus utatur in designandis partibus syllogismi hypothetici, id certè leuius est, quàm quod admoneri oporteat. Ergo iã ad singula.

PRo hac diuersitate duæ natæ sunt perfectæ formæ argumentandi. Perfectas dicit propterea, q enthymema quoq; & exemplũ formæ argumentãdi sunt, sed imperfectæ. ¶Alteram uocãt græco nomine συλλογισμὸν.) ϖαρὰ τὸ συλλογίζεσθαι, id ẽ, colligere & ratiocinari. ¶Cicero aptè, ut omnia, & propè ad uerbum, ratiocinationẽ dixit.) Cicero primo rhetoricorum: Omnis autem, inquit, argumentatio, aut per inductionem tractanda est, aut per ratiocinationem. Et rursus: Ratiocinatio est, inquit, oratio, ex ipsa re probabile aliquid eliciens, quod expositum & per se cognitum, sua se ui & ratione confirmet. ¶Mihi rectissimè uidetur inductio enumeratio dici: quemadmodũ Cicero dixit & c.) Ego, inquit Rodolphus, existimo eã, quæ ab alijs dicitur inductio, rectius dici posse enumerationẽ, eo quòd partiũ aut spe

cierũ quædã in ea fiat enumeratio. Cicero primo rhe toricorum, posteaquam duo docuit esse genera argumentandi, unum necessarium, alterum probabile: atque prius illud trifariam tractari posse, per complexionem, per enumerationem, & per simplicem cõclusionem: deinde (quod ad hunc attinet locum) Enumeratio est, inquit, qua pluribus rebus expositis, & cæteris infirmatis, una reliqua necessariò cõfirmatur: hoc pacto: Necesse est aut inimicitiarum causa ab hoc esse occisum, aut metus, aut spei, aut alicuius amici gratia, aut si horum nihil est, non ab hoc esse occisum, nam sine causa maleficium susceptum esse nõ potest. Sed neq; inimicitiæ fuerunt, nec metus ullus, nec spes ex morte illius alicuius commodi, neq; ad amicũ eius aliquem mors eius pertinebat. Relinquitur ergo ut ab hoc non sit occisus. ¶Est autem inductio, uel ut nos dicimus enumeratio.) Variè usurpatur nomẽ inductionis apud autores: quæres esse in causa solet, ut cum legerint omnia quæ de ea apud diuersos scripta sunt iuuenes, nondum tamen quæ uis & natura eius sit assequantur. Quocirca uisum est mihi, quædã paulo altius de ea repetere. Quæ si eiusmodi nõ erũt, ut satisfaciant doctis, profuerint tamẽ in hoc, ut alij his reprehẽdẽdis meliora afferãt: & si nõ aliud, hoc certè effecisse uideamur, ut ansam præstiterimus aliis, accuratius res istas tractãdi. Ergo ut quidem mihi uidetur, inductio est argumẽtatio, qua uel ex partibus totum: uel ex spẽbus genus, aut certè alia pars aliáue species colligitur. Partes in præsentia intelli- Enumeratio apud Ciceronẽ

Inductio.

go eas, quæ uulgo dicuntur partes integrales. Specē em id ipsum quod Rodolphus. Cum sint autem quatuor inducendi modi, quos in finitione attigimus, eorum primi hoc esse posit exemplum: Concutitur hodie bellis Germania, Italia armis uastatur, cōcurrūt infestis signis Hispani & Galli, Angli cum Scotis beligerantur, in Dacia nullus paci est locus: quātulum ergo abest, quo minus uniuersus orbis Christianus bello à se ipso dissideat, & suo quod dici solet gladio iuguletur? Secundi hoc: Romulus fratrem secum regnantem ferre non potuit, neq; Pompeiū Cæsar, nec Augustus Antonium: & tu adhuc aliquem putas esse in terris, qui æquo animo sit laturus consortem imperij? Illud tertij: Quid? manū si sit ita infecta, ut nec ipsa sanari queat: & periculum sit, ne in reliquū corpus is morbus prorepat, antea quàm id fiat abscindi tur: idem fit brachio, pedi, naso, labris: & capiti uide licet idem nō fiat? Quarti hoc: Age inter poma quod nam generosissimum dicitur? an non id quod optimū est? quid equus, piscis, ager, pratum? nónne horū quæ ita demum generosissimum dicitur, si sit idem & optimum? dicitur profectò. Quocirca inter homines quoq; generosissimum esse cum dicemus, non qui nataliū splendore anteit cæteros: sed qui uirtute ac probitate morum reliquos omneis præstat. Duo eius genera fieri possunt. Est enim inductio omnis, aut perfecta aut imperfecta. Perfectam uoco, quæ necessariò colligit. Imperfectam, quæ tametsi admodum colligit probabiliter, nulla tamen subest concludendi necessi

Ex partibus totū.

Ex specie bus genᵒ.

Ex partibus pars.

Ex spēbus species.

Duæ spēs inductiōis

Perfecta.

Imperfecta.

tas. Prior duobus fit modis. Principio, quoties omnibus uel partibus uel speciebus enumeratis, totum aut genus inde colligitur. Deinde, cum non enumerātur rursum omnia quidem, cæterum apponitur tamē clausula ali qua, qua ea quæ enumerata non sunt comprehendan tur. Imperfecta & ipsa duobus fieri modis pōt. Primum cum ex quibusdam tantum, aut etiam quādoq; ex sola una parte aut specie aliqua, ad totum aut genus progredimur. Deīde, quoties una aut altera parte, aut specie enumerata, non genus aut totum, sed aliam quampiam partem speciemue inde colligimus. At quæ hæc demum ea est, quam rhetoricam inductionē uocant, quæq; alio nomine dici solet exēplum. Quod nomen ab Aristotele eis etiam argumētationibus dātur, ubi ex pluribus particularibus unum particulare colligitur. Quāquam non me clam est, exempli nomen illis propriè tribui solere, ubi rem gestam alterī rei probandæ refellendæue accommodamus. Ad quæ proximè accedūt, quæ nos ipsi. perinde ac si gesta sint fingimus. Inter quæ primas tenent apologi, & ut his quicq; similimū est: qbus similitudines illas Socraticas Aristoteles nō ineptè adiecisse mihi uidetur. De primo mō inductiōis pfectæ ab Rodolpho ipso exēplata posita sunt. Cæterorū oīm eiusmōi effingi exēplū quæat: Quòd aūt hoīem nefandissimum toti etiā ciuitati charū cē dixisti, id ego qua frōte abs te dictū sit, nō dū satis intelligo. Etenī quē magistratus oēs oderūt, quē senatus iā olī pernicioſum patriæ ciuē iudicauit, Exēplū se quē optimus quisq; de tyrānide inuadēda suspectum cūdi modi

Perfecta et ipsa duplex.

Imperfecta et ipsa duplex.

inductionis perfectæ. Vbi expartib⁹ colligitur totum. Vbi ex specie bus genus.

habet, quem nemo deniq; est qui non uelit extinctum, huc tu uniuersæ ciuitati charum esse audes assererę? Quid? An non locupletũ fortunis quotidie imminet latro importunissimus? An non ciues etiã tenuiores, quacunq; ratione potest, suis illis quantulisc unq; fortunis studet euertere? Et quid multis? tu, si potes, nomina aliquẽ, in quem idem non cogitarit, imò in quẽ idem non fecerit. Quod si non potes, quæ impudẽtia est, negare ciues omnes ab uno isto summa iniuria eẽ affectos? negare, ab uno isto hoste periculosissimo intra muros nostros uersanti, omnium nostrum fortunis extrema omnia imminere? Quanquam minus timendum erat, si de fortunis tantum, non etiam de uita omnibus nobis eripienda, cogitaret homo nefarius. Sed qui rebus adhuc dubijs, Polycarpum ciuem reipub. natum occidit, qui interemit Philodamum, integerrimum optimumq; uirum Timotheum crudelissimè trucidauit, hunc tu uictorem ciui cuiquam parciturum existimas? Si nescis? ne auunculo quidẽ suo homini innocentissimo, ucrum suis istis sceleratis

Exemplũ primi modi inducti onis ĩperfectæ. Vbi ex alio quot modo spẽbus colligitur genus. Vbi ex una specie genus. Vbi ex alio quot partibus totũ

similis conatibus resistenti pepercit: & nos adhuc sperabamus scilicet, uti huius tam crudelis beluæ, si quãdo uoti compos erit, gladios ciuis quisquam eua dat? Equidem mihi uidere uideor, nihil eum aliud animo destinasse, nisi ut totam hãc remp. funditus euertat atq; in nihilum redigat. Nam qui consulibus palã cædem minatur, qui prætores etiam hoc tempore dubijs adhuc rebus à dicẽdo iure deterret, hic quid aliud, quàm totius reipub. meditatur interitum? Profe

fecto quisquis non parcit capiti, totum corpus extinctum uult: & qui magistratus è ciuitate tollit, non uult saluam rempublicam. Nunquám ne legistis, quo modo olim tyrannidem inuaserit apud Athenienses Pisistratus, Dionysius apud Syracusanos, apud Agrigentinos Phalaris? quorum mores non tam referret nouus hic Phalaris noster, nisi & finem eum quem illi quærebant, quæreret. Anni sunt uix dum triginta, cum auus eius simile quiddam in hac ipsa urbe moliretus est. Qui si eo tempore ijs quibus dignus erat explis, esset affectus, nunquam hic illi similis esse uoluisset: nunc uerò etiam gloriæ sibi apud posteros fore existimat, si uel superasse scelus illius, nedum æquasse uideatur. Itaq; prouidẽdum est uobis, ne quemadmodum hic nũc illius, ita alius quisquã post annum unũ aut alterum, huius esse similis uelit. Id quod hac demum ratione cõmode fiet, si ab hoc nunc ultimum supplicium sumetis. Nam si in humano corpore, quoties membrum aliquod ita affectum est, ut nec de eius salute sperari possit, & periculum sit, ne reliquum etiã corpus contagione sua totum inficiat, tum id membrum sine cunctatione præcidi solet: si idem fieri uidemus in ramis arborum, idem in uitium putatione, quis sit, qui hoc membrum tam pestilẽs, hunc, inquã, pernicioßißimum non dico ciuem, sed hostem, è reip. adhuc corpore nolit reuelli? Credite mihi, quẽadmodum ouis sæpenumero una totum inficit gregem: ita unus pestilens ciuis, sæpe uniuersam rempublicam.

Ubiex vna parte totum.

Secundi modi exẽplum, vbi ex aliquot speciebus sit progressus ad aliã speciem.

A specie vna ad aliam speciẽ.

A pluribꝰ partibus ad vnam.

Ab vna parte ad alteram.

Laurentius Valla contra Boethium disputans, negat

Contra Laurentium Vallã.

inductionem dicendam esse, quæ uel interrogationibus careat, uel à particularibus ad uniuersale progrediatur. Id quod miror equidē excidere potuisse homini ingeniosissimo: quando neutrum ex ijs usquequaq; uerū esse, facile probatissimorū autorū scriptis ostēdi queat. Quòd autem Socrates apud Platonem ferè interrogationibus utitur, id non ea de causa facit quòd omnino aliter inductio fieri non possit, sed quòd eiusmodi rō elocutionis maximè sit apta dialogis. Alioqui nō esse semper necessarias interrogationes, facilè declarant uerba Ciceronis tertio libro de finibus: quo in loco cū dixisset, nouis rebus nouā itē esse imponenda & nomina, deinde hæc uerba subiecit: Quod quidem nemo mediocriter doctus mirabitur, cogitans in omni arte cuius usus singularis communisq; non sit, multam nouitatem nominum esse: cū constituantur earum rerum uocabula, quæ in quaq; arte uersantur. Itaq; & dialectici & physici uerbis utuntur ijs, quæ ipsi Græciæ nota non sunt. Geometræ uerò, musici, grammatici, etiam more quodam loquuntur suo. Item ipsæ rhetorum artes, quæ sunt totæ forenses atq; populares, uerbis tamen in dicendo quasi priuatis utuntur ac suis. Atq; ut omittam has artes elegantes & ingenuas, nec opifices quidē tueri sua artificia possent, nisi uocabulis uterētur nobis incognitis, usitatis sibi. Quinetiā agricultura, quæ abhorret ab omni politiori elegātia: tamen eas res, in quibus uersatur, nominibus notauit nouis: quò magis hoc philosopho faciendum est. Apud eundem

Exemplū primum inductionis, quę interrogatiōes non habet

Exemplū secundum

primo de oratore: Ego uero, inqt Antoni⁹, pergã: & id faciã, quod in principio fieri in omnibus disputationibus oportere censeo: ne uagari & errare cogatur oratio, si ij qui inter se dissenserint, non idem esse illud de quo agitur intelligent. Nam si quæreretur, quæ esset ars imperatoris, constituendũ putarẽ principio quis esset imperator. Qui cum esset cõstitutus, administrator belli gerendi: tum adiungeremus de exercitu, de castris, de agminibus, de signorum collationibus, de oppidorum oppugnationibus, de commeatu, de insidijs faciendis atq; uitandis, de reliquis rebus, quæ essent propriæ belli administrandi. Quarum qui essent animo & scientia compotes, eos esse imperatores dicerẽ: utererq; exemplis Aphricanorum & Maximorum: Epaminundam, Annibalem, atq; eius generis homines nominarem. Sin aũt quæreremus, quis esset is, qui ad rempub. moderandam, usum & scientiam & studium suum contulisset, definirem hoc modo: qui quibus rebus utilitas reipub. pararetur augeturq; teneret, ijsq; uteretur: hũc reipub. rectorem & consilij publici autorem esse habendum. Prædicaremq; P. Lentulum principem illũ, & Tiberiũ Gracchum patrẽ, Q. Metellum, & P. Aphricanũ, & C. Læliũ, & innumerabiles alios, tũ ex nostra ciuitate, tũ ex cæteris. Sin aũt quæreretur quis nã iurisconsultus uerè noïaretur: eũ dicerẽ, q legũ cõsuetudinisq; ei⁹, qua priuati in ciuitate uterẽtur, et ad respõdẽdũ & ad agẽdũ, et ad cauẽdũ, peritus esset. Ex eo genere Sex. Aelium, M. Manilium, P.

Mutium nominarē. Atq; ut iam ad leuiora artiū genera ueniam, si musicus, si gammaticus, si poēta quaeratur: possem similiter explicare, quid eorum quisq; profiteatur, & quòd non amplius à quoquam sit postulādum. Philosophi deniq; ipsius, qui de sua ui ac sapientia, unus omnia penè profitetur, est tamen quaedam descriptio: ut is, qui studeat omnium rerum diuinarum atq; humanarum uim, naturā, causasq; nosse, & omnem bene uiuendi rationem tenere & perse qui, noīe hoc appelletur &c. Idem in oratore ad Brutum: Quod (nempe indecorum ac dedecēs) si poēta fugit ut maximum uitium, qui peccat etiam cum probam orationem affingit improbo, stultóue sapiētis. Si deniq; pictor ille uidit, cum immolanda Iphigenia, tristis Calchas esset, mœstior Vlysses, mœreret Menelaus, obuoluendum caput Agamemnonis esse, quoniā summum illum luctum penicillo non posset imitari. si deniq; histrio quid deceat quærit, quid faciendū oratori putemus? Iam quòd addit Laurentius, ex particularibus uniuersale probari nō posse, ne id quidem semper uerum esse, partim ex ijs quæ iam ex Cicerone adduximus, modò accuratius expendantur: partim etiam ex ijs, quæ ex Platone mox afferemus, liquere potest. In Phædone hunc in modum Cebetē interrogat Socrates: Ergo utrum necessarium est, cui cunq; aliquid est contrarium, nullo modò aliunde id, quàm ex suo contrario fieri, ueluti quando quid maius efficitur, necesse ē ex eo quod ante fuerat minus, postea maius euadere? CE. Ita est. SO. Nónne & si

Tertium.

Primū ex emptū ex Platone, ostendens uniuersale colligi posse ex particularibus

quid minus fiat, ex eo quod ante maius erat, postea fi
et minus? CE. Sic omnino. SO. Quin etiam ex robusti
ori debilius, ex tardiore uelocius. CE. Prorsus. SO.
Quid uerò si quid euadat deterius? nónne ex melio-
ris? & si iniustius, ex iustioris? CEB. Quid ni? SOC. In
omnibus igitur satis id exploratum habemus, omnia
ita fieri, contraria uidelicet ex cõtrarijs. Item in Eu
thydemo. SO. Nunquid in effectione & usu circa li-
gna, aliud præter fabrilem scientiam rectè uti singu
lis efficit? CL. Non aliud. SO. Quin etiam circa uasa
conficienda rectum usum scientia præstat. CL. Præ-
stat. SO. Nónne & circa usum bonorũ quæ supra re
tulimus, diuitiarũ, sanitatis, formæ, scientia ipsa dux
erat, docens recte his uti, rationemq; dirigens? CL.
Prorsus. SO. Non solum igitur prosperam rerum cõ
secutionem, sed & bonum usum, ut uidetur, in omni
possessione actioneq; hominibus scientia præbet. Ha-
ctenus Plato: Quem in modum & Cicero in oratione
ea, quam dixit pro lege Manilia, probat in Pompeio
omneis res eas ineſſe, quæ in summo imperatore exi-
gantur, propterea quòd in eo insit scientia rei milita-
taris, quòd uirtus, quòd autoritas, quòd felicitas.
Quæ utiq; inductio est, & quidem à speciebus ad ge-
nus. Quòd habet idem, stultum dictu esse si quis in
ductione apponat hæc uerba, & sic de singulis: aut
alia fortasse, quorum tamen eadem sit uis & signifi-
catio: id planè cum eo pugnat, quod nos diximus pau
lo ante, de secundo perfectæ inductionis modo. Qua
propter huius etiam rei exemplum ex Platone affe-

Secũdum eiusdẽ rei exemplum ex eodẽ au tore.

Tertiũ ex Cicerone.

Nũ. in inductione apponẽda hęc particula. & sic de singulis

ramus: quod si nõ planè atq; omni ex parte cum illa inducendi forma consentiet, hactenus cõsentiet tamen, ut intelligas, quoties partes aut species nõ oẽs enumerantur, tũ fieri posse, ut eiusmodi clausula aliqua in earũ quæ enumeratæ non sint, locũ succedat. In Gorgia igitur legimus ad hũc modũ. SOC. Quid uerò? qui ea quæ ad fabricã pertinẽt didicerit, nõne est faber? GORG. Est. SOC. Et qui musicã, musicus. GOR. Ita. SO. Et qui ea quæ ad medicinam pertinẽt, medicus. Atq; in cæteris eodẽ pacto, quisquis didicerit aliquid, talis euadit, quidẽ cuiusq; sciẽtia reddit. GORG. Omnino. SOC. Nõne igitur per hac rõnem iustus erit, quicunq; iusta didicerit? GOR. Maximè. Hucusq; Plato. Atq; hæc nobis in præsentia occurrerunt, quæ de inductione obiter dicercmus. Quòd si quando ex instituto hac de re agere continget, accuratius singula persequemur. ¶ Plebs Romana optimè de Milone sentit.) Sententia ducta ex oratione Ciceronis pro Milone. ¶ Pompeius habet uirtutem.) Ex eiusdem orõne pro lege Manilia. ¶ Ratiocinatio, si Latino malumus uti noĩe, est, ut inquit Aristot. oratio) Aristoteles priore libro syllogismũ finit his uerbis: συλλογισμός ἐστὶ λόγος, ἐν ᾧ τεθέντων τινῶν, ἕτερόν τι τῶν κειμένων ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει τῷ ταῦτα εἶναι. ea uerba hũc in modũ uertit Boethius: Syllogismus ẽ oratio, in qua positis quibusdã & cõcessis, aliud quiddam, quàm sint ea quæ posita & concessa sunt, necessario contingit, per ipsa quæ concessa sunt. Quo in

Syllogismus quid Aristoteli

*Pro, τῷ ταῦτα εἶναι, posuit primo topicorũ διὰ τῶν κειμένων.

loco illud nõ inutile fuerit meminisse, à Boethio explicandi modo causa adiectum fuisse hunc ablatiuũ concessis, uti significaret illud positis apud Aristotelem esse aliud nihil, quàm si dixisset concessis. Id quod manifestius adhuc docet Aulus Gellius, cũ decimoquinto noctium atticarum libro, hanc ipsam Aristotelis finitionem hunc in modum latinam fecit: Syllogismus est oratio, in qua consensis quibusdam & concessis, aliud quid quàm quæ concessa sunt, per ea quæ concessa sunt, necessario conficitur. Quibus planè consona sunt, quæ in primum librum topicorum Aristotelis scribit Alexander Aphrodisieus, qui posteaquam docuisset λόγον, id est, orationem ea de causa poni in finitione syllogismi, quòd esset ipsius genus: deinde reliquas etiam finitionis partes explanaturus, inter alia multa etiam hæc dicit: σημαίνει δὲ αὐτῷ τὸ τεθέντων λαφθέντωντε καὶ συγχωρηθέντων &c. i. Significat autem Aristoteli hæc uox positis, id ipsum, quod sumptis atque concessis. Quanquam quid tam multa in re perspicua? nisi quod apud quosdam hodie religiosum est, uel latum (quod aiunt) culmum à suis illis discedere Copulatis. ¶ Vel, est argumentatio, in qua positarum duarum propositionum duo termini sic iungũtur in uno tertio.) Quòd si minus arrideat definitio Aristotelica, poteris, inquit, ratiocinationem definire & hoc mõ: Ratiocinatio siue (quod idẽ est) syllogismus, ẽ argumẽtatio, in qua duo extremi termini

quã lectionem et Boethium secutum apparet et Gellium.

Quõ syllogismum finiat Rodolphus.

duarum propositionum concessarum, ita accomodā-
tur uni termino medio, ut si utrisq; conueniat cum il
lo, ipsis etiam inter sese conueniat: sin autē alteri eo-
rum cum illo non conueniat, tum ne ipsis quidem con
uenire inter se posit. Verbi causa: Omnis liberator
patriæ summa laude est dignus, Brutus liberator est
patriæ, ergo Brutus summa laude ē dignus. Hic duo
extremi termini sunt, summa laude dignum esse, &
Brutus: quibus utrisq; quia cū medio illo termino cō
uenit, qui est liberator patriæ: proinde inter se etiam
ipsis conuenit in cōclusione. Rursus, nemo oppressor
libertatis dicendus est parens patriæ, C. Cæsar liber
tatis oppressor fuit, Non fuit is ergo dicendus parēs
patriæ. Huius syllogismi duo extremi termini sunt,
dicendum esse parentem patriæ, & C. Cæsar. medius
libertatis oppressor, cum quo medio quia conuenire
non potest alteri extremo, nempe parēti patriæ, hinc
est ut & ipsi termini extremi alter ab altero in con-
clusione dissideant. Porrò illis terminis conuenire in
ter se dico, quorū alter de altero affirmatur, illis nō
conuenire, quorum uterq; de altero uere negatur.
¶Id ergo quod efficitur argumētatione, alij conclu-
sionem, alij intentionem uocant.) A Cicerone, non cō
clusio, non intentio, sed complexio dicitur. Quanquā
is de unius syllogismi complexione loquitur, non eti-
am de inductionis. ¶In ratiocinatione autem tātum
duæ sunt propositiōes.) Propositiōes appellat τὰς
προτάσεις. Alioqui apud Latinos eam uideo pro-
prie dici propositionē, quæ ab Rodolpho dicitur ex

positio, Aristoteles maiorẽ uocat. Sed de his supra.

¶Quarum quæ ad ratiocinationem ducitur, enthymema dicitur, id est, ut Quintilianus interpretatur, commẽtum.) Fabius libro quinto. Nam enthymema, inquit (quod nos commentum sanè aut commentationem interpretemur, quia aliter non possumus, Græco melius usuri) unum intellectum habet, quo omnia mente concepta significat, sed nunc de eo non loquimur: alterum, quo sententiam cum ratione: tertium, quo certam quandam argumẽti conclusionem, uel ex consequentibus, uel ex repugnantibus, quãquam de hoc parum conuenit. Sunt enim qui id prius epicherema dicant: pluresq; inuenias in illa opinione, ut id demum quo pugna cõstat, enthymema accipi uelint. Et ideo illud Cornificius contrarium appellat: hunc alij rhetoricum syllogismum, alij imperfectum syllogismum uocârunt: quia nec distinctis, nec totidẽ partibus concluderetur: quod sanè non utiquè ab oratore desideratur. ¶Quid sit exemplum, superiore libro.) Capite uigesimo quinto. ¶Illud enim, P. Scipio occidit iure Melium.) In historia erratum esse, monuimus libro superiori. Quod autem addit Rodolphus, argumentationem hanc, P. Scipio iure occidit Tiberium Gracchum, ergo Cicero iure occidet Catilinã: hanc, inquam, inductionem non esse, sed syllogismum: id uerum est, si uocabulũ inductionis eo intellectu sumatur, quo id. accepêre Rodolphꝰ & Aristoteles. Verum antea illud à nobis dictum est, uarium esse nominis huius apud autores usum. Id quod etiam notauit

Enthymema.

Exemplũ

Inductio. Boethius, qui cum initio inductionem more Aristotelico definiuisset, inductio, inquiēs, est orō, per quā fit à particularibus ad uniuersale progressio: deinde paucis interpositis uerbis: Sæpe autem multorū, inquit, collecta particularitas, aliud quiddam particulare demonstrat. Atq; hæc est illa inducēdi forma, quam appellant inductionem rhetoricam, & de qua sola in rhetoricis locutus est Cicero, quamq; Aristoteles in rhetoricis suis, interim exemplum, interim rhetoricā inductionem uocat. Possem plura, possem hæc explicatius, nisi uererer, ne & hæc, lectori præsertim occupato, multa nimium uideantur. Illud tamen uel nolens addam: si quis hanc argumentandi formam de qua loquimur, syllogismū quàm inductionem uocare malit, non id magnopere displiciturum mihi, modò ne obstet nominum usus, cum uideam facilimè hæc in syllogismi formam conijci posse. Quid enim fuerit negocij, si quis id, de quo diximus, exemplum, in eiusmodi redigat syllogismum? Quicquid p. Scipio iure fecit in Tiberium Gracchū, hoc & Cicero iure faciet in L. Catilinam: atqui Scipio Tiberiū iure occidit, ergo & Catilinā iure occidet Cicero. ¶ Omnis potestas impatiens consortis erit.) Sententia est Lucani primo Pharsaliæ libro. ¶ Quid satis est, si Roma parum?) Verba sunt militum de Cæsare apud eundē autorē lib. quinto. Neque mirum, si hoc non posit dici exemplum: quādo ex particulari, nō ad aliud particulare, sed ad uniuersale fit progressio, quod nos genus inductionis superius ab exēplo

Aristotelis sententia de enthymemate.

secreuimus. ¶ Aristoteles autē dixit enthymema rationcinationē rhetoricā.) Aristoteles primo rhetoricorū libro: Eorum, inquit, quibus probamus, ut et in dialecticis, aliud inductio est, aliud syllogismus. Nam enthymema quidem syllogismum rhetoricū, exēplum uero rhetoricā inductionē appello. Et secūdo libro τῶν πρότερων ἀναλυτικῶν: Ενθύμημα μὲν οὖν ὅτι συλλογισμός ἀτελὴς ἐξ εἰκότων ἢ σημείων .i. Enthymema est syllogismus imperfectus ex uerisimilibus aut signis. Et iterum in rhetoricis: Quare necesse est, inquit, tam enthymema quàm exemplum de ijs esse, quæ ut plurimū aliter quoq; se possunt habere, exemplum quidem inductionē, enthymema uerò syllogismū, ex paucis, ac sæpe paucioribus quàm ea sunt, ex quibus constat syllogismus. Nam si quid totum perspicuum est, id dicendum non est. Ipse nāq; auditor id ex se ipso affert. Hinc liquet Aristotelem, in rhetoricis utiq; enthymema & syllogismum, nō tā forma argumentandi quàm materia discreuisse, credidisseq; enthymematis, etsi nō crebrò, tamē aliquando certe totidem esse partes debere, quot syllogismi. Quorsum enim attinebat dicere, enthymema sæpe ex paucioribus partibus cōstare, q̄ syllogismū, si nō interim & ex totidē fieret? Quorsum attinebat, ut diceret, in enthymemate subticēda eē quæ auditor ex sei pso afferret, nisi significare exaduerso uoluisset, q̄ is ex seipso nō afferret, ea ī ēthymemate eē explicāda. Pōt aūt id fieri nōnūq̄ ut neutrā partiū ex seipso afferat auditor, q̄circa tūc utiq; utræq; dicēdæ erūt.

Atq; hoc est quod uult sibi Rodolphus, cũ dicit: Sunt itaq; qui putent Aristotelem nõ discreuisse forma argumentandi à ratiocinatione enthymema, sed certo tantum rerum genere enthymema constare uoluisse. Fabius libro quinto uidetur eo ipso discrimine secreuisse syllogismum & epicherema, quo Aristoteles syllogismum & enthymema. Verba eius habent ad hũc modũ: Epicherema autem nullo differt à syllogismis, nisi quod illi & plures habent species, & uera colligunt ueris: epicherematis frequentior circa credibilia est usus. ¶Pleriq; rhetores uelut dignatione quadam.) Horum sententiã attigit & Fabius libro quinto. Et in topicis Cicero, de adiũctis loquens: Ex hoc, inquit, illa rhetorum ex contrarijs conclusa, quæ ipsi ἐνθυμήματα appellant: non quia non omnis sententia proprio nomine ἐνθύμημα dicatur: sed ut Homerus propter excellentiam commune poëtarum nomen efficit apud Græcos suum: sic cum omnis sententia enthymema dicatur, ea uidetur ea quæ ex cõtrarijs conficitur acutißima, sola proprie commune nomen poßidet. ¶Quem alienũ fidum inuenies, si tuis hostis fueris?) Verba Micipsæ sunt ad Iugurtham apud Saluſtium. ¶Quid satis est, si Roma parũ?) Diximus esse uerba militũ aduersus Cæsarem apud Lucanum quinto libro Pharsaliæ. ¶Audes fulcire ruinam sub qua Roma iacet?) Photinus apud Lucanum libro octauo, persuasurus Ptolemæo regi Aegyptiorum, ut Pompeium ad se confugientem occideret, inter cætera argumẽtatur & hoc modo: Tu Ptolemæe

Enthymematis notiã quid significet.

potes Magni fulcire ruinã, Sub q̃ Roma iacet? &c. ¶Et, cum meretricis sit quòd amator odi, cuius puta tis esse q̃ pauper adamauit) Verba sunt Fabij Quintiliani i declamatione ea, qui inscribitur odij potio. ¶ Colligunt comprehensiones suas.) Comprehensiones uocat τὰς καταλήψεις, quarũ toties iam a nobis facta est mẽtio, quasq; à Cicerone, interim cognitiones, interim comprehensiones trãsferri diximus. ¶Ergo, ut alio loco diximus.) Paulo ante in hoc ipso capite. ¶Et pro Plancio itidem.) Maxima pars eorũ quæ pro Plancio Cicero dixit, in hunc recidunt syllogismum. Quod quis à populo impetrare potest diligẽtia, assiduitate, gratia, officio, precibus amicorũ: id necesse non est, ambitu eum cõsecutum esse, etiamsi dignitate à competitore uincatur: at in creãdis magistratibus, maximè his rebus moueri populus solet: proinde ut superetur Plancius dignitate à Laterensi, non continuò illud necesse est, ut ambitu ædilitatẽ ei obtigisse dicamus. ¶Loci quidem cõmunes ut rhetores uocant.) Cicero in oratore de locis communibus loquẽs: Qui, inquit, cõmunes sunt appellati, quòd uidentur multarum ijdem esse causarum. Sunt ergo loci communes, communes quædam formulæ uirtutum ac uitiorũ, cæterarumq; rerum, quæ ferè inter dicendum solent occurrere: ut quæ in ingratitudinẽ, luxuriam, auaritiam, loquacitatem, item de iustitia, prudentia, uita, morte, cæterisq; id genus rebus dici solẽt. Cicero in rhetoricis uocat locos cões, q cõiter et ab accusatore & à defensore tractari possunt, ut

Loci cões ire dicãt.

fama,tormenta,tabulæ,teſtes,argumenta &c. ¶Cæ lium damnandum.) Pro hoc extat etiamnũ pulcherrima Ciceronis oratio,qua eum ueneficij reũ defendit. ¶Quoniam autem uniuerſaliter pronunciata, qualem plerunq; maiorem ratiocinationis propoſitionem faciunt.) Tres faciũt dialectici ſyllogiſmorum figuras,primam,qua medius terminus in uno pronũciato ſubijcitur,in altero prædicatur: ſecũdam,qua utrobiq; prædicatur terminus medius:tertiam, qua utrobiq; ſubijcitur.Iã priores illæ duæ, ſemper maiorem propoſitionem uniuerſalem habent: modò intra eos illarum modos conſiſtamus,quos enumerauit Ariſtoteles.Tertia poteſt illa quidem maiorem habere particularem.uerum hanc nonnulli ceu ſuperuacuam, et cuius nullus ſit apud autores uſus,reijciũt: indignamq; eſſe cenſent,cui inter figuras ſyllogiſmorum ſit locus. ¶Supina.)Iacentia,inertia,minimè uiuida,minus mouentia eũ qui audit. ¶Ante oculos interq; manus.) Sic Latinus apud Vergiliũ: Ante oculos interq; manus ſunt oĩa ueſtras. ¶Irritat.)Prouocat,elicit. ¶Cum ergo,ut prædiximus,in ratiocinatione &c.Hoc eſt,ut plebeijs uerbis idẽ dicamus, In ſyllogiſmo & inductione perfecta,ſi ritè fiant,ſolum antecedens uocari in dubium poteſt,conſequentia non poteſt.In enthymemate autem & inductione imperfecta,non de eo ſolo quod antecedit,ſed de conſecutione etiam ipſa ambigi ſolet.

Figuræ ſyllogiſmorum.

¶Vt ergo affirmandæ rei cuiuſq;.) In ſumma hoc dicit:Quoties id de quo agitur, imperfectis illis argu-

Quãdo p fectis,qñ mpfectis

mentandi formis satis ostendi potest, non est cur per perfectis utamur: sin autem res est inuolutior, & ad quam probandam imperfectæ illæ argumentationes non satis habeant uirium, tunc certè integris syllogismis, & perfecta, quoad eius fieri pōt, inductione utēdum. ¶ Hæc primum lex proponenda est argumentationum omnium.) Affert per ordinem catholica aliquot precepta seu regulas dialecticorum, quarū prima est hæc: Ex uero antecedenti semper uera infertur conclusio. Altera: Quoties falsa est conclusio, necesse est antecedens etiam falsum esse. Tertia: Quemadmodum ex antecedenti sequitur conclusio, ita ex contradicente conclusionis sequitur contradicēs antecedētis. ¶ Duplex est ergo ductus rei cuiusq; probandæ. Id Aristotelici nostri tēporis dicunt hoc modo: Duplex est syllogismus, unus ostensiuus, alter ad incōmodū seu impoßibile. Partes exequūtur eo ipso modo quo Rodolphus. ¶ Pisistratus.) Qui tyrannidem inuasit apud Athenienses. Qua de re Iustini uerba sic habent: Sed Pisistratus, inquit, quasi sibi, nō patriæ uicisset, tyrannidem per dolum occupat. Quippe uerberibus uoluntarijs domi affectus, laceratoq; corpore, in publicum progreditur, & aduocata concione uulnera ostendit: de crudelitate principum, à quibus hoc se passum simulabat, queritur: adduntur uocibus lachrymæ, & inuidiosa oratiōe multitudo credula incēditur, amore plebis inuisum se senatui affirmat, obtinet ad custodiam corporis sui satellitum auxiliū, per quos occupata tyrānide, per annos trigīta

argumentandi formis vtēdū

Signales aliquot dialecticorū canones.

Pisistrat⁹.

Phalaris. quatuor regnauit. ¶Et Phalaris itidem. Hic est Phalaris ille memoratissimus Agrigentinorũ tyrannus, inter cuius multa crudelissima facinora, unũ hoc si non laudandum, ac certè minus uituperandum est. Perillus quidam taurum ei æneum fecerat, in quem coniecti homines, igne subiecto, non uocem humanã, sed mugitum bouis urgente dolore ederent: quo munere cum se homini crudeli rem in primis gratam fecisse arbitraretur, hoc precij tulit, ut primus ipse in tauro ipso suo misere tortus obierit. Vnde dictum illud: Nec enim lex æquior ulla est, Quàm necis artifices arte perire sua. ¶Quia difficile est hic omnes enumerare, pro reliquorũ enumeratiõe ponimus plerunq;: Neq; quisquã est qui nõ hoc pacto fecerit, aut simile aliquid in eam subdimus sentẽtiam.) Hoc parũ placere Laurẽtio Vallæ supra monuimus. ¶Idipsum alia rursus colligendum erit argumentatione.) Aristoteles prosyllogismos appellat, quibus propositiones syllogismi negatas probamus. ¶Quæ causa fuit plerisq;, ut quinq; partiũ ratiocinationẽ facerẽt.) Ciceroni in rhetoricis maxime quinq; syllogismi partes esse uidentur, propositio, propositionis approbatio, assumptio, assumptionis approbatio, & cõplexio. Quintilianus & Boethius tres tantum faciunt partes, propositionem, assumptionem, & conclusionem. Quanquã Boethius de solo loquitur syllogismo hypothetico seu conditionali, & Fabius alio quodã intellectu tres facit syllogismi partes, quàm Rodolphus. Putat enim ille idcirco illas tres cẽ, quòd propositio

Prosyllogismi.

Partes syllogismi qt sint.

& eius approbatio pro una parte accipi debeāt, iti demq; assumptio cū probatione sua. Rodolphus aūt probationes illas omnino non putat cōnumerandas esse inter partes syllogismi eius, ad cuius propositiones confirmandas adhibentur: sed aliorum eas syllogismorum expositiones aut assumptiones esse. Quæ sententia ut ueri simillima esse mihi uidetur, ita probè ei conuenit cum sententia Aristotelis de syllogismi partibus & prosyllogismis.

¶ Quot modis argumentatio uere soluatur, & quot rursum modis elabi tantum contingat. Cap. XV.

Sicut est autem disputantis confirmare id, quod probandum sumpsit: ita eius qui diuersa tuetur, est dissoluere quæ confirmata sunt. Soluitur uero argumentatio eisdem, quibus struitur, modis. Quemadmodum nanq; probamus unūquicq; per aliquid quod uerum esse uolumus, & ex eo consequi docemus, quod probare nitimur: sic dupliciter effectam soluimus argumentationem. Aut enim falsum esse dicimus, quod propositum est. Aut si res id non finit, non confici ex proposito, quod aduersarius uoluit, indicamus. Idq;, uel quia imperfecta sit argumētatio; aut si sit perfecta, uideri potius talē

Duplex argumentationum solutio.

esse,q̃ quia reuera sit talis,& eẽ aliquid in ea,quod multipliciter dicatur, nec cadẽ significatione utrobiq; in argumentatione sit positum. Id est autem quod dici solet, omnem argumentationem solui, aut negando eo quod propositum est,aut multipliciter distinguendo. Vt si dicatur: Sapienti nullæ desunt opes,ergo sapiens est diues. Prima solutio est, ut respondeatur,nõ esse uerum quod proponitur, sapienti nullas deesse opes. Quod si probetur,quia nullas cupit:reliquum iam ẽ,ut negetur,ex hoc quod nullæ sibi desunt opes,consequi,diuitem eẽ eum. Id si probetur,adiecta maiore ꝓpositione,quia cuicũq; nihil desit,is sit diues,fortasse negabitur & ista. Quam etiam si probabit, dicetq;, quisquis habet omnia quorum indiget,est diues:cuicunq; nihil deest,habet omnia quorum indiget. Expleta iã ratiocinatio est,cuius utraque probata est propositio. Vltimum itaque solumq; remedium est,ut qui soluere uolet,dicat hoc uerbum (deesse) duplici ter dici. Aliter dicitur enim deesse quid, quod modo non adest. Aliter, quicquid modo desideratur. Quod si priore signi-

ficatione dicat, uera est maior, minor fal-
sa. Si scdo mō, minor est uera, falsa maior.
Quare nihil mirꝫ esse, si quæ iūgere uolu-
mus, in cōclusione nō iunganť: cū id me-
diū, in quo illa iūgebanť in ꝓpositionib⁹,
nō numero, sed specie solū fuerit unum.
¶ Soluēdi aūt uerbū, quanq̄ cōe sit negāti
& distinguēti, rectius tñ distinguēti cōue-
niet. Nam quisquis negat, non patitur cō
fici argumentationē: quæ autem confecta
non est, proprie solui nō pōt. At cū multi
plex distinguitur, est utiq; in speciem con
fecta: rectius igitur solui dicetur. Nos ta-
men omnem rationem discutiendæ argu
mentationis, in præsentia soluere uocaui-
mus. Et hæ quidem solutionum differen
tiæ quas diximus, ueræ sunt, & ad rem
ipsam feruntur, idq; ipsum etiā uulgo uo
cantur. ¶ Sūt aliæ soluendi uel (si magis
proprium uolumus eis nomen dare) ela
bendi rationes, quæ uulgo dicuntur solu
tiones ad hominem. Ad eas refugimus,
quando ex re parum speramus auxilij.
Quia firmior est argumentatio, quàm ut
aliqua parte infringi labefactariue possit.
Vel quia datur occasio de aduersario di-

Soluendi uerbū distinguenti potius cōuenire q̄ neganti

Elabendi ratio, siue solutio ad hoīem

cendi, quem quia possumus acrius retundere, malumus in ipsum rationem, quàm in rem ingerere. ¶Elabimur autem his ferè modis. Vel quia regerimus aliquid aduersario, quo reprimimus eum: uel eluamus, quod obiectum est: uel digressu à re facto, illataq; alterius alicuius mentione rei, auocamus auditoris mentem à positæ argumentationis cura, & alterius obruimus commemoratione. ¶Regerimus, uel in rem ipsam, per quam disputator probauit quod instituerat: uel in personam aduersarij. In rem regerimus, cui rem parem aliquam ei quæ nobis obijcitur reponimus, ut quantum urget nos aduersarius, tantum uideamur nos eum è diuerso eo, quod regerimus urgere. Quale est pro Cælio, cui cum obiecta esset luxuria maior, quàm ut eam defendere auderet Cicero: apertior, quàm ut posset eã negare: mollijt quidem aures quãtum potuit orator, & partim temporum magis ea uitia dixit quàm hominis, partim contendit, aliquid esse concedendum ætati. Tamen (quod huius loci proprium est) uelut remedio inuidiæ oppositi spem fu

Triplicitter quẽpiam posse elabi.

Duplex ratio regerendi. In rem.

turæ induſtriæ & probitatis, in ætate uen
tura, ex actionibus laboribusq́, quos Cæ
lius iam ſuſcipiebat, ſuſtinebatq́. Tale eſt
etiam, quod apud Vergilium Iuno dicit:
Indignum eſt Italos Troiam circundare
flammis Naſcentem. Non negat, ſed ele-
uat quantum poteſt. Deinde indigniora
regerit: Quid face Troianos atra uim fer
re Latinis? & quæ ſequũtur. Huius etiam
eſt generis, quod inquit Turnus: Et nos
tela pater ferrúmque haud debile dextra
Spargimus, & noſtro ſequitur de uulne-
re ſanguis. Et in Bucolicis: Dic quibus in
terris (& eris mihi magnus Apollo) Treis
pateat cæli ſpatium (non amplius) ulnas.
Alter cum nequeat reſpondere, aliud par
obiicit: Dic quibus in terris, inſcripti no-
mina regum Naſcuntur flores, & Phylli-
da ſolus habeto. In perſonam regerimus, *In perſo-*
cum dimiſſa re, oſtendimus, qualiſcunq́ *nam.*
ſit, non conuenire tamen aduerſarĩ perſo
næ obiicere eam, nec rectè hæc ab eo di-
ci. Cuiuſmodi eſt pro Ligario, quòd Tu-
bero accuſator Ligarĩ, in eadem cauſa fu
erit, cuius Ligarium accuſabat. Simile eſt
in Saluſtium: Quaſi uero tu ſis ab illis ui-

ris Saluſti ortus. Et paulo poſt: Ecquid te tui piget homo leuiſſime, cũ ea culpas, quæ in hiſtoriis mihi gloriæ ducis? Et iterum: Quid enim mentiri turpe ducis, qui mihi auſus ſis eloquentiam ut uitium obiicere, cuius ſemper nocens eguiſti patrocinio? Sic & Vergilius: Meq; timoris Argue tu Drance. Et: Tantumq; nefas patrio excidit ore? Et apud Tragicũ Iaſon inquit: Medœa amores obiicis? Hæc omnia, non de re, recta nec ne ſit, ſed de homine. ¶ Eleuamus, quoties contẽnimus rem quæ obiicitur, & uelut nullius momenti aſpernamur. Qualem totam Cælij accuſationem Cicero uoluit uideri, magis iras & iurgia diſſidentiũ in amore, quere laſq; amantium eſſe, quàm uera crimina. Sic & apud Vergilium eſt: Italiam petit fatis autoribus, eſto, Caſſandræ impulſus furiis. Maieſtatem fatorum, Caſſandræ furore eluſit. Et paulò poſt, quod modo diximus: Indignum eſt Italos Troiam circundare flammis Naſcentem. Subiicit continuo: Et patria Turnum conſiſtere terra, Cui Pelumnus auus, cui diua Venilia mat. Indignioris comparatione eleuauit, oſtenditq; nõ

Eleuare quid ſit.

oportere id ita indignum uideri. ¶Di- digressus
grediendi rarum est apud autores exem-
plum, sic ut digressu aduersarij uitem⁹ la-
queum. Quod enim præsentis temporis
& utilitatis laus est, quiduis dicere, ut de
re nō dicas, cum nihil possit utiliter de ea
dici: id postea cum legeretur, posset auto-
ris uideri culpa factum, qui dilaberetur
ab instituto, & grauia crimina non diluta
dimitteret. Pro Cælio tamen uidetur mi-
hi Cicero hoc soluendi genus expressisse:
cum responsurus ei crimini, quo obijcie-
batur paratum habuisse domi uenenum,
& uim eius in seruo expertum esse, digres-
sus est ad mortē Q. Metelli, suspicionēq;
facit, Clodij scelere ueneno sublatum illū
fuisse, ipsamq; mortem gemitu & lachry-
mis prosequitur: simulq; reprimit aduer-
sarios, uelut simili ictos crimine: simul im-
petu dictionis & affectu, mentem iudicū
ad huius criminis cogitationem diuertit.
Sicut autem non satis commode modus
hic elabēdi in literas mittitur, sic inter-
putandum, & in foro, & in scholis, creber-
rime solet expeti.

¶ Scholia in caput decimumquintum.

Sicut autē est disputantis.) Quæ de solutiōe argumentationū habet Rodolphus, ea ob oculos posuit sequens descriptio.

Vna uera, quoties uere diluimus id quod ab aduersario propositum est: eaq; duobus fit modis.

Primū regerendo, idq; Principio, si ostendamus falsum esse propositum. i. ut nunc loquimur, antecedēs. Deinde, si doceamus non esse ratam cōsequentiam, hoc est, si probemus conclusionē nō necessario ex antecedēte sequi.

Vel in rē, quoties parē aut etiā grauiorē q̄ sit ea quæ obiecta ē nobis, aduersario reponimus.

Vel in personā, cū ostendimus, nō decere personam aduersarij, ut hæc nobis obijciat, etiam si constet ea uera esse.

Solutio argumentationum duplex ē.

Altera ad hominē, puta quæ non rei, sed hoī satisfacit. Fitq; ea trifariam.

Deinde eleuando, cum uideri uolumus contēnere id quod aduersarius obiecit: dicimusq; id tale esse, quod rideri magis quàm dilui mereatur.

Postremo digrediēdo, cum animum auditoris digressu quodam à proposito abducimus, itaq; alijs occupamus, ut eius quod obiectum est nobis, quædam obrepat obliuio: & quanquam non sit, tamē dilutum esse uideatur.

¶Sapienti nullæ desunt opes, ergo sapiens est diues.) Quis diQuem Stoici dixerint diuitem, Cicero docet in epi- ues secūstola quadam ad Trebatium. Balbus, inquiēs, mihi cō dum Stoi firmauit, te diuitem futurum. Id utrum Romano mo- cos.re locutus sit, benè numatū te fore: an quomodo Stoici dicunt, omneis esse diuites, qui cælo & terra frui possunt, posteà uidero. ¶Tale est etiam quod apud Vergilium Iuno dicit: Indignū est Italos.) Verba Iunonis sunt cōtra Venerem Aeneidos decimo. ¶Et nos tela pater.) Sic Turnus Aeneidos libro duodecimo. ¶Dic quibus in terris.) Verba Dametæ ad Menalcā, ægloga tertia. ¶Cuiusmodi est pro Ligario.) In oratione Ciceronis, quam pro Q. Ligario habuit apud C. Cæsarem. ¶Simile est in Salustium.) In inuectiua aut si mauis apologia Ciceronis, qua Salustij in se maledictis, in senatu respondit. ¶Meq; timoris Argue tu Drance.) Turni uerba sunt Aeneidos libro undecimo. ¶Et: Tantumq; nefas patrio excidit ore?) Verba Aeneæ ad patrem Anchisen secundo Aeneidos. ¶Et apud Tragicum Iason inquit.) Senecæ in Medœa uerba hæc sunt:

IASON. Perimere cum te uellet infestus Creon.
Lachrymis meis euictus exilium dedit.
MEDOEA. Pœnā putabā, munus (ut uideo) est fugæ.
IASON. Dum licet abire, profuge, teq; hinc eripe,
Grauis ira regū est semper. MED. Hoc suades mihi.
Præstas Creusæ, pellicem inuisam amoues.
IASON. Medœa amores obijcis? MEDOEA. Et cædem & dolos.

¶ *Italiam petijt fatis autoribus.*) *Rursus uerba sunt Iunonis eo, quem indicauimus, loco.*

Triplici de causa fieri expositionem, & suum unicuiq; expositionis generi esse propositum finẽ. Deinde, probabilem esse oportere expositionem eam, qua fides alteri rei quæritur, reiq; probandæ accõmodatã, & quomodo id fiat. Postremo, cuiusmodi esse debeat eius exordiũ. Cap. XVI.

Expositionum genus triplex.

DE argumentatione autẽ, quid ea sit, & quæ species eius, & quõ cõficiat, quantum ad inueniendi rationem pertinet, hæc sufficere uidebuntur. Expositio sequitur, quam speciem oratiõis alteram fecimus. Exponimus aũt ferepropter has causas: uel ut audientium uoluptate demulceamus aures, uel ut rem ipsam cuiusmodi sit explicemus, uel ut fidẽ alicui alij rei expositione quæramus. Primũ sequũtur poetæ. Proximum qui monumentis rerum tradendis, uel præsentes uel posteritatẽ conãtur docere, ut q̃ historias & exempla uiroꝝ reꝝq; insigniũ lris mandãt. At q̃ faciẽdæ cã fidei de re aliq̃ exponũt, hi sunt ut oratores, ut philosophi, ut reliq̃ artifices, qb⁹ pſæpe in alterius usũ rei, alia res uerbosius ẽ recẽsenda. ¶ Triũ igit hagꝛ

expositionũ suus est cuiq; finis. Qui enim uoluptatẽ solã spectat audiẽtis dũmodo eã sequatur, uera an falsa, probabilia an incredibilia dicat, nihil sua credit referre. Quod si qñ ueri simillia, aut uera dicit, eni xiusq; colorẽ tuetur ueritatis, nõ id tm̃ ex sua facit persona, quãtum ex illius pso̅na, cui talia tribuit: quoq; sint illi congruenti ora, sic dicuntur. Aut persæpe in his, ubi uana affectus specie mouere cupit audito rem. Aptissima est enim talibus ueri similitudo. Quodq; præcepit Horatius: Ficta uoluptatis causa, sint pxima ueris: id non in uoluptate modo, sed in omni affectu p̃cipue est obseruandum. ¶ Scriptores aũt rerum è contrario, primã oĩm ueritatẽ expetũt, posterior uoluptatis est cura. Si tñ legem illam, quam sanxisse Thucydides historiæ uidet, obseruare uelint, malintq; rem perpetuo duraturam confice re, q̃ gratiam breuem mereri. Vera autem dicunt hactenus, ut sua sint conscientia contenti: neq; solicite quærendum putent, quõ fiat lectori fides eorum quæ recensent: qñ & grãdia pleraq; & ad incredibile qñq; accedentia, uelut ex periculo

Finis primi generis, uoluptas audi toris.

Secundi generis finis, ut uera sint, quæ dicũtur.

Thucydides historiæ cõdẽdæ legislator.

petunt, ut admiratione lectorem detine-
ant. Si cubi uero ponuntur aliqua facien-
dæ fidei, talia fere sunt, ut magis grauita-
tem autoritatemq; scriptoris cõmendẽt,
q̃ rem probent. Cuiusmodi sunt, scire se
incredibilia & fidem excedentia narrare,
sed ita tamẽ à maioribus accepisse, ita po
steris tradituros: uel compertum sibi, ré
sic habere: constanter se uerum in quali-
cunq; hominum opinione dicturos: q̃q;
uero ne sibi quidem satis probari, quare
quenq; pro suo captu dempturum addi-
cturum ue fidem. Quare probabilitatis
abunde est istis, rem tradi sic: ut non sit im
probanda, id est, ut uera dicãtur. Deinde,
ne uideantur falsa. Quod fit, si neq; inter
se dissideant, neq; tẽporibus, personis, lo-
cis, ea quæ traduntur, discrepent. Pleraq;
em̃ uera, turbato ordine coniunctioneq;
rerum, incredibilia uidentur. Contra fal-
sa, disposita ut singulæ inter se partes con
gruant, ueriſſimorum implent fidẽ. Cau-
sa autem quamobrem parata sit scriptori
fides, cum ex scriptoris persona, q̃ nihil
tale uidetur, quare debeat potius uelle fal
sa tradẽdo lædere existimationem suam,

q̃uera dicendo ſancti grauiſq; uiri de ſe opinionem ad poſteros trãſmittere: tum q; lectoris parũ aut perſæpe nihil intereſt ſic uel ſic rem eſſe arbitrari: præſertim ſi non aliunde paratum ſit, quo poſſit uanitas ſcribentis coargui: quale Herodoto & nonnullis aliorum quoq; ſcriptorum, qui indulſerunt ingenijs ſuis, contigit. In reliquis facile lector accedit. Mauult em̃ (quod uulgo dici ſolet) credere q̃ exquirere. Aperta ergo ſunt apud eos omnia, erecta, ſublimia, ſecura: ut qui non timeant, non timeantur. ¶ At in expoſitionibus eis, quibus fides alicui rei quæritur, nõ ſatis eſt eſſe uera quæ exponentur: ſed & firma, & uelut fidem ſibi ipſis facientia oportet eſſe: tum ad id cui probando deſtinãtur ita accommodata, ut capita fidei faciendæ confirmandarumq; rerum noſtrarum omnia poſſint inde depromi. Inſtat enim aduerſarius, & ſuſpecta habet omnia, neq; quicq̃ impune dimittit: & uel negat, quæ nocitura ſunt: uel ſi id nequit, uertere in ſuos uſus, & ad ſe rapere conatur, efficereq;, ut uel proſint, uel utique q̃ minimum obſint,

Finis generis tertij, ut fidẽ faciamus ijs, quorũ gratia exponimus.

Duo necessaria expositioni ei, qua quis fidē facere conatur,

OMnisergo disputātis expositio, quæ probando alicui destinatur, necesse est duo præcipue habeat. Prius est, ut ꝓbabilis sit. Nec enim fides alteri rei per eam parari poterit, si dubiæ sit ipſa & ambiguæ fidei. Deinde, ut accommodata sit, id est, ut illi rei, quam probare per eam uolumus, apte iungatur: sicq; expositio fiat, ut commode fides ex ipsa possit duci. Partī est enim, ipsam per se probabilem esse, si non id quod ꝓbare conamur, colligere ꝑ eam possumus. ¶ Probabilis fit expositio, si fit argumentosa, si consentanea rebus, si ꝑ se consequens. ¶ Argumentosa est, quæ causas habet rerū. Causas aūt ut habeat, non modo summæ rerum quas exponimus, ut sunt causæ belli gesti, causæ pestilentiæ, aliarumq; rerū, quæ solēt à scriptoribus anteipsas res explicari. Qualis ē etiā pro Milone tota fere narratio. Causas ēm habet, primum, quare Clodius annum ꝑturæ suæ in Milonis consulatū distulerit. Hinc, quare Milonem occidendum destinauerit. Demum, quare hoc loco, hoc tēpore. Sed in singulis etiam partibus expositionis causas addimus, cuiusmodi ē;

Trifariā expositionem fieri probabilem.

Quō esse possit argumentosa.

Sæpe fugam Danai Troia cupiere relicta
Moliri: causam addidit, Et lõgo fessi decedere bello. Qđ reuera qdẽ argumẽtatio, quanq̃ colorem habeat & faciem expositionis. Sic etiam, Assensere omnes. Quare assenserũt? Quia quæ sibi quisq; timebat,
Vnius in miseri exitium conuersa tulere.
Sed & alia nonnunq̃ ponuntur argumẽta. Vt: Sanguine placastis uentos & uirgine cæsa: argumentum est eius quod sequitur, Sanguine quærendi reditus. Et p Milone: Etenim palam dictitabat, consulatũ Miloni eripi non posse, uitam posse. Subdit orator: Significauit hoc sæpe in senatu, dixit in cõcione. Quin etiam Fauonio. Et reliqua quæ sequuntur. Prioris illius sunt hæc uelut indicia. ¶ Consentanea erit expositio, si personis, locis, tẽporibus, rebus consentiat. Personis quidem, si quales sunt, talia facta earũ dictaq; effingantur. Nec enim eadem conuenient Achilli & Nestori & Vlysi uerba: nec eadem facta erunt in his probabilia. Sic & alia fœminã, alia uiro, alia doctum, alia indoctũ, alia militẽ, alia togatũ decebũt. Locis & tẽporibus accõmodabit, si quoloco unũquodq;, Quõ consentanea

quo tempore uerisimile ē factum esse, sic exponatur. Rebus uero conueniet, si lætis iucunda, seriis grauis, ridiculis faceta, insignib⁹ ornata, tristibus acerba tribuat expositio. ¶Consequens autem erit, non modo, si prioribus sequentia non discrepent (id enim potius est uitium fugisse, q̄ aliquam laudem meruisse) sed si sic exponantur priora, ut uel ex iis quæ posterius dicuntur, expectentur, & propemodum auditor ipse sibi subiiciat ea: uel qualiacunq; dicentur, tamen cuncta uideantur ex priorum fide pendere. Quod diligentissime obseruatum est Ciceroni pro Milone. Quanquam enim ancipitis fidei sit, & (ut creditur) ad insidiarum rationem falsa narratio, quoniam fortuitam eā pugnam fuisse traditur: sic tamē omnia per gradus quosdam certa serie feruntur, ut nihil percipere possis, quod non cohæreat prioribus, & ueluti uinculo connexum sit, ut tandem uestigiis quibusdam ad cædem, uelut manuprehendendā, ueniatur. ¶Plus habet negocij id, quod dixim⁹ secundum esse debere in expositione, ut accommodata sit ad id, cui per eam parādā

Quō consequens.

est fides. Nã probabilitatis persæpe facilis est ratio, cum sint omnia qñq; quæ sunt in expositione, confessa parti utriq;. Formare autem aptè & accommodatè instituto nostro expositionem, id fundamentum sedesq; totius nostræ disputationis. Hoc est enim quo præparatur in foro iudex, & ad omnem sequentium argumentationũ confirmationem componitur. ¶Ante omnia igitur uidẽdum est, quid sit id, quod uolumus expositione, & cui ex ipsa quæritur fides, idq; cum omnibus expositionis partibus conferamus, & facilè uidebimus, quid habeat res quod iuuet partes nostras, quid etiam quod offendat. Vbi tota enim pro nobis est, parũ est quod metuamus: sic parum est quod speremus, ubi obest tota. Deinde quæ prosunt, danda est opera, ut plurimũ iuuent, & eruenda argumenta explicandaq;: quæ tum cum dicuntur, quanq; nõ cum summa rerum cõ iungantur, ut ipsam efficiant: ipsa tamen audientis cogitatione, colligẽtis apud animum suũ, hoc ipso maximè prosunt tũc, quia minus in id parata uidẽtur. Quæ uero dubia sunt, & dicentis interpretatione

Qua rõne potißimũ expositio rei probãdæ fiat accommoda

possunt in hanc uel illam distrahi partem, sic tractanda sunt, ut nobis profint. Quæ nocent, mollienda sunt: curandumq́, ut q̄ minimum obstent. Fiunt autem hæc omia argumentis, quæ sumūtur ex locis, quos superiore libro descripsimus: sed hæc argumenta ponuntur. Nam ut ueniat quãdoq; argumentatio in expositionem, breuis tamen ea est, fitq; non ita crebro. Quædam autem consulto narrãtur à nobis sic, ut plane falsa & incredibilia perspici possint, quoties ea quæ ab aduersarijs uel prose expositasunt, uel alioquin confirmatura partes eoꝝ uideret̄, sic deprauãt cõtraria expositiõe, ut prsus detrahat eis fides.

Fauorabilẽ esse debere narratiõis ingressum.

ILlud autem ferè uidetur obseruatũ, ut undecunq; petitum semper ponant fauorabilem primum narrationis ingressum: & ab aliquo quod causam suam commendet, auspicentur. Terentianus ille Simo, continentiam filij sui laudaturus, cum tuto etiam uersatum eum inter modesta parum ingenia, uellet ostendere, uideretq; meretricis psonã pśenti laudum commemorationi indecentius inseri, & posse uideri obstare existimationi filij, ꝙ

Narratio Simonis illius Terẽtiani.

talis ꝑsonæ consuetudinẽ expeteret, uidemus ut altius petito principio molliuerit oĩa: & rem ipsam, & ꝑsonam, ꝑ susꝑcta & aspera, fauorabilem reddiderit. Incipit ergo: Interea mulier quædam abhinc triẽnium, Ex Andro commigrauit huic uicíniæ. Vt iam neq; ganeonis, neq; omnes urbis angulos puagantis uideri possit, si consuetudinem tertium iam annũ uicinæ sibi Pamphilus habeat. Reliqua quæ sequuntur, ad commendationẽ pertinent mulieris: Inopia & cognatorum negligentia Coacta, egregia forma, atq; ætate integra. Videmus hic, quanta huic delinquendi excusatio, desertæ à cognatis & inopi: quanta facultas, iuueni & formosæ. Hæc tamẽ inter ista, primum pudice, nec id solum, sed parce ac duriter agebat, lana ac tela uictum quæritans: ut obstinatio tuẽdi pudoris perspici possit. Hinc iam paulatim uelut gradibus incipit labascere: Sed post ꝗamãs accessit ad iuuenẽ, ꝑcium pollicẽs ad inopẽ: nõ primo tñ cõgressu victa est: sed unus & itẽ alter. Qđ iã cõsequẽs erat, ut diceret proiecisse eam pudorem, quã ta id cura mollijt, ut culpam eam cũ oĩ-

bus communicaret, diceretq; Ita ut ingenium est oīm hominum à labore proclíue ad libidinem. Quod tamen cunctantis signum est, primum accipit conditionem, tum iam demum quæstum occipit. Quemadmodum ergo pictores, qui colorem purum & nulla circūfusum umbra, leniter primum, ut prope sensum fallat, incipiunt adūbrare: deinde paulatim sub crescente obscuritate, cum iam postremo atrum umbræ totum oppressit colorem, nihilq; præter nigrum sit, uidemur tamē nobis primā illam coloris speciē, quā puram accepimus, quia paulatim deficit, nec abrumpitur usquam, etiam in ipa umbra ubi nullus iam est, inuenturi. Sic & persuasionem primum acceptam, quia nō uidemus in sequētibus eripi, licet defluat etiam paulatim, & tandem quantū ad rem pertinet, deficiat: qui audit tamen, quia nusq; ubi auferretur uidit, uelut adhuc subsit, ita sequitur animo & adhæret. Quanquam ergo poeta à pudica orsus, ad meretricē, hoc est, ab honestíssima persona orationē ad fœdissimā deduxerit: cōmēdationem & fauorē, quē in pudica sumpsit, ya p me

dia cũcta q̃tenus põt retẽtat, etiã cũ ad im
pudicã puenit, adhuc tuetur. ¶ Circunspi
cienda sunt igitur diligenter oĩa, nec utiq;
statim ab eo, qđ in p̃senti est quæstiõe, inci
piẽdũ, sed repetẽdus plerũq; altius ordo
rei, si sit in eis aliqd, qđ p̃sit. Cicero p̃ Clu
entio, non statim incipit à crimínibus cor
rupti iudicij, ut ea quatenus tueatur nar
ret: sed à p̃sona matris, quæ maxime Clu
entiũ p̃mebat. primũq; à nuptijs mris ini
tia duxit: quæ ut ad p̃sentiũ criminũ ordi
nẽ nihil attinebát, sic summæ defensionis
res ipsa indicat plurimũ ea p̃fuisse. Quin
tilianꝰ aũt, sicut in Cæco in limine, statim
expositionem incipit ab incẽdio: qa nihil
erat, q̃re altius repeteret: & hoc ipm pri
mũ, cõtinuo firmissimũ p̃ causa erat: sic in
milite Mariano, à seueritate parẽtũ & edu
catiõis cœpit: Pat, inqt, huic emeritis bel
lo stipẽdijs. Prius ergo iã mentẽ militãdo
durauerat. Ne tñ ocio molliret, exautora
tas armis manus agresti subegit labore.
Hinc est, mater prædura, prisc̃is moribꝰ,
& perusta frigoribus ac solibus, & rustici
operis difficultates obire cum marito so
lita. Ab hac educatum filium, uirum, & q

Caute esse exordiendum.

iam meruerat stipendia, & his assuetũ mo
ribus, quisquam de stupro appellabit: cũ
ne illam quidem q̃uis fœminam, quisquã
fuerit appellaturus impune? præsertim,
cum & hic ipse sp aliquid maius annis co
naretur, & omni opere primæ ætatis an
nos contra uoluptates firmauerit. Sic na
tum, sic educatum, quis iam nõ indigniſſi
me ferat tentari de stupro? Similiter etiã
cũ alijs in locis, tum in matris infamia, in
parte matris expositionẽ petit à natiuita
te filij. Incipiens ergo, nõ fœmina, nõ ma
ter, inquit, sed matrona: ut statim ex nois
eius reuerentia fauorem aliquem captet.
Cuius puellares annos: quo incredibilius
iam sit in grandiore natu. Et cuius primã
rudemq; coniugij mentẽ: quãto magis igi
tur assuetam iam & firmatam ad coniu
gales affectus, nulla libidinum respersit
infamia? Et cui impudens rumor, q parsu
rus utiq; nõ fuisset ei: & suspicax maritus,
quẽ non potuisset latere: nihil unq̃ potuit
obijcere, nisi filium. Quis ergo iam credat
incautiorẽ & in iuuenta ab omnibus alijs
intactam libidinibus, seniorẽ & peritam
rerum in filio demum peccare cœpisse?

Simile est, quod paulo post sequitur: Natum de se cõtinuo, si quid ipsi creditis, impatientius complexa, q̃ reliquæ parentes non in nutrices, nec in ministeria seposuit: suis aluit huberibus, suo fouit amplexu. Quo magis potuit munire sequentis ætatis indulgentiam, & affectum notabilem, q̃ hac educatione? Ante causam sunt hæc. Sed illud etiam quod sequitur: Accendebat hãc erga unicum optimæ matris impatientiam rigidus pater, asper maritus. Simul ita q̃ patris suspicionem & rumorem, asperitati patris assignat. Et hi q̃dem qui præcipui sunt causæ colores, & quibus fere causa est innixa, extra causam sunt. Ducuntur tamen ex his, quæ sunt in ea, fidemq̃ inde habent. Primæ enim iuuẽtæ integritas, uelut certa est corã tali marito, qui fuit paratus accepta suspicione filium occidere. Sic quod & ipsa aluerit infantem, reliqui temporis affectus credibile facit: cum soleat omnium matrum in recens natos impatientissimus animus esse. Et patris asperitas & mariti, ex præsenti litis conditione descendunt. Asperum enim maritum

fuisse uerisimile est, quẽ malæ tractatiõis uxor coacta est facere reũ: asperũ patrẽ, q̃ rumori quæsiuit filij morte satisfacere.

Non inde continuò exordiendũ, quod primo aspectu blãditur: sed diligẽter rimandũ, ne qd subsit, qd possit offendere.

¶ Præcipui uero cõsilij est, uidere nõ mõ quæ primo aspectu tanq̃ profutura blandiuntur, uel tanq̃ nocitura terrent, sed altius cũcta introspicere, & si qd subsit etiã quod possit offendere, scrutari. In Cæcone limine, quid magis uidebatur esse pro filio, q̃ si pietas in patrem maxima oñderetur? Qui fuerit aũt illud imprudentius secutus, dicet filiũ cum primum in incendium cucurrerit, extulisse sine cunctatiõe patrem: & quo plenius sit meritũ filij, illã miserabiliorem, illam debiliorẽ reliquisse. Quintilianus autem, cũ uideret quantum fauoris accederet ex patre, tantũ causæ ex matre periturũ: quin etiam uisum iri, patrem illi inuisum quandoq; potuisse fieri, qui potuerit eum dãno maternæ pietatis amare: facit ergo miseros parentes prope perijsse pietatis æqualitate, dũ dubitat utrũ prius efferat: & dicit tandem orator, quanq̃ nolente id audire filio, patrẽ esse electũ. Contra uidetur in Matris infamia, primo aspectu mri nocitura be-

nignior cum filio consuetudo. Non putauit tñ negandum, cũ ex persona matris multo possit honestius defendi, amplecti turq; tanq; simplicitatẽ illã materni amoris. Omnis igit miseræ cũ misero sermo, oĩs in publicum pariter egressus. Subdit deinde simplicẽ innocentis, nihilq; metuentis securitatẽ. Gaudebat etiam q; laudãdus occursibus, q; omni frequẽtia cœtuq; conspicuus, populo iã ipse fateret, q; plus amaretur à matre. ¶ In summa, si animũ nobis sumamus aduersarij, & subinde singula quæ uenient in expositionem apprehendamus, interrogemusq; nos: quid hoc ad rem? qua parte proderit? tum si uiderimus, quo pacto uolemus oñdere aduersario prodesse: facile uidebimus etiam, quõ narrãda sint, ut prosint. Et quomodo quæ uidentur obstare nobis, discutere uolumus: eo etiam excludenda sunt in expositione, ne noceãt. ¶ Nec est q; quisquam putet, quamuis à solis propemodum oratoribus exempla sumpserimus, idcirco non esse in alijs artibus locum expositioni. Nã & qui in philosophia disputant, persæpe exponant oportet. Nec enim sicubi recõ-

dita res aliq̃ deducitur in certamẽ, satis cõ
modè tractari potest, nisi prius exposue-
rit is, cõtra quem differitur, omnem ordi-
nem rei, quõ habere eam putet, & quo pa
cto affirmet eam, quoue neget. Vnde ui-
demus in plerisq; disputationibus, in qui-
bus non exposuit mentem suam qui cum
differitur, cũ ille aliud defendat, aliud ad-
uersarius petat, argumentationes omnes
effundi in uentum, & solum superuacuis
clamoribus diẽ teri. Iohannes Scotus ita-
que solet persæpe, ubi perplexior quæ-
stio incidit, uelut expositionis præponere
formam imaginandæ rei. Quæ quãdo sic
explicatur, ut quadret, constentq; sibi oẽs
partes eius, incredibile est, quantum facul
tatis tuendæ rei adꝛciat. Id autem non ali-
is p̃ceptis, quàm eis quæ tradidimus fieri,
quisquis experiri uolet, facile uidebit.

¶ Scholia in caput decimumsextum.

PRimũ sequuntur poetæ) Horat. tamẽ in arte poe
tica, tria poetarũ genera facit, quorũ alij solã le
gẽtiũ uoluptatẽ, alij utilitatẽ, alij quærãt hæc utraq;.
Aut, inquit, prodesse uolunt aut delectare poetæ,
Aut simul & iucũda & idonea dicere uitæ.
Et paulopost:
Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci,

¶ Scriptores rerum è cõtrario primã omniũ ueritatem expetunt.) Cicero secundo de oratore: Nã quis nescit, inquit, primam esse historiæ legẽ, ne quid falsi dicere audeat, deinde, ne quid ueri nõ audeat, ne quæ suspicio gratiæ sit in scribendo, ne quid simultatis. Historiæ lex.

¶ Quam sanxisse Thucydides historiæ uidetur.) Hic est Thucydides ille Atheniẽsis, Olori filius, inter historiæ scriptores facile princeps, qui à suis in exilium missus, bellũ Peloponesiacũ, cuius supra mentionẽ feci, octo libris cõplexus est ¶ Quale Herodoto.) Hic patrẽ habuit Lyxũ, matrẽ Dryo. Cumq; patria Halicarnasseus esset, propter Lygdamin tyrannũ inde Samum profectus est: ubi & Ionicã linguã edoctus, nouem scripsit libros Historiarum, sed qui plus fabulaꝝ, q̃ ueræ historiæ contineant. ¶ Omnis disputantis expositio.) Huic loco toti intelligendo exactius, non minimum momenti attulerint ea, quæ rhetores præcipiunt de narratiõe, in qua tria cum primis exigi aiunt, ut sit perspicua, ut breuis, ut ueri similis. Thucydides. Herodot.

Porrò quæ exempla affert ex Vergilio & Cicerone, ea partim superius asscripta à nobis sunt: partim sunt eiusce modi, ut uel minimum, si huc asscribãtur, collatura uideantur intelligendis uerbis Rodolphi. Itaque ea omisimus. ¶ Sed hæc argumenta ponuntur: nam ut ueniat quandoque argumentatio in expositionẽ, breuis tamen ea est, fitq; non ita crebro.) Hoc ipsum quarto institutionum libro hisce uerbis dicit Quintilianus: Argumentabimur, inquit, in narratione, ut dixi, nunquam: argumẽtum ponemus ali-

quando. Et in eodem capite: Ne illud quidem, inquit, fuerit inutile, semina quædam probationum spargere. uerum sic, ut narrationem esse meminerimus, non probationem. Nonnunquam tamen etiam argumento aliquo confirmabimus, quod proposuimus, sed simplici & breui. &c. Quæ uel iccirco asscribenda huc uidebantur, quod hic locus Rodolphi, ut quidē uidebatur mihi, non usquequaq; uacabat mendis, Erāq; hoc quicquid erroriserat, planè assignaturus typographis, nisi pridie quàm in hunc locū scribere cœpissem, allatum ad me fuisset exemplar scriptū. Id in eum usq; diem delitucrat Dauentriæ, primū apud Iacobum Fabrum, deinde apud istos quos uocant fratres. Quid multis? Thesaurum aliquē inuenisse mihi uidebar. Sed posteaquā aperui, postquam cœpi euoluere: aliud nihil, quā syluam quandam futuri adhuc operis deprehēdi: in ijs præsertim, quæ sua manu exarat Rodolphus. Quadruplex enim scriptura, aut si id mauis, character erat. & quæ scripta essent manu ipsius, id iam cōstabat ex epistola quadam eius ad Langium, cuius nobis legendæ copiam fecerat anno superiore amicus quidam. In ijs ergo alia uelut obeliscis confossa erant, alia rursus ceu asteriſci quidā in margine notata. Quædam bis terue paucis interim commutatis uerbis repetebātur: quædam immutata sic erant, ut uix aguoscere. Quoties autē capita tota, uel expuncta omnino, uel in alium erant locū traducta? quoties pagellæ aliquot desiderabantur? quoties interlitis medijs, margo occupatus sic

erat, ut extrema uerba legi nõ possent? quoties ita cõ
fusa atq; permista oĩa, ut nec caput nec pes usquam
existeret? Id ergo exẽplar, quanquã hac parte alte-
rius q̃ Rodolphi manu scriptum, habebat ad hunc
modũ: Fiunt aũt hæc omnia argumentis, quæ sumun
tur ex locis, quos superiore descripsimus. Sed hic ar
gumenta ponũtur. Nã ut ueniat quandoq; argumen
tatio in expositionẽ &c. Quæ lectio & ipsa parum
arridet, apparetq; mihi, hanc esse sententiam eorum
quæ scribere destinarat Rodolphus. Fiunt autẽ hæc
omnia argumentis, quæ sumuntur ex locis, quos su-
periore libro descripsimus: uerum ea hic argumẽta
ponuntur tantũ, non etiam explicantur. Nam ut ue
niat quandoq; argumentatio in expositionẽ, breuis
tamen ea est, fitq; non ita crebro. Quæ lectio planè
consona est ei quod habet Fabius, ponendũ nõnunq̃
esse in narratione argumentũ, at nunquã esse id ar-
gumentum explicandũ. Hoc enim est quod argumen
tari dicimus: cum ex sententia Ciceronis, argumen-
tatio aliud non sit, q̃ argumenti explicatio.

¶ Terentianus ille Simo.) Verba Terẽtij in Andria
sic habent:

Simo. Interea mulier quædam abhinc triẽnium
Ex Andro commigrauit huic uicinæ,
Inopia & cognatorum negligentia
Coacta, egregia forma, atq; ætate integra.
Sosia. Hei uereor, ne qd Andriã apportet mali.
Simo. Primũ hæc pudicè uitã parcè ac duriter
Agebat, lana ac tela uictum quæritans.

Sed postquam amans acceßit precium pollicens
Vnus & item alter, ita ut ingenium'st omnium
Hominum à labore procliue ad libidinem,
Accepit conditionem, dein quæstum occipit.

¶ Cicero pro Cluentio.) Duo diximus Cluentio obiecta fuisse, iudicium corruptũ, & ueneficiũ. Horum prius illud defensurus Cicero, narrationẽ incipit à sceleratißimis nuptijs matris, cui nomẽ Saßia. Ea capta amore generi sui Aurij Melini, primũ huc impulerat iuuenẽ, uti filiam suã Cluentiã domo exigeret, deinde ipsa eidem nupserat. quod factum mire tinitio narrationis exagitat Cicero, docens hinc omniũ malorũ fontẽ originemq; extitisse. ¶ Quintilianus aũt sicut in Cæco in limine.) In declamatione ea cui titulus est Cæcus in limine. ¶ Sic in Milite Mariano.) Supra monuimus titulũ hunc esse cuiusdã apud Quintilianũ declamationis. ¶ Tum in matris infamia.) Hæc declamatio hodie inscribitur: Infamis in matrẽ. In ea Fabius orditur narrationem hoc modo: Matrona iudices, cuius puellares annos, primam rudemq; coniugij mentem, nulla libidinũ respersit infamia: cui impudens rumor, suspicax maritus, nihil unquã potuit obijcere nisi filium: quæ pudicitiæ prima fidutia est, edidit partũ quẽ maritus agnosceret. Natum de se cõtinuo, si quid ipsi creditis, impatientius complexa quàm reliquæ matres, non in nutrices nec in ministeria sepposuit: suis aluit huberibus, suo fouit amplexu. Nunquid & hos annos parricida, nunquid & pueritiam miseri iuuenis infamas? Actum est de sacrorum

nominũ fide, si ut uideatur innocens mater, ætas tantum filij facit. Accendebat hãc erga unicum optimæ matris impatientiam rigidus pater, asper maritus: & sibi uidebatur parum implere, quem pro duobus conferebat affectum. Rarus hic nanq; ad oscula, difficilis amplexibus, & qui unicũ aspiceret animo, quo quãdoq; posset occidere: fecit ut notabilior esset charitas matris. Omnis igitur miseræ sermo cum filio, omnis in publicum pariter egressus. Gaudebat etiam & laudandus occursibus, quòd omni frequentia cœtuq; cõspicuus, populo iam ipse fateretur, quòd plus amaretur à matre &c. Reliqua uel attacta iam sunt, uel per se satis aperta.

¶Quot & quæ orationis cuiusq; partes Caput XVII.

Quot orationis partes fecerit Cicero.

Reliquum est de oratione, ut dicamus quot sint partes eius. Cicero libris illis, quos de rhetoricis adolescenti sibi rudes & impfectos excidisse scribit, sex fecit. Eis quos postea uelut exactiori cura compositos edidit, solum quatuor uoluit esse: quarũ duæ rem docreent narratio & cõfirmatio: duæ mouerẽt auditorẽ, exordiũ & poratio. Aristoteles duas tm̃ q̃ necessarias esse putauit, ꝓpositionẽ & cõfirmationẽ: Narrationẽ propositionẽ eẽ, & nõ ſp necessariã, nisi cũ longior & pplexior

Quot Aristoteles.

res incidisset: exordiū & peroratione quē admodū & Cicero sensit nō ad rē, sed auditorē ptinere. Sed illi de ciuili tm oratiōe dixerūt, nos in uniuersum dicamus. Oīo quæ credentē habet auditorem, & sola ex positione cōstat, sola expositione pōt esse contēta. Vt sunt Aristotelis nōnulla. Cuiusmodi est prædicamētorum protinus à re sumptum initium: Eorum quæ dicuntur, quædam complexim dicuntur, quædam sine complexione. Et posteriorū iti dē: Oīs doctrina & oīs disciplina intellectiua, ex priore fit cognitiōe. Sic Cæsar libros belli Gallici incepit: Gallia oīmis diuidit in partes treis. Sed in illis forte alia fit ratio, quoniam commētarios solum & indices rerum uoluit esse illis, qui post essent ea scripturi. Vtcūq; tñ nihil est, quod ad absolutiōem operis extra desideretur. Vt plurimum autem duas fere partes habet hoc oratiōis genus. Exordiū em̄ sæpe præponitur ornādi magis operis gratia, quàm quia res id exigat. Cicero quandoq; in his pcipue quæ sine dialogo sunt, epilogum adiecit. Sed (ut dicimus) una tantum pars est necessaria. Quæ argumēta-

Quæ oratio sola una parte posit esse contenta.

Quæ duabus.

tione cõstat oratio, duas habeat partes necesse est expositionem latius fusam uel in propositionem collectam, pro rei de qua disseritur qualitate, proíde ut uel simplex est uel uarijs partibus perplexa, & uel cognita ẽ audiẽti uel ignorata. Nec alias desiderat partes, si sit eiusmodi quæstio, de q̃ disseritur, quæ cognitiõis sit solum: quáq; sic uel sic accipi, nihil interfit, & dicẽtis & audientis. Etiam si ut actionis sit, si paratã habeat beneuolentiam, neq; gratiam sibi ex cuiusquam periculis petat, exordio nõ indiget: ut sunt laudationes, actiones gratiarum, & reliqua id genus. Cicero ergo acturus Quiritibus de reditu suo gratias, statim à re cœpit. Et Ausonius protinus: Ago tibi grãs imperator Auguste. Quod si dicẽtis existimatio ducetur in discrimẽ, si quid forte audientis offendat animum, præfandum erit nimirum, & exordio muniendus contra obstantia qui dicit, sic si fuerint in decursu dictionis exasperatæ aures, placandæ erunt epilogo. Et enumeratione redigẽda in summã quæ dicta sunt, si multa mentẽ memoriamq; audientis fugitura dixerimus. ¶ At ubi uel res audito *Quæ exi-*
gat par-

ris agetur: uel is pinde tanq̃ agatur, fauebit aut oderit: nec iudiciũ solũ audientis, sed prope certãtis afferet, aut inter dicendũ accipiet studiũ: ibi quatuor ptes oronis res ipsa poscet: duas, captando audito ris animo paratas, duas rei docẽdæ. Quarũ quæ ad docẽdũ ptinent, narratio & cõfirmatio: hæc, argumentatio est: illa, expositio, de qbus satis multis (quatenus huiẽ instituti) diximus. Reliquæ duæ quæ pmouẽdo destinãtur auditori, principiũ & perorõ, partim argumentatione cõstant, partim expositione. Principij tria ferè cõstat esse munera: ut beneuolum faciat auditorem, ut attentum, ut docilem. Quoꝝ priora duo argumẽtatione propemodũ conficiuntur, postremũ expositione. Perorationis item tria sunt, ut conciliet auditorem sibi, ut aduersario faciat infensum, ut collectis enumeratione capitibus rerum, quæ tota demonstrarit oratione, audiẽtis ea memoriæ affigat. Quorum postremũ expositionis habet naturam, priora similiora sunt argumentationi. Sane si demus sanctum & incorruptum auditorem, non gratiæ, nõ offensis obnoxiũ, sufficiet prin

Exordij munera tria.

Tria itẽ perorationis.

cipio docilitas,& enumeratio peroratio-
ni. Ad illos,quorum aíos, amor,íra, ſpes,
metus,fauor,inuidia,poterit auferre,reli-
qua adhibentur. Dociles facímus audito-
res,ſi breui ſumma quæ dicturi ſumus,ue
lut oculis ſubiiciamus, oſtendamuſq; or-
dinem rerũ dicendarũ, & in partes oratio-
nem diducamus. Enumerãdi quoq; ẽ ex-
pedita ratio, ſi firmamenta ſingularũ ar-
gumẽtationũ colligẽtes,dicamus,cũ hæc
& hæc probauerimus,nõ uidere nos, qd
amplíus quiſquam de re dubitet,aut quid
iſtis reſpondere aduerſarius poſſit:aut ali
qua figura alía utamur,cuiuſmodí multæ
ponuntur ab autoribus, & multo plures
poſſunt fieri. Beneuolentia, odium,mía,
íra,rebus quidem non diſtãt in príncipio
& peroratione: tractatione uerò & elo-
quendi ratione multum differunt. Lenius
enim & modeſtius in príncipio profe-
runt ſe nondum conciliato nobis aut du-
cto in partem noſtram auditore. In per-
oratione, cum flexus eſt oratione, ac-
ceſſitq; nobis, & pronis omnia *animis
accipit: tum ardent affectibus cuncta,
tum obiicitur auditoris íræ aduerſarius,

Docilitas in exordio.

Enumeratio in peroratiõe.

Cõparatio principij cum peroratione.

*auribus

tum nras ptes miseratio lachrymæq; cõmendant. Cum fiant autem hæc oia affectuum permotiõe, quo pacto oporteat ea expediri, paulopost aperietur, cum in cõmune quæ pertinẽt ad affectuũ naturã, & quæ sit rõ eorũ tractandorũ, dicemus. Du-

Exordia unde ducenda.

cenda sunt aũt exordia, nõ ex his quæ causam confirmãt, aut rem de qua quæritur docent: confirmatio eñ fiet, non exordiũ: sed ex eis, quæ circa res psonásue posita, fauorem aut alienationem audiẽtis parare uidentur: qbus non tam rẽ secutus, q̃ animum suũ, pronunciaturus forte sit de quæstione. Si quis autẽ perdidicerit, quæ sit auditoris, de persona dicẽtis, de causa, de aduersarijs, opinio: quãtum permotus aduersariorum oratiõe sit, quid in personis rebusq; fauorabile aut infensum: facile uidebit, unde beneuolentia sibi conciliãda, quomodo aduersarijs odium offundẽdum, quomõ conflatæ iã sibi inuidiæ occurrendum. Nec enim solum datur opera, ut audientis nobis animũ adiũgamus, sed ut alienatũ etiã nobis exasperatumq;

Quõ fiat, ut in ex-

placem⁹. Quod si qñ breuiter in exordio capita aliqua nostrarum aut aduersæ par

tis argumentationū perstringimus, quod persæpe fieri solet, cū uehementius adductus aduersariorum oratione uidetur auditor: non facimus id tamen, quo probare uelmus ibi, aut confirmare causam: sed ut spem faciamus hac qualicunq; labefactatione, postea nos omnia demonstraturos. Demetrius itaq; apud Liuiū Persi fratri responsurus, lachrymas fratris primū inuasit, quoniam uidebatur illis maxime ualuisse apud patrem, quem iam pridem magis secundum Persen sentire credebat. Deinde in reliqua incurrit: Benignius eū in singulis audiatur oportet, cū huberius ea prosequitur, ubi omnium simul quantulumcunq;, aliqua tamē ex parte, añ subleuauerit fidem. Sic Quintilianus in Pariete palmato, ingēs domus spatium cruore notatū, & noctē electā sceleri, & gladiū adolescētis relictū, & uno uulnere pactū scelus, & institutū filiū hæredē, cuncta uelut delibās, aperit sibi iudicū aures, facilio remq; uiā defensioi suæ sternit. ¶ Peroration is añt fere hæc est ratio. Primum causæ fides enumeratione firmatur: si tamen ea sit causa, quæ propter magnitudinem

ordijs quādoq; capita aliquot argumentationū perstringamus.

ſuam hanc diligẽtiam poſtulet. Poſtea approbata iam cauſa, tum liberius effertur oratio, & ſcelus rei augendo exaggerando q́ accuſator inſectatur. Quando q́ conditionem eius etiam deflet, q̃ accepiſſe iniuriam dicitur. Contra reus, ubi iam defendit ſe, tum peroratiõe duram miſeram q́ ſortem ſuam oſtendit, cui innocenti immerito pericula ſtruantur: & graues caſus, qui ſe maneant damnatum: & preces lachrymas q́, & omnia mouẽdæ miſericordiæ experitur. Nonnunq̃ & conſpirationem contra ſe aduerſariorum, & crudelitatem premit, qui odia ſua periculis & exitio cupiant innocentis explere. Quæ omnia ſuas capiunt quæſtiones, inuenien di q́ rõne (ut prius oñdimus) nihil ab aliis differunt: eloquẽdi uero gñe plurimũ. In affectibus eñ præcipue regnat eloquẽtia. Nam quieta compoſitaq́ mens auditoris, q̃uis ſedata oratione optime docebitur. Vis aũt oñis impetusq́, & fulgura illa tonitruaq́ oñonis (qualia fuiſſe in Pericle mẽorant autores) quæ non impellant mõ, ſed auferãt eripiãtq́ ſedibus ſuis aſos: ea ſunt oia, mouẽdis, turbãdis, miſcẽdisq́

affectibus parata. Quæ sint ergo species orationis, & quid sit argumentatio, quid expositio, quot partes habeat oratio, & quando usu ueniant, quibus sue constent, hoc modo nobis sit explicatum.

Epilogus per om, quæ de instrumento disserentis tractauit enumeratione.

¶Scholia in caput decimumseptimum.

Reliquum est de oratione, ut dicamus quot sint partes eius.) Summa eorum, quæ hoc capite ab Rodolpho explicantur, est hæc: Quatuor ad summum esse possunt orationis cuiusq; partes: exordium, narratio, confirmatio, & epilogus. Quibus tamen non uniuersis semper utendum: sed interim una, interim duabus, interim omnibus: prout postularit præsens rei conditio. Porrò exordium est pars orationis, idonee comparans animum auditoris ad reliquam dictionem. Quod eueniet, si illum benevolum, si attentum, si docilem fecerit. Narratio est rei gestæ, aut perinde ut gestæ expositio. In qua tria hæc exiguntur, ut sit breuis, ut perspicua, ut credibilis. Confirmatio est, qua & nostra confirmamus, & aliena refellimus. Epilogus est artificiosa totius orationis conclusio. Etiamsi nonnunquam & in media oratione adhiberi consueuit. Constat duabus rebus, enumeratione & affectu. Enumeratio est breuis eorum, quæ tota oratione sparsim dicta sunt, repetitio. Affectus est uehementior animi commotio: ut misericordia, indignatio, ira, inuidia, ti-

Partes orationis quatuor

Exordium

narratio

Confirmatio.

Epilogus

Enumeratio.

Affectus.

mor, spes, gaudium, dolor. Hæc summa. ¶ Cicero in libris illis.) Libros rhetoricorum intellige. Hos enim in libris de oratore ad Quin. Fratrem adolescẽti sibi excidisse Cicero ait. ¶ Eis quos postea uelut exactiori cura compositos edidit.) In partitionibus interrogatus à filio pater, quot sint partes orationis, quatuor illas esse respondet: quarum duas ualere ad ram docendam, narrationem & confirmationẽ: reliquas duas ad impellẽdos animos, principium & perorationẽ siue epilogũ. ¶ Sed in illis forte alia fit ratio, quando cõmentarios solum & indices rerũ uoluit esse.) Cicero in libro de claris oratoribus ad Brutum, de Cæsare loquens: Atq; etiam commentarios quosdam scripsit, inquit, rerũ suarum, ualde quidem inquam probandos. Mihi enim sunt recti & uenusti, omni ornatu orationis tanquã ueste detracta. Sed uoluit alios habere parata unde sumerent, qui uellent scribere historiam. Ineptis gratum fortasse fecit, qui uolunt illa calamistris inurere. Sanos quidem à scribẽdo deterruit. Nihil enim est in historia, pura & illustri ueritate dulcius. ¶ Vtcunq;, tamen nihil est, quod absolutionem operis extra desideretur.) Quiuis animaduertat, nõ uacare hunc locum mendis: & tamen scriptum etiam exemplar hunc in modum habebat. Ego putem hoc pacto scriptum fuisse ab Rodolpho: Vtcunq;, tamẽ nihil est, quod ad absolutionẽ operis extra desideretur. Aut certe hoc modo: Vtcũq;, tamen nihil est, quod ad absolutionem operis extra desideres. ¶ Quæ argumentatione constat ora-

Commentarij Cæsaris.

tio, duas habeat partes necesse est.) Ne hunc quidem locum satis integrũ esse, id cõstare uel hinc põt, quòd eum duas partes initio proponat, deinde nõ nisi unã enumerat. Et tamen in scripto exẽplari etiam sic legitur. Mihi apparet, hanc alterius partis omittendæ causam fuisse Rodolpho, quòd priorẽ illã paulo pluribus prosequitur uerbis. Quæ res interim esse in causa solet, ut ad reliqua festinantes, eorum quæ proposuimus partem aliquã omittamus. Ergo aut ego plane hallucinor, aut hic locus integre legi sic potest: Quæ aũt argumentatione constat oratio, duas habeat partes necesse est, expositionẽ latius fusam, uel in propositionẽ collectam, pro rei de qua disseritur qualitate, proinde ut uel simplex est uel uarijs partibus perplexa, & uel cognita est audienti, uel ignorata: & argumentationem. Vt sit hic sensus, Eius orationis quæ argumentatione constat, duæ ut minimũ partes sunt, expositio & argumẽtatio. Verum quod ad expositionẽ pertinet, ea non eadem semper rõne tractatur: sed quandoq; latius funditur, cum est causa perplexior, & auditori ignota: quandoq; contra in paucissima cõtrahitur uerba, ut nihil aliud sit, quàm brevis quædã eorũ quæ tota oratiõe dicẽda sunt propositio. Id quod tũ fit, cum est causa simplex: neq; usqadeo incognita auditori, ut multis in ea explicanda uerbis sit opus. ¶Cicero acturus Quiritibus gratias, statim à re cœpit.) Ita orditur enim: Quod precatus ab Ioue optimo maximo, cæterisq; dijs immortalibus sum Quirites &c. ¶Et Ausonius protinus,

Ago tibi gratias impator Auguſte.) Exordium eſt orõnis, qua is gratias agit Gratiano imperatori pro demandato ſibi cõſulatu. ¶ Quarũ quæ ad docendã pertinent.) Quatuor, inquit, in hoc genere orõnis ſunt partes, è quibus duæ ad rẽ docendã pertinent, narratio & confirmatio: quarum priorẽ illã nos expoſitionẽ, alterã argumentationẽ uocamus. Reliquæ duæ in hoc adhibentur, ut cõmoueatur auditor, quæ ſunt principiũ & peroratio. De quibus multa Fab. Quintilianus lib. quarto & ſexto, & Cicero de oratore ad Quintum frẽm. ¶ Sanè ſi demus ſanctum & incorruptũ auditorẽ.) Sic Quintil. lib. duodecimo: Quòd ſi mihi des cõſilium iudicum ſapientum: perq̃ multa recidã ex orationibus, non Ciceronis mõ, ſed etiam eius qui eſt ſtrictior multo, Demoſthenis. Neq; enim affectus omnino mouendi erunt, nec aures delectatione mulcendæ: cum etiam procœmia ſuperuacuæ eſſe apud tales, Ariſtoteles exiſtimet. Non enim trahentur ijs illi ſapientes. Proprie & ſignificanter rẽ indicare, probatiõe colligere, ſatis ẽ. ¶ Lenius enim & modeſtius in principio proferunt ſe.) Ita Fabius libro quarto: Nec enim ſum in hac (inquit) opinione, qua quidam, ut eo diſtare procœnium ab epilogo credã, quòd in hoc præterita, in illo futura dicãtur. ſed quòd in ingreſſu parcius & modeſtius prætẽtãda eſt iudicis miſericordia: in epilogo uero liceat totos effundere affectus, et fictã orõnem inducere perſonis, & defunctos excitare, & pignora eorũ producere, quæ minus exordijs ſunt uſitata. ¶ Demetrius itaq;

Quo diſtẽt exordium & epilogus

apud Liuiũ. Historia est apud T. Liuiũ belli Macedonici lib. 10. ¶ Sic Quintilianus in pariete palmato.) Ex ijs quæ sæpe iã diximus, liquet hunc titulũ esse declamationis, quæ paries palmatus inscribitur. ¶ Inueniendi rõne, ut prius diximus.) Libri huius capite quarto. ¶ Qualia fuisse in Pericle memorant autores.) Multa sunt quæ de Periclis eloquentia passim apud autores occurrunt, qui (ut autor est Cicero, & nos ante attigimus) fulgere, tonare, ac permiscere Græciã dictus est. Optare is solebat, ne quod unquam sibi excideret uerbum, quo offenderet populum. Adeò ei cordi erat, ut & diceret ea quæ ex republica esse arbitraretur, & tamen non offenderet eos, citra quorũ assensum nihil effici posset. Fuit eodem tẽpore, quo Pericles, Athenis hõ quidã nõ ignobilis Thucydides Milesius. Is aliquando interrogatus ab Archidamo rege Lacedæmoniorum, uter alteri palæstra, ipse Pericli, an Pericles ipsi præstaret: equidem præsto inquit, ac hominẽ sterno: sed posteaquam surrexit, facile persuadet astantibus, non se, sed me uictum fuisse: efficitq; dicendo, ut ipsius potius uerbis, quàm suis illi oculis credant. Pericles.

DE LOCORVM VSV, DE QVE PARanda ex locis copia. Vbi eam tamen principio quæstionem obiter pertractat, num quid interſit inter locos dialecticos & rhetoricos.

¶ Nullũ inter locos dialecticos & rhetoricos esse discrimen, & solius proprie dialectici munus esse, ut tractet de locis. Cap. XVIII.

Nũ quid inter rhetoricos ac dialecticos, locos inter sit.

NVlla ferè quæstio iustius animo lectoris occurrere toto potuisset opere, q̃ cum omnib⁹ prope locis oratorum poetarumq; exemplis simus usi, quam nã credamus esse inter dialecticos rhetoricosq; locos differentiam. De qua nunc potissimum dicturi uidemur, cũ tractatũ locorum, hoc est, quõ sint ad inuentionẽ loci accõmodandi, sumus traditurí. Nã de inuentione, quã nos his libris aperire conamur, quanq̃ dialectico tribuimus plura q̃ dialecticorũ quisq̃, rhetores p̃cepe-runt: & locos magna ex parte eosdẽ, quos priore lib. descripsi, Cicero & Quintilianus, itemq; alĩ q rhetorica cõplexi sunt, inseruerunt libris suis: & p̃ter hos & alios quosdã, quos attributa personarum & rerum uocant, uelut proprios rhetoris fecerunt locos. Et Boethius sic esse putauit, sic tradidit, cum in quarto li. Topicorum hanc ipsam tractaret quæstionem. Si uiderimus aũt, qd̃ sit proprium dialectici, quod rhetoris officium, quæ sit utriusque præscripta professio, non erit difficile uidere, utrius horum sit differere de locis: aut si sit utriusque, quo pacto tractandos

eos, hic sibi uel ille uendicabit. Et de dialectice quidem, quod credamus eē munus illius, satis multis supius executi sumus. Oratorem uel rhetora (eadē est enim nominis utriusq uis) quidam uoluerunt esse, qui de qualibet re posset aptè ornateq dicere. Quod si statuissent sic, ut cōmoditas ipsa cultusq orationis, solius rhetoris esset labor: ea uero de qbus differeret, suis quæq artibus relinquerent, esset aliqd fortasse quod dr. Sed illis parum uisum est, splendidè ornateq dicendi laudem p se amplissimā oratori tribuere: nisi reliq rum omnium artium cumulū prope immensum, iuri illius ditioniq subdidissent. Neq consummatū eū dignum ue tanto putauerunt nomine, nisi idem de omnib. rectissimè sentiret, optimè diceret. Quod si deē, fingamusq tā felicis ingenij mortale aliquod esse pectus, ut artes, qbus nec singulis plene perdiscendis ullius hominis sufficit ætas, eas omneis unius studiū possit assequi, memoria complecti: fatendum tñ erit, si tū de oratoris officio quæratur, non quæsitum iri de eo tanquam de discretæ alicuius certæq artis, sed tanq

Quodnā officium oratoris seu rhetoris ex sententia aliorum.

de hominis officio, q̃ cunctas artes teneat
Sentẽtia Rodolp. animo cõprehensas. Sed cum non donemus rhetoris noĩe eum, qui relĩquas artes omnes perdidicerit: neq; quicq̃ illi negocĩ cum rhetorice putemus esse, nisi uiam rationemq; bene dicendi calleat: cõtra uero qui sit hac instructus, & solam ciuilĩ quæstionũ peritiam teneat, minimã utiq; artium humanarũ partem: cum hic laudi rhetoris sibi nomen audeat ascisĩcere, ísq; ípse solus sit, quẽ rhetorũ omniũ libri doceant & absoluant, multo uidebuntur arctius rhetorices contrahi fines. Aristoteles ergo ciuilis scientiæ partem rhetoricẽ uocat. Hermogenes etiã de ciuilibus solũ quæstionibus dicere, rhetoris censet esse. Cicero & Quintilianus, q̃uis aliud disputarint, non aliud tñ docent. Equidem non negauerim eum, qui sit de ciuilibus quæstionibus, hoc est, de oĩbus quæ in repu. quærentur, prudenter ornateq; dicturus: & qui de pacis belliq; rebus, & de legibus, omniq; iuris diuini, humani publici priuatiq; rõne, disserere possit, multis magnisq; instructum artibus esse oportere. Sed quotusquisq; fuit talis? Quanquã em

Cicero, ꝓterꝙ illum alter tertiúsue posſint hoc in genere numerari: reliqui dicere ſolũ ſui negocij putabãt. Res, ſi quæ re cõditiores eſſet, ab his mutari, q profiterẽtur, malebant. Et ſicut Cicero ait Gallum dicere ſolitum, ſi qñ quæſtio incidiſſet, in qua non de iure, ſed de facto quæreretur: nihil hoc ad ius, inquit, ſed ad Ciceronẽ: ita illi, ſi quando quæſtio proferebatur, in qua de iure eſſet, non de facto cõtentio: illi tanꝙ nihil id ad Ciceronem, ad Gallũ reiiciebant. Vocem tantum uerbaꝙ commodabat orator, res à iuriſconſulto petebant. Itaꝙ apud Græcos erant, quos πραγματικοὺς uocabãt: & Romæ iuriſcõſultꝰ aderat, qui dicenti res (ut Quintilianus inquit) uelut telam texenti miniſtrabat.

Solam dicendi rationẽ pertinere ad rhetorẽ.

Aut igitur non erant rhetores iſti, aut ſi fuerunt, cum præſtarent id quod ſolum in rhetorum didicerant ſcholis, cumꝙ & ipſi ſe rhetoras eſſe uellent, & populus putaret, uidetur ſola dicendi ratio ad rhetora pertinere. Et ſane qui non habet eã, quantumuis ſit aliarum artium cumulũ conſecutus, non habebitur utique rhetor. Cum ueniat ergo ab ea ſola rheto-

risnomen, sola uidetur, quam proprium sit p̄stare rhetoris. Cui quidē rhetorices etiam uocabulum consentit, quod à dicēdi munere tributū esse, Græci noīs indicat origo. Quòd si oīa uelimus intra rhetorices ambitū claudere, quæcunq; sunt in foro dicturo necessaria: & grammaticā, & iuris uel peritiam uel non insciti am saltem, exempla monumēta q; uetustatis, & reliqua id genus rhetorices putabim partes: quas multum & inter se & à rhetorice distantes, artium discretæ professiones, & rerum ipsa natura demonstrat. Nec me latet, eum qui diceret in foro, sp uocatum esse rhetora: nec uel Homerum uel Thucydidē, uel Platonem, quanq̄ fuerint isti, quisque in suo genere, facundissimi, quisquā hoc nomine uocauit. Sed, ut modo diximus, rhetor ad hunc populārem morem loquendi, hominis multarum artium periti, non artis unius est nomen. Qui uolet autē suis finibus cunctas artes includere, cum uideat omnes, quæ uel cognitionis sunt uel actionis, intra p̄scriptum suarum p̄ceptionum cōprehensas esse, haud difficulter p̄spiciet, eas quæ

pertinent ad dicendi rõnẽ (quas λογικὰς Græci, nos rõnales uocamus) & materiæ quã docent, & p̃ceptionũ genere, ab alijs eẽ discretas. Cum sint aũt (ut alio loco diximus) tria, quibus perfecta constet oratio, quæ sunt emendatio sermonis, p̃babilitas dictiõis, & elocutionis ornatus: quorũ primũ grãmatice doceat, secũdũ dialectice, tertiũ cui tribuã nisi rhetoricæ, prsus nõ inuenio. Nam si dialectices est munus inuenire, quæ de re qualibet probabiliter dicuntur, (quẽadmodum Aristoteles magnifĩcq; post eum senserunt autores) inuentaq; dñudicare: si recte p̃beq; doceat id dialectice, nihil erit utiq; necesse, nouam ullam de inuentione rhetori inferre mentionem. Sed perspicuitas solum, compositio, cultusq; orationis, suus futura sunt labor. ¶Nec quisquam propterea nudum me putet rhetora & inopem destituere: quisquis uidebit, quantum negocij habeat eloquendi ratio, quantum iudicij: cum & sua poetis, sua historiæ danda sit: suam philosophia, suam ciuilis oratio postulet: & uniuscuiusq; gñis uariæ sint adhuc multiplicesq; differẽtiæ. Maximũq; discrimẽ

Cauilli exclusio.

est apud poetas, quomodo heroici carminis expleat sonus, quō lene illud molleq; elegorum sculpatur, qua dictiōe tragœdia, qua comœdia, qua lyricorū libertas constet. Sic & in reliquis generibus longa est diuersitas. Quæ cuncta q̄ magnum habeant negocium, uel hinc facile liquet, q̄ cum in reliquis quæ pertinēt ad dicendū, permulti, qui uel morosissimis satisfacerent desiderijs, reperti sint: sola eloquēdi ratio semper fuit, in qua paucissimi potuerunt, consentiente omnium iudicio laudem mereri. ¶ Si sola igitur elocutio p̄pria rhetorices est, quid ita tam multa de inuentione tradiderunt, quicunq; scripsere rhetorica? Dicam quod sentio. Primū omnium puto, eis qui rhetorica tractauerunt, nec inuentionem, nec elocutionem, tanquam proprium munus, explicādam fuisse: quoniam qui rhetores uocati sunt, ñ fuerunt, qui ciuiles tractauerunt quæstiones, circa quas omnis labor eorū curaq; uersata est, cum utantur autem omnes artes elocutione & inuentione, non poterit utiq; proprium illorum esse, quod est oīm̄ um cōmune. Sed quia reliquas artes, quæ

Qui factum sit, ut tā multa de locis rhetores præceperint, cū ad eos horū explicatio non pertineret.

ad eruditionē pertinent, animi causa qsq; discebat: nec quisq; ob id, nisi naturæ ingenijq; ui extimulante, tractabat eas: ideo quisquis nō optime sperabat de ingenio suo, ne attingebat quidē. Sic quæ inueniēda in eis essent, quō eloquendū, quisq; aīo suo deliberabat: in locumq; artis exactissimæ, succedebat optima natura. Proxima erat artis loco, imitatio eius, qui aliqua cū laude rem eandem tractasset. Ciuilis uero ratio, quoniam cœpit in Græcia in quæstu esse, subnixiq; ciuium clientumq; gratia incedebant, ut quisq; pollebat plurimū in ciuitate dicendo: incessit passim cupido cunctis, nec quisq; quid posset iā, sed quantū cuperet, spectabat: uolebantq; bñ dicere oēs, & cito uolebant: quare ab arte fuit eis pfidium petendū, quibus natura segnior erat. Cœperunt igitur disci doceriq; ista. Vsu enim atq; honore, qbus maxime aluntur artes, eisdē natas etiā primū esse certum est. Cum ueniant aūt tales plerunq; quæstiones in forum, de quibus nihil perpetuum præcipi possit, sed cōtentione dicendiq; ui trahantur in quamuis partem: fuit idcirco tradenda communis

quædam inueniendi ratio, cõueniens oi-
bus quæstionibus, quæ quidẽ rectissime
péteretur à dialectico, si tradita iá tũ fuis-
set. Sed multo post secutus ẽ Aristoteles,
qui primus eam in artis formam cogere
adorsus est. Sic etiã quia splendor & cul-
tus oratiõis maxime dominabatur in ani
mis liberoꝝ populorum, apud quos sus-
tulit se primũ plurimumq; sp ualuit elo-
quentia: hanc quoq; partem adiecerunt,
tandemq; longa tẽporis possessione, uelut
usucapione, uerterunt in rem sua ista, cũ
non eẽt eorum alius assertor. Cum sit em
aliarum artium p̃cipueq; poetarum, sua
quædam & discreta à forensi dictione elo
quentia: quam neq; Aristoteles, neq; uete
rum quisquam qui rhetorica scripsit atti
git: cumq; habeat omnis eloquentia cõe
quiddam tanq̃ genus, quod ad unius ar-
tis tractatũ pertineat: perspicuum ẽ, eos
eloquentiam nõ uelut suum propriumq;
negociũ, sed quatenus usui rebusq; suis cõ
duceret, executos esse. Quod si sit ergo elo
quendi ratio (siue rhetoricen eã seu quo-
cũq; uelimus alio noĩe uocare) & dialecti-
ce, cui inuentionem iudiciũq; tribuimus,

Nullũ esse discrimẽ inter locos dialecticos

inter se altera ab altera, & utraq; à ciuilitū quæstionū ratione discreta, sicut & à reliquis discernuntur artibus, quæ sibi utendas eas accipiunt: paratum est uidere, nō esse ullam dialecticorum rhetoricorūq; lo corum differentiā. Nam elocutio quidem nullos habet locos: rhetor aūt forensis ille à dialectico mutuet eos oportet. ¶Ea uero quæ personarum & rerū attributa dixerūt, ad quos locos ex his quos descripsimus redigantur, planū erit, qui singulos uolet scrutari. Conueniunt aūt solis cōiecturalibus causis. Qui quæret em̄, an possit ciuitate *Roma donari is, cui² populus fundus factus non fuisset. i. cuius populus Romanis legibus nō uteretur: qđ in Cornelij causa quæsitū est: & an uis sit, metu armorū deterrere à possessione quenq̄, qđ in Cæcinnæ iudicio fuit: qđ habebit hic, quod ex attributis illis psonarū aut rerū dicat? Nihil profecto, quo pacto hæc attributa à rhetoribus describunt. In his ergo si uolet inuenire ex locis aliquid, & nō paratis argumentationibus uti, quas artiū scriptores tradunt, necesse est redeat ad dialecticū. Sic loci & oīs inueniendi doctri

cos & rhetoricos.

Respōsio ad id, quod initio huius quæstionis allatū fuit de attributis personarū & rerum.

**Romana*

na,dialectices opus:eloquendi,rhetorices erit. ¶Ciuilium quæstionum pars in legibus iureq; ciuitatis posita, quæ iurisc̃onsultorum libris continetur:& ne eam quidē qui rhetores uocabātur,attingebant.Pars in cōmuni sensu & usu uitæ cōsistit, quæ apertior est,q̃ ut artibus sit tradenda:aut si quid discendum est eis, à philosophis petitur.Inuētiōem ergo,eamq; nec integram nec absolutam, elocutionemq; quatenus instituto suo cōducebat,complexi sunt,futuras tamen aliarum artium particulas, si quis totas eas uoluisset explicare. Hæcq; pro artibus suis habita sunt, quando sola hæc habuerunt, quæ possent artium speçie docere.Laudandi tñ, agendæq; in om̃e æuū gratiæ uiris illis,qppe*qui nisi dedissent*illi initium,& forent hæc ab eis in artium formam collecta, nemo forte alius colligere tentasset.

*Altera harum dictionū uidetur redundare

¶Scholia in caput decimum octauum.

NVlla fere quæstio.) *Demiror ego quonam errore illud contigerit, ut in scripto etiam exemplari quo usi sumus, ab hoc loco factum sit initiū libri tertij: cum* Rodolphus *ipse, & quidem multis in locis,nō tertio,sed secundo libro, de locorum usu se egisse testetur.Vtq; ex multis afferamus unum aut*

alterum: circa finem primi libri. Fiuntq; isti, inquit, in summa loci uiginti quatuor, quibus in rem omnẽ, quacunq; erutum inuentumq; ratione, ducitur argumentum: idq; qua uia, quoq; modo faciendum, proximo dicetur libro. Et libri huius capite secũdo: Statutum est igitur nobis, inquit, hoc libro usum tradere locorum. Hoc libro, inquit. i. secundo, non tertio. Rursus capite uigesimo, loquens de libro primo, nõ primum, sed priorem illum appellat, quod ipsum & in hoc etiam capite facit: quæ ratio loquendi fuisset uel ineptißima, si quæ ijs locis traduntur, pertinerent ad librum tertium. Quamobrem illud nobis certum indubitatumq; sit, hoc illius initium esse non posse.

Summa cap. 18.

Quæ de re dicemus & in sequentibus. Interim, ut ueniamus ad id quod nunc agitur, quæcunq; hoc capite docet Rodolphus, eorũ omniũ hæc est summa: Nomen rhetorices bifariam capitur. Primum, pro omni ac sola facultate ea, qua instructi esse debent ij, qui in foro causas ciuiles agunt. Atq; hoc intellectu accepta rhetorice, quãquam utitur illa quidem elocutiõe & inuentione argumentorum, nõ ad eã tamen proprie pertinet explicatio rerum istarum, nõ magis, q̃ ad poeticen, ad historiã, ad naturalem aut moralem philosophiã: quæ & ipsæ elocutione pariter atq; inuentione utuntur. Et ad hunc tamen sensum usi sunt ferè noĩe rhetorices ij, quorum de dicẽdi arte extãt præcepta. Capitur deinde idẽ nomen pro arte ea, à qua dicimus petendã esse sermõis elegantiã. Quo intellectu dici solet, treis eẽ artes, quæ uersentur circa

Nomen rhetorices bifariã capi.

artificium orationis, grammaticen, dialecticen, & rhetoricen: & à grammaticis quidem sermonis pe-
tendam esse emendationem, probabilitatem à dialecti-
cis, à rhetoribus rationem cultè ornateq; dicendi,
hoc est, elocutionem, non modò illam forensem ac po-
pularem, sed in commune, qua oratores, poetæ, histo-
rici, philosophi: breuiter, quæ omnes ij qui scribunt
aut dicunt, in sua quisq; arena, pro materiæ quam
tractãt qualitate, utũtur. Vt enim in uniuersum, quo
modo, non de hac aut illa, sed de re quauis emendatè
loquamur docet grammatica: & argumentorum in
res omneis inueniendi dijudicandiq; rationem dialec-
tice explicat: ita par est, etiam unam aliquam esse
artem, quæ in uniuersum eloquendi rationem tradat.
Quo fit, uti nihil quicquam interfit inter locos dialec-
ticos & rhetoricos: pertineatq; omnis illa disputa-
tio de inuentione seu locis ad dialecticẽ solam, nõ eti-
am ad rhetoricam: siue ea intellectu illo priori, siue
hoc posteriore accipiatur. At enim si inuẽtio (inquis)
argumentorum, hoc est, argumẽtorum loci, itẽq; elo-
cutio, ad rhetorẽ priori illo captum intellectu non
pertinent, qui fit ergo, uti his de rebus illorum pleni
sint libri? cur eorum quæ ad se nihil pertinent, tradãt
præcepta? Paucis. Vt primum apud Græcos in quæstu
esse cœpit facultas dicendi, & in illustri haberi no-
men eorum, qui causas in foro agerent: statim (ut fit)
agminatim cõcursum huc est, uoluerunt q; bene dice
re omnes, & quidem citò uoluerunt. Sed enim non
erat omnibus datum hoc à natura, ut per se & suo

Locorũ explicationem ad solũ pertinere dialecticum, non ad rhetorẽ.

(quod aiũt) Marte inuenire ea possent, quibus & sua confirmarent, & aliena refellerent: eademq; illa sic eloqui, uti aures etiam audientium uoluptate aliqua demulcerent. Opus ergo erat adminiculo artis, opus erat præceptis inueniendi ac eloquendi, quæ quidem utraq; non ab illis magis explicari doceriq; debebãt, quàm à poetis, philosophis, alijsq; scriptoribus, qui & ipsi (quemadmodum diximus) hisce utuntur. Sed cum eo tempore nondum inuentæ essent artes illæ, à quibus erant petenda ista: hinc fuit, ut necessitas quædam eos impulerit, harum etiam rerũ præcepta tradere: non quidem in uniuersum, sed hactenus, quatenus suo instituto satis esse putabant. Quæ res fuit in causa, ut & posteri hanc docendi rationem secuti, omnes tradiderint præcepta rerum istarũ, non quòd hoc ad illorum propriè pertineret officiũ, sed quod eos, qui antè idem argumentum tractassent, imitari liberet. Alioqui, inueniendi quidem ratio in commune petenda erat à dialectico: elocutio autem ab rhetore eo, quem secũdo loco diximus, hoc nomine significari. ¶ Quos attributa personarum & rerum uocãt.) Personarũ attributa sunt, genus, natio, patria, sexus, ætas, educatio, habitus corporis, fortuna, conditio, natura animi, uictus, studia, affectiones, antecta, aut dicta, nomen. Attributa rerum, sunt causæ, locus, tempus, casus, facultas, instrumenta, agendi modus, quæq; alia eius generis sunt. ¶ Et Boethius sic esse putauit, sic tradidit, cum in quarto libro topicorũ hãc ipsam tractaret quæstionẽ.) Docet eo ĩ loco Bo

Attributa personarum.

Attributa rerum.

Trifariã ethi⁹, trifariã differre dialecticẽ à rhetorica, materiã, ut uult Boethius dialecticẽ à rhetorica distare.

uſu, & fine. Materia, q̃ rhetorice circa hypotheſes, dialectica circa theſes uerſetur. Vſu, q̃ dialecticus cõ ciſa oratiõe, & ſyllogiſmis integris: rhetor oratione perpetua & enthymematis, hoc ẽ, imperfectis ſyllogiſmis utatur. Fine, quòd rhetoris finis ſit, perſuadere iudici: dialectici, ab aduerſario ipſo, id quod uult, extorquere. Quæ illius ſentẽtia quatenus uera ſit, patere ex ijs põt, q̃ diximus huius libri cap. quinto, octauo & duodecimo. quanquã quod addit de uſu enthymematũ & ſyllogiſmorũ, id neutro eorũ intellectũ quos ſuperius expreßimus, ſatis uerũ uidetur. quando & rhetor ille forẽſis uel creberrimè integris utitur ſyllogiſmis: neq; quicquã obſtare uidetur, quin in diſputationibus etiam illis dialecticorum, enthymematum eſſe uſus aliquis poßit, quemadmodum dictum ẽ ſupra capite decimoquarto. ¶ Et de dialectice quidẽ quod credamus eſſe munus illius, ſatis multis ſuperius executi ſumus.) Fuit enim dictum cap. tertio libri huius, finem dialectici eſſe, probabiliter de re quauis

Orator. Rhetor.

diſſerere. ¶ Oratorem uel rhetora, eadẽ enim eſt nominis utriuſq; uis.) Vt negari non poteſt, eoſdem plane fuiſſe, quos Græci olim rhetoras, & quos Romani oratores uocârunt: ita hoc rurſus uideo conſuetudinem obtinuiſſe apud ſcriptores Latinos, ut oratoris nomine ſignificent eum, qui cauſas in foro agat: rhetoris, qui rhetorica doceat. ¶ Qui de qualibet re poſſet aptè ornateq; dicere.) Cicero primo de oratore:

Orator quis dicẽdus.

Quãobrẽ ſi quis uniuerſam & propriã oratoris uim

definire cõplectiq; uult, is orator erit, mea sententia, hoc tam graui dignus nomine: qui, quæcunq; res inciderit, quæ sit dictione explicanda, prudenter, & composite, & ornatè, & memoriter dicet, cũ quadã actionis etiam dignitate. ¶ Sed illis parũ uisum fuit, splẽdidè ornateq; dicendi laudem per se ampliſsimã oratori tribuere. Eloquentiæ laus.

) Neq; enim, ut inquit apud Ciceronem Crassus, præstabilius quicquã uidetur, quã posse dicendo tenere hominum cœtus, mẽtes allicere, uoluntates impellere quo uelit, unde aũt uelit deducere. Hæc una res, in omni libero populo, maximeq; in pacatis tranquilliſsq; ciuitatibus, præcipuè semper floruit, semperq; dominata est. Quid enim est aut tam admirabile, quàm ex infinita hominũ multitudine existere unũ qui id quod omnibus natura sit datum, uel solus uel cum paucis facere possit? aut tam iucũdum cognitu atq; auditu, quàm sapientibus sententijs, grauibusq; uerbis ornata oratio & perpolita? aut tam potens atq; magnificum, quàm populi motus, iudicum religiones, senatus grauitatem, unius oratione conuerti? Quid tam porrò regium, tam liberale, tam magnificum, quàm opẽ ferre supplicibus, excitare afflictos, dare salutẽ, liberare periculis, retinere hoĩes in ciuitate? Quid aũt tã necessariũ, quã tenere semper armaquibus uel tectus ipse eẽ possis, uel prouocare improbos, uel te ulciſci laceßitus? Age uero ne semper forum, subsellia, rostra, curiãq; meditere: quid esse põt in ocio, aut iucũdius, aut magis propriũ hũanitatis, quã sermo facetus, ac nulla in re rudis? &c. Et apud

eundem Ciceroremˊ Antonius: Nam ut usum(inquit) dicendi omittam,qui in omni pacata ac libera ciuitate dominatur:tãta oblectatio est in ipsa facultate dicendi,ut nihil hominum aut auribus aut mentibus iucundius percipi possit. Quis enim cantus moderata pronunciatione dulcior inueniri potest? Quod carmen artificiosa uerborum constructione aptius? Qui actor in imitanda,quàm orator in suscipienda ueritate iucundior? Quid autem subtilius,quàm crebræ ac curatæq; sententiæ? Quid autem admirabilius,quàm res splendore illustrata uerborum? Quidplenius,quã omni rerũ genere cumulata oratio? Neq; enim ulla non propria oratoris est res,quæ quidem ornatè dici grauiterq; debeat. Huius est in dando consilio de maximis rebus,cum dignitate explicita sententia. Eiusdem etiam languentis populi incitatio,effrenati moderatio. Eadem facultate,& fraus hominum ad perniciem,& integritas ad salutẽ uocatur. Quis cohortari ad uirtutem ardentius? quis à uitijs acrius reuocare? quis uituperare improbos asperius? quis laudare bonos ornatius? quis cupiditatẽ uehementius frangere accusando potest? quis mœrorem leuare mitius consolando? ¶ Nisi reliquarum artium cumulũ propè immensum iuri illius ditioniq; subdidissent) Hoc facit Quintilianus libro primo ac duodecimo. Et apud Ciceronem Crassus: Nostra est, inquit, omnis ista prudentiæ doctrinæq; professio, in quam homines quasi caducã atq; uacuã, abundãtes ocio, nobis occupatis, inuolauerũt. Atq; etiã aut derident oratorẽ, ut ille in

Quàm multa rhetori subiecerit Quintilianus, & Cice-

Gorgia Socratis cauillator: aut aliquid de oratoris arte, paucis præcipiũt libellis, eosq; rhetoricos inscribunt. Quasi non illa sint propria rhetorum, quæ ab ijsdem de iustitia, de officio, de ciuitatibus instituendis & regendis: de omni uiuẽdi, deniq; de naturæ etiam ratione dicuntur. Et rursus in eodem uolumine: Quare omnes istos me autore (inquit) deridete atque contemnite, qui se horum qui nunc appellantur rhetorum præceptis, omnem oratoris uim complexos eẽ arbitrantur: neq; adhuc quam personam teneant, aut quid profiteantur, intelligere potuerunt. Vero enim oratori, quæ sunt in hominum uita, quandoquidem in ea uersatur orator, atq; ea est ei subiecta materies, omnia quæsita, audita, lecta, disputata, tractata esse debent. Idem & in oratore ad Brutum, uniuersam philosophiã particulam quandã uult esse rhetorices. Et in primo rursus de oratore: Mea quidem, inquit, sententia, nemo poterit esse omni laude cumulatus orator, nisi erit omnium rerum, magnarumq; artium scientiam consecutus. ¶ Fingamusq; tam felicis ingenij mortale aliquod esse pectus.) De hoc Fabius libro duodecimo capite ultimo. ¶ Fatendum tamen erit, si tum de oratoris officio quæratur, nõ quæsitum iri de eo, tanquam de discretæ alicuius certæq; artis &c.) His planè consentanea sunt ea, quæ apud Ciceronem primo libro de oratore disserit M. Antonius. Quilocus cum mirè faciat ad intelligẽda ea, quæ hic habet Rodolphus, nõ pigebit totũ asscribere: Oratorẽ aũt, quoniã de eo quærimus, inquit, equidẽ nõ facio eundẽ

ro, primũ tertio de oratore, deinde & alijs locis.

Sentẽtia Antonij de oratore supe-

riori cõtraria, sed consona planè ijs quæ docet Rodolphus.

quem Crassus, qui mihi uisus est omnem rerum atque artium scientiam comprehendere uno oratoris officio ac nomine. Atq; eum puto esse, qui & uerbis ad audiendum iucundis, & sententijs ad probandum accõmodatis, uti posit in causis forensibus atq; cõmunibus. Hunc ego appello oratorem: eumq; prætereà eẽ instructum uoce & actione, & lepõre quodam uolo. Crassus uerò noster mihi uisus ẽ oratoris facultatẽ, non illius artis terminis, sed ingenij sui finibus immẽsis penè describere. Nam & ciuitatum regendarum oratori gubernacula sententia sua tradidit. In quo permirum mihi uisum est Scæuola, te hoc illi concedere, cum sæpissime tibi senatus, breuiter impoliteq; dicenti, maximis sit de rebus assensus. M. uerò Scaurus, quẽ nõ longe ruri apud sese eẽ audio, uir regẽdæ rei pub. scientissimus, si audierit hanc autoritatem grauitatis & consilij sui uindicari à te Crasse, quod eam oratoris propriã esse dicas: iam credo huc ueniat, & hanc loquacitatem nostram uultu ipso aspectuq; conterreat. Qui quanquã est in dicendo minimè contemnendus, prudentia tamen rerũ magnarum, magis q̃ dicendi arte nititur. Neque uerò si quis utrunq; potest, aut ille cõsilij publici autor ac senator bonus, ob eam ipsam causam orator ẽ: aut hic disertus aut eloquens, si est idem in procuratione ciuitatis egregius,

✠ aliqua sciẽtia dicendi copiam.

✠ illam scientiã dicendi copia est consecutus. Multũ inter se distant istæ facultates, longeq; sunt diuersæ atq; seiũctæ. Neq; eadẽ rõne ac uia, M. Cato, P. Aphricanus, Q. Metellus, C. Lælius, qui oẽs eloquẽtes fue-

runt, orationẽ suã & reipub. dignitatẽ exornabant. Neq; enim est interdictũ, aut à natura rerũ, aut à lege aliqua atq; more, ut singulis hominibus ne amplius, quã singulas artes nosse liceat. Quare non, etsi eloquentibus Athenis Pericles, idemq; in ea ciuitate plurimos annos princeps fuit, iccirco eiusdẽ hominis atq; artis eadẽ facultas existimanda est. Nec si P. Crassus idem fuit eloquens & iuris peritus, ob eã causam inest in facultate dicendi iuris ciuilis scientia. Nam si quisquam, ut in aliqua arte & facultate excellens, aliam quoq; artem sibi assumpserit, is perficiet, ut quod præterea sciet, id eius in quo excellet, pars quædam esse uideatur: licet ista ratione dicamus, pila benè & duodecim scrupis ludere, proprium esse iuris ciuilis, quoniam utrunque eorum P. Mutius optimè fecerit: eademq; ratione dicãtur & quos physicos Græci uocant, idem poetæ: quoniã Empedocles Physicus egregium poema fecerit. Ad hoc, ne philosophi quidẽ ipsi qui omnia sicut propria sua esse atq; à se possideri uolunt, dicere audent, geometriam aut musicam philosophi esse, quia Platonem omnes in illis artibus præstantissimum fuisse profiteantur. Ac si iam placet omnes artes oratori subiungere, tolerabilius est sic potius dicere: ut quoniam dicendi facultas non debet eẽ ieiuna atq; nuda, sed aperta atq; distincta multarum rerũ iucunda quadã uarietate: sit boni oratoris, multa auribus accepisse, multa uidisse, multa aĩo & cogitatione, multa etiã legẽdo percurrisse: neq; ea ut sua possedisse, sed ut aliena libasse. Fateor enĩ callidũ quẽ

Quarõne dicipossit, omnes artes oratori subiectas.

dam hunc & nulla in re tyronem ac rudem, nec peregrinum & hospitem in agendo esse debere. ¶ Sed cũ non doceamus rhetoris nomine eum.) Hoc solũ, inquit, pertinet ad officium rhetoricæ, à quo solo rhetor habet, uti rhetor dicatur: hæc autem est ratio eloquendi circa ciuiles causas: quãobrẽ solũ hoc rhetoris officium esse dicemus, appositè commodeq; dicere posse de causis ciuilibus. ¶ Aristoteles ergo ciuilis scientiæ partem rhetoricen uocat.) Hoc ipsum facit & in rhetoricis Cicero: Ciuilis quædam, inquiẽs, ratio est, quæ multis & magnis ex rebus constat. Eius quædam magna & ampla pars est, artificiosa eloquentia, quã rhetoricam uocant. Et quæ sequũtur. ¶ Hermogenes etiam de ciuilibus solũ quæstionibus dicere, rhetoris cẽset esse.) Id ipsum his uerbis præcipitur in rhetoricis ad Hærenniũ: Oratoris officium est, de his rebus posse dicere, quæ res ad usum ciuilẽ moribus ac legibus constitutæ sunt, cum assensione auditorũ, quo ad eius fieri poterit. Et sicut Cicero ait Gallum dicere solitum.) Hunc Ciceronis locum attigimus libro superiore, capite decimoseptimo. Itaque apud Græcos erant, quos πραγματικοὺς uocabant.) Crassus primo de oratore: Itaque, inquit, ut apud Græcos imfimi homines mercedula adducti, ministros se præbent in iudicijs oratoribus, ij qui apud illos pragmatici uocantur: sic in nostra ciuitate cõtrà, amplissimus atq; clarissimus quisq; uir, ut ille, qui propter hãc iuris ciuilis scientiã sic appellatus à summo poëta est: Egregiè cordatus homo Catus Aelius Sextus &c. Et re-

Pragmatici.

ſpondens Craſſo Antonius: Quòd ſi in geſtu, inquit, qui multum oratorem adiuuat & in uoce, quæ una maxime eloquentiam uel commẽdat uel ſuſtinet: elaborare nobis non licet: at tantum in utroque aſſequi poſſumus, quantum in hac acie quotidiani muneris ſpatium nobis datur: quanto minus eſt ad iuris ciuilis perdiſcendi occupationem deſcendendum? Quod & ſummatim percipi ſine doctore põt, & hãc habet ab illis rebus diſſimilitudinẽ: quòd uox & geſtus ſubito ſumi & aliunde arripi non poſſunt: iuris utilitas, ad quãq; cauſam, quãuis repente uel à peritis uel de libris depromi põt. Itaq; illi diſertiſſimi homines miniſtros habent in cauſis iuriſperitos, cũ ipſi ſint peritiſſimi: & qui, ut abs te paulo ante dictũ eſt, pragmatici uocantur. In quo noſtri omnino melius multo, quòd clariſſimorũ hoĩm autoritates, leges, & iura, tecta eſſe uoluerunt. Sed tamen nõ fugiſſet hoc Græcos homines, ſi ita neceſſe eẽ arbitrati eſſent, oratorem ipſum erudire iure ciuili, nõ ei pragmaticum adiutorẽ dare. Hucuſq; apud Ciceronem Antonius. Quod ad nomẽ attinet, πράγμα negociũ ac cauſam ſignificat. Inde πραγματικός, q̃ in negocijs cauſiſq; uerſatur, quẽ haud ſcio an nos dicere poſſimus cauſidicum & rabulã quendã forenſem. ¶ Qui dicenti res, ut Quintilianus inquit, uelut telã texẽti miniſtrabat.) Senſum Fabij magis refert, q̃ uerba, quæ apud eum autorem libro duodecimo ſic habent: Neq; ego ſum noſtri moris ignarus, oblitúsue eorũ, qui uelut ad arculas ſedent, & tela agentibus ſubmi

Rhetoricæ uocabulũ unde dicatur.

niſtrant. Neq; idem Græcos quoq; uerſcio factitaſſe, unde nomen iſjs pragmaticorum datum eſt. ¶ Cui quidem rhetorices etiam uocabulum conſentit.) Verbũ Græcum eſt ῥέω: quod etſi hodie id quod fluo ſignificat, tamen ueteribus etiam id fuiſſe quod dico, apparere uel hinc poteſt, quod inde ῥῆμα. i. uerbum deſcendit: & ab Heſiodo ἠκτοίτ' ἀξῆκτοίτε dicuntur, quos latinè dictos indictosq; laudatos & illaudatos, celebres & ignobiles dicere poſſumus. Hinc ergo deriuantur & hæc, ῥήτως, ῥητορικὴ, ῥητορεύω. Id quod ſecundo oratoriarum inſtitutionum libro teſtatur & Fabius. Et Cicero in Oratore ad Brutũ: Sed iam (inquit) illius perfecti oratoris & ſummæ eloquẽtiæ ſpecies exprimenda eſt: quem hoc uno excellere, id ẽ, oratiõe, cætera in eo latere, indicat nomẽ ipſum. Non enim inuentor, aut compoſitor, aut actor hæc cõplexus eſt omnia, ſed & græcè ab eloquendo rhetor, & latinè eloquens dictus eſt. ¶ Cũ ſint autem, ut alio loco diximus.) Libri huius capite ſecũdo. ¶ Cũ et ſua poëtis, ſua hiſtoriæ danda ſit.) Hanc eloquendi diuerſitatem attingit in libris de oratore & Cicero. ¶ Maximũq; diſcrimẽ ẽ apud poetas.) Cuius præter alios meminit in libello de arte poetica, Horatius. ¶ Sola eloquẽdi rõ ſemper fuit.) In hanc ſentẽtiã multa Cicero primo lib. de oratore ad Q. fratrẽ. ¶ Ciuilis uerò ratio, quoniam cœpit in Græcia in quæſtu eſſe.) Fabii libro tertio de origine rhetorices uerba hæc ſunt: Initium ergo dicendi dedit natura, incrementũ artis obſeruatio. Homines enim, ſicut in medi-

cina cum uiderēt alia salubria, alia insalubria, ex observatione eorum effecerunt artem: ita cum in dicendo, alia utilia, alia inutilia deprehenderent, notarunt ea ad imitandum uitandumq;, & quædam secundum rationem eorū adiecerunt ipsi quoq;. Hæc confirmata sunt usu, tum quæ sciebat quisq; docuit. ¶Sed multo post secutus est Aristoteles, qui primus eam in artis formam cogere adorsus est.) Gloriatur ipse Aristoteles in fine libri de elenchis sophisticis, cæteras quidem artes omneis paulatim cœpisse, & ab alijs quidē earum esse inuenta principia, ab alijs auctas esse, ab alijs tandem aliquando absolutas: quæ autem à se tradita sint de ratiōe syllogismorum, ea omnia à se uno & inuenta & perfecta absolutaq; esse. Quòd si autē dialectice post cæteras arteis inuenta, obiter apud Ciceronem docet his uerbis Crassus: Nam uetus quidē (inquit) illa doctrina eadem uidetur & rectè uiuendi & bene dicēdi magistra. Neq; disiuncti doctores, sed ijdem erant uiuendi præceptores atq; dicendi, ut ille apud Homerum Phœnix, qui se à Peleo patre, Achilli iuueni comitem esse datum dicit ad bellum, ut illū efficeret oratorem uerborum, actoremq; rerum. Sed ut homines labori assiduo & quotidiano assueti, cum tempestatis causa opere prohibētur, ad pilam se aut ad talos aut ad tesseras conferunt, aut etiam nouum sibi ipsi aliquem excogitant in ocio ludum: sic illi à negocijs publicis tanquā ab opere, aut tēporibus exclusi, aut uolūtate sua feriati, totos se, alij ad poetas, alij ad geometras, alij ad musicos cōtulerunt: alij etiā, ut

Dialectice post alias artes inuenta.

dialectici, nouũ sibi ipsi studiũ ludumq; pepererunt. Et quæ sequuntur. ¶ Tandemq; longi tẽporis possessione, uelut usucapione, uerterunt in rem suam ista.)

Vsucapio. Vsucapionem uocãt iurecõsulti, quã hodie ferè dicimus præscriptionem. A Modestino iurecõsulto finitur hoc mõ: Vsucapio est acquisitio uel adiectio dominij per continuationẽ possessionis temporis lege definiti. ff. de usucapionibus & usurpationibus. l. Vsucapio. ¶ Cũ non esset eorũ alius assertor.) Vindicator, qui ea sibi assereret, uindicaretq;, ac sua diceret. Est aũt & hoc uerbum iureconsultorũ, quos diligenter ab Rodolpho lectos apparet. ¶ Qui quærit enim, an

Qui populi dicatur fundus factus. possit ciuitate Romana donari is, cuius populus fundus factus nõ fuisset. i. cuius populus Romanis legibus non uteretur.) Ciceronis hanc in rem uerba, ut quidem hodie in exemplaribus leguntur, sic habent: Nascitur iudices causa Cornelij ex ea lege quam L. Gellius, Cn. Cornelius, ex senatus sentẽtia tulerunt, qua lege uideamus satis esse sancti, uti ciues Romani sint ij, quos Cn. Pompeius de consilij sententia sigillatim ciuitate donauerit. Donatum esse L. Cornelium præsens Pompeius dicit, indicãt publicæ tabulæ, accusator fatetur. Sed negat ex fœderato populo quẽquam potuisse, nisi is populus fundus factus esset, in hanc ciuitatem uenire. O præclarum interpretem iuris, autorem antiquitatis, correctorem atque emendatorem nostræ ciuitatis: qui hanc pœnam fœderibus asscribat, ut omniũ præmiorum beneficiorumq; nostrorũ expertes faciat fœderatos. Quid enim po

tuit dici imperitius, quàm fœderatos populos fieri fundos oportere? Nã id non magis est proprium fœderatorũ, q̃ oĩm liberorũ. Sed totum hoc iudices in ea fuit positum semper ratione atq; sententia, ut cũ iussisset prætor aliquid, si id acciuissent socij populi ac Latini, & si ea lex quã nos haberemus, eadem in populo aliquo tanquã in fundo resedisset, ut tum lege eadem is populus teneretur: nõ ut de nostro iure aliqd minueretur, sed ut illi populi aut iure eo quod à nobis esset constitutum, aut aliquo cõmodo aut beneficio uterentur. Tulit apud maiores nostros legẽ C. Furius de testamentis, tulit Q. Voconius de mulierum hæreditatibus, innumerabiles aliæ leges de ciuili iure sunt latæ: quas Latini uoluerunt, acciuerunt: ipsa deniq; Iulia, qua lege ciuitas est socijs & Latinis data: qui fundi populi facti nõ essent, ciuitatem non haberent, in quo magna contentio Heraclienſium & Neapolitanorum fuit, cum magna pars in ijs ciuitatibus, iuris sui libertatem ciuitati anteferret. Postremo hæc uis est istius et iuris & uerbi, ut fundi populi beneficio nostro, non suo iure fiant. Cum aliquid populus Romanus iußit, id si ẽ eiusmodi, ut quibusdam populis siue fœderatis siue liberis permittendum esse uideatur, ut statuãt ipsi, non de nostris, sed de suis rebus, quo iure uti uelint, tum utrum fundi facti sint, an non, quærẽdum esse uideatur. De nostro uero imperio, de nostris bellis, de uictoria, de salute, fundos populos fieri noluerunt. ¶ Et an uis sit metu armorum deterrere à possessione quenquam.)

Extat hodieq; pulcherrima hac de re Ciceronis oratio pro Aulo Cæcinna, quem cum Sex. Ebutius armis ad fundum suum accedere prohibuisset, negauit tamen Piso aduocatus Ebutij uim esse factam, propterea quòd nemo neque occisus neque uulneratus esset. Quam illius defendendi rationem multis argumentis refellit Cicero.

¶ Volenti copiam dicendi parare ex locis principio necessariam esse plenam locorum notitiam: eamq; in duobus præcipue positam esse. Primũ, ut explorate, quot loci sint, & quæ cuiusque proprietas, teneamus. Deinde, ut argumentatiões ab autoribus traditas, in suos quãque locos possimus resoluere. Cap. XIX.

Primum præceptũ de locorũ usu, nẽpe, ut cognitos habeamus locos

VT ergo dicamus id, quod præsentis est negocij: tractatumque locorum aperiamus, id est, doceamus, quo pacto sit omnis argumentorum facultas & copia è locis eruenda. primum hoc & præcipuum est, quod rerum ordo præcipiendum monet: ut quisquis inuenire uolet ex locis, diligenter & exacte locos habeat cognitos. Est autem locorum notitia fere in his duobus posita. Prius est, ut numerum naturamq; locorũ, quot sint, & quæ

Duo, necessaria ad locorũ cognitionẽ.

cuiusq; sit uis & proprietas, explorate pla
neq; teneat. Quod siue nostra descriptio-
ne, siue quouis alio cõsequatur autore, nõ
multum referet. Aut inueniet ẽ optimũ
ducem: aut pro optimo erit, quem poterit
expeditissime sequi. Nec uero memoria
tenuisse locos satis eẽ credidero: sed para
tos, exercitos, & uelut in conspectu & ad
manum positos teneat uelim. Sicut enim
non potest celeriter quis & inoffenso uer-
borum cursu, legere aliquid, cui de singu-
lis literis est in cõsilium eundum: sic neque
parate poterit inuenire ex locis, cui cum
inueniendum est, prius ipsi quærendi sunt
loci. ¶ Proximum in locorum notitia est,
quodq; difficilius est, traditas ab autori-
bus argumentationes suis locis reddere.
idq; non in hoc solum est utile, q; plurimũ
cõfert in intelligendis uirtutibus autorũ, *Quam utile sit traditas ab autoribus argumentationes suis locis reddere.*
& in discernenda uaria apud eos argumẽ
tandi ratiõe, ut quandoq; tanq; crebris dẽ-
sisq; ictibus, sic multis argumentatiõibus
celeriter coagmẽtatis, feriãt aduersarios:
qñq; argumentatione late copioseq; fusa,
multaq; impetũ, unius põdere exæquant:
iam cõfodiant acumine, iã uiribus proster-

nant, iam de re iudicent: iam ſicubi parū eſt in re fidutiæ, in aduerſarium conuerſa oratione, uelut flexu eludant. Paratur hinc iudicium, & om̃e ferè artificium perſpici tur, non inuentionis modo, quod & ipſm noſtri inſtituti eſt, & nobis proinde maxi mum: ſed magna ex parte elocutiõis, quæ ſic plerunq; rebus affixa eſt, ut uix poſſit inde diuelli: apud Demoſthenem præſer tim & Ciceronẽ, & ut quiſq; eſt iſtis dicẽ di iudicio proximus. quorum eſt ita rebus accommodata oratio, ut naſci uideatur ex illis. Ver nõ in id ſolum (ut diximus) uti le eſt cognoſcere locos argumẽtationum apud autores: ſed q; hoc uſu tractatuq; re rũ, cum ratio acceſſerit eis, copia quædã & theſaurus paratur, qui ſemper nobis in prõptu ſit, ut quoties ex locis quæremus ſimilibus in rebus, ſimiles nobis argumen tationes occurrant. Sicut em̃ in om̃i uita, ſic in hac quoq; inueniendi rõne, primum eſt, ſcire quid & quo pacto ſit faciendum. Facere uero quæ recta ſunt, & quatenus recta ſunt, imitatione facilime conſequi mur. Præceptis em̃ aures ferè imbuũtur: exempla docent oculos. Quanq̃ ſint autẽ

plura, quæ audiendo possumus, q̃ uidẽdo discere, latiusq; auriũ pateat sensus: certio ra sunt tamen, quorũ ipsi nobis oculis tra dimus fidem. Vnde scite apud Comicum dictum ẽ, pluris est oculatus testis unus, q̃ auriti decem. Aures ẽm alijs, oculi sibi cre dunt. ¶ Non est autẽ facile, certã dare de- phendendorum locorum in argumẽtatio nibus legem, quòd præsertim persæpe, ni fiat assuetis admodum longo usu lectioneq; autorũ, difficile sit argumẽtationes expli care: & conclusionẽ ꝓpositionẽq; earum, ex oronis cumulo colligere. Tegũtur ẽm sæpe, & in ipa dicẽdi copia delitescũt, uel uarijs dicendi figuris occuluntur. Quãdo q̃ iunguntur, tanquam in unius propositi onis speciem, conclusio & propositio. Qñ- q̃ pro utriq; sola propositio ponitur. Et quod de Lysia legimus, cui summæ fuit ar tis loco, nõ uideri artem, id crebro est eti- am apud reliquos autores uidere, quo gra uius ex insidijs incautum aduersariũ pe- tant. Viam igitur quandam ad ista, & (ut df) manuductionem fortasse dare poteri mus, quo facilius in his locí cognoscantur. Vtilissimum fuerit igitur, incipiẽtem pri

De hac argumentorũ reddi- tione, non posse certã tradi le gẽ, posse tamen uiã atq; manu ductionẽ quandam dari.

mũ ab his initiũ facere, quæ sunt apertissima perspectu: & in quibus uel iam formatæ sunt argumentationes, uel facilime poterunt formari. Eas ubi accepit, uideat primum, quod sit argumentum probationis, id est, quod sit futurum medium, si cogatur in formam ratiocinationis argumentatio. Est autem id, quod sumptum in propositione, in conclusiõe non sumitur: Vt philosophus non recte dimittet uxorem, non ergo Cato recte dimittet uxorem: Medium argumentationis est philosophus. Deinde conferatur medium cũ eo, quod sumitur in cõclusione. & in propositione non est sumptum, id est autem Cato. Inde uideatur, significetúrne medio aliquid quod sit in extremo, cum quo confertur, aut extra. Vt philosophus significat aliqd, quod ẽ in Catone. Deinde, sit ne substantia eius, aut circa substantiam. Certum est, q̃ nomen philosophi significatur esse circa substantiam Catonis. Sic per reliquos eamus locos, donec ad eũ qui prius est noster, ueniamus. Non eñ philosophus subiectum est Catonis, nõ actus, ergo cum sit circa substantiam eius, adiacẽs

Quid medium argumentationis.

erit. ¶Nõ est aũt ignorandũ, mediũ, etiã nõ solũ cõparatũ extremo, quod in cõclusiõe colligitur, in loci alicuius nomẽ trãsire: sed etiã, si cõpareꝯ extremo, cui coniunctũ est in propositiõe. Cuilibet em̃ cõparatũ, alicuius loci sortieꝯ utiq; naturã. Vt si dicã: Cato nõ recte dimitteret probatũ seruum, ergo multo minus Cato dimitteret probatam uxorem: dimittere seruum probatum est medium, quod comparatũ Catoni, ad cõnexoꝝ ptinebit locũ, cuiꝰ generis sunt seruus & dñs: comparatum autem uxori, inter comparata erit, minꝰ em̃ in proposito seruus probatus, q̃ probata uxor. Quãquam sint autem propiora rei connexa, q̃ comparata, citius tamen dixerimus hãc à cõparatis ductã argumentationẽ esse, qm̃ uis & efficiendi euidẽtia est apertior ex hoc loco. Nomen itaq; etiam iustius inde capiet. Quanquam qui uolet exacte nominari locum argumentatiõis, facile uitabit errorem, si addat semper extremum id, ex cuius loco ductum uult esse medium. Vt si dicat: Tarquinius est peregrinus Romæ, ergo non debet Romæ expetere regnum: medium est, peregri-

Eandẽ argumentationem, diuerso respectu, ad diuersos posse reduci locos.

num esse Romæ. Quod si Tarquinio cõpa-
res, ad locũ eum referetur, q ex loco dr.
Qm̃ peregrinũ eẽ nõ ẽaliud, q̃aliá habere
patriam: patria aũt loci nomẽ est. Sin Ro
mæ conferatur, connexum erit, quoniam
peregrinum esse ei cui peregrinꝰ quis est,
connexum est. Sin ei, quod est expetere re
gnum, iungatur peregrinum esse, contin
gens erit. possunt enim iuncta esse utraq;,
& utrumuis esse sine altero. Ergo si quis
argumentum id, ductum uel ex loco, uel
ex connexis, uel contingentibus dicat; re-
cte quidem, sed non satis explicate dicet.
Quod si addat, ex loco Tarquinij, ex cõne
xis Romæ, ex contingentibus regni: iam
quoduis horum dixerit, nihil errabit. Li-
cebit igitur ex quouis horum uolet loco-
rum, dare nomen argumẽto. Promptius
tamen & expeditius quærenti, ex Tarqui-
nij noſe inuenietur. Itaq; potissimum hui-
us censebitur loci, quẽ comparatum Tar
quinio tenet. Cum sint enim loci (ut dixi
mus) notæ quædam & tanquam indices
inueniendarum rerum, ex quocunq; loco
commodissimè inuenitur quod q;, eius de
bet etiam potissimum generis existimari,

¶Nõ erit aũt iã supra spem difficultas, cũ in apertioribus & magis expositis argumentationibus fecerimus usum, ut tectiores paulatĩ deinde argumentationes, non modo reddamus locis suis, sed quod primus & difficilius est, in formam suam colligamus, & ostendamus, quæ propositio sit & quid conficiat. Opus est ergo in primis scire quæ sit quæstio, cui argumẽtationes adhibent, quæ quõ sit inuenienda, si forte nõ satis apta fuerit, q̃ simplicissimè potuimus, oñsum est à nobis, cũ de inuenienda quæstione loqueremur. Nec inuenienda solũ gñalis est quæstio, in qua omnia continentur ea, quæ dicũtur tota oratione: sed specialis etiam, quæ gñali continetur, ad quã præsens argumẽtatio adhibetur, quã quærimus explicare. Quam cum inuenerimus, tum quicquid id est, quod p̃ argumentatione propositum est, id si una propositio est, adhibendum quæstioni. Quod si probet ea quæstionem in hanc aut illam partem, pronũciatum quæstionis in eam partem, in quam inclinat probatio, cõclusio fiat enthymematis: & quod in probationem assumptum erit, propositio. Sin

Quõ tectiores argumẽtatioẽs in suas sint colligẽdæ formas, sui sq̃ locis reddendæ

Inuenta q̃stione latẽ tius probata, quæ facienda sint, præcepta 4.

Præceptũ secundum

plures erunt propositiones, tum adhibẽdæ erũt altera alteri: uidendũq; an altera probetur per alterã. Quod si fiat, ad summam quæstionis solũ erit una argumentatio, ordine tamen probandi plures. Qđ si non probet altera per alteram, sed unaquæq; per se probet id quod quæritur, plures erũt argumẽtationes. Qđ si nec altera alterã probet, nec quælibet quæstiõem per se, uel erunt plures unius argumentationis propositiones, uel plurium propositionum probationes. Quæ quidem qualia sint, optimum erit sumptis ab autoribus exẽplis ostendere. Pro tota argumentatione est apud Quintilianum in Milite Mariano propositio: Quid dicis? Tu si tribunus eẽs, hoc feciſſes? si miles eẽs, hoc tulisſes? Non erit difficile formare hãc argumẽtationẽ, qui uiderit, quid ea uelit efficere. Id autem est in summa quæstionis, tribunũ iure occisum esse à milite. Quod si cum hac propositione conferatur, non probatur id quidem continuo ex ea, sed hoc, quod ei proximum est, neq; hunc tribunum istud facere, neq; militem ferre debuisse. Vt sit hæc argumentatio: Tu si fuiſ

Tertium.

Quartum præceptũ bimẽbre.

Primi præcepti exẽplũ primũ ex Quintiliano.

ses tribunus, non feciſſes hoc: ergo nec iſte tribunus facere debuit. Sic etiam, ſi fuiſſes miles, non tuliſſes: ergo nec miles iſte debuit ferre. Iam apertū ē duas eſſe argumētationes, eas, quas dicimus in una compoſita propoſitiōe fuiſſe cōcluſas. ¶ Crebro quidem uſu uenit conciſa hæc argumentatio altercātibus, quod ex tragœdiarum ſcriptoribus facile liquet. Apud Senecam cū dixiſſet Megara: Spq̄ magno cōſtitit naſci deum: uolens Herculis affirmare diuinitatem, ſubñcit Lycus confutaturus illud: Quemcunq̄ miſerum uideris, hominem ſcias. Duabus argumētationibus eſt hic opus, ut perueniam⁹ eo, quod propoſitione colligitur. Quod quomō fiat, apertum erit, ſi reſpiciamus qd uelit probare Lycus. Vult ſanè confutare, quòd ſit Hercules deus. Ergo hæc erit intentio: Hercules non eſt deus. Propoſitione autem quā ipſe ſumit, ſolum uidetur colligi, hominē eſſe Herculem. Hanc itaq̄ argumentationem uelut confeſſam in medio relinquit, Hercules eſt homo, ergo non ē deus. Qđ ſit autē homo, probat, qm̄ quiſquis miſer eſt, homo eſt, Hercules eſt miſer, eſt igitur

Notatio.

Exemplū ſecūdum ex Seneca in Hercule furēte.

homo: prius argumentum ē diuersis deo ducitur, posterius ab adiacentibus Hercu lis. ¶ Simile est quod subiicit in proximo Megara: Quemcunq; fortem uideris, mi serum neges. Cōfutat minorem ppositio nē, quæ erat, Hercules est miser. Vt sit ar gumentatio. Nemo fortis est miser, Her cules est fortis, nō est ergo miser. ¶ Plures aūt ppositiones sunt, quarum altera ꝓbat altera. Vt apud Lucanum in quinto Phar saliæ: Orbis Iberi Horror, & Arctoi no stro sub nomine miles, Pōpeio certē fuge res duce. Probat id à pari: Fortis in armis Cæsareis Labienus erat, nunc trāsfuga ui lis, Cum duce prælato terras atq; æquora luſtrat. Posteri⁹ ergo propositio prioris est. Prius etiam propositio alterius argu mentationis, cuius ē ab autore colligenda conclusio, quā reperiemus rursus ea uia, quam prius ostendimus. Quæstio ē, an be ne sibi consulant milites, deserendo Cæsa rem. Capiamus propositionem, quæ est: milites q̄ sunt fortissimi & clarissimæ apū oīes famæ ductu Cæsaris, timidi atq; fu gaces erunt, si Pompeium sequātur. Hæc propositio si adhibeat quæstiōi, statim ui

Tertium ex eodem Seneca.

Secundi præcepti exemplū primū ex Lucano lib. quito.

debitur conficí,non ergo bene ſibi conſu-
lent,ſi deſerant Cæſarem. ¶Quando⁹ & in hoc genere probationes propoſitionũ pro propoſitionibus ponuntur,quemadmodum & propoſitiones pro concluſionibus. Quale eſt apud eundem autorem: Par labor atq⁹ metus precio maiore petuntur. Hæc argumentatio uidetur tota mihi eſſe ratiocinatio huiuſmodi: Quæcũ ⁹ minus laboris habent & plus præmij, magis ſunt expetenda, bellũ ciuile minus laboris habet q̃ Gallicũ & plus præmij,ciuile ergo bellum magis eſt expetendum. Pro maiori propoſitione poſita eſt probatio,quæ eſt: Vbi par labor eſt & præmium maius,id eſt expetendum:conſequitur, ergo ubi minor labor eſt & precium maius, id eſt expetẽdũ. Sic pro minore quæ erat, ciuile bellum habet minus laboris,q̃ bellum Gallicum & magis precium, quoniam Gallia quota pars terrarum, tenuerit eum bello decem annorum implicitum, ciuile autem bellum, ſi geſſerit pauca felici euentu prælia,cum Roma ſubiget ei orbẽ. ¶Cũ uero plures ſunt ꝓpoſitiões,q̃rũ alterã altera nõ ꝓbat,& utraq⁹ ꝓbat intẽ-

Notatio.

Secũdum & ipſum ex Lucano lib. I.

Præcepti tertij exẽ

tionem per se,certũ est plures eẽ argumẽ tationes. Cuiusmodi apud eundẽ autorẽ eodẽ loco: Socerꝫ depellere regno Decre tum ẽ genero. Partiri nõ potes orbẽ. Vel una propositio ẽ,uel qđ prius est, Socerũ depellere regno Decretũ est genero, con firmatio fit eius qđ sequtur,partiri non po tes orbẽ. Hoc aũt posterius, neqꝫ eá quæ sequitur probat: Solus habere potes. neqꝫ probatur ab ea. Ergo hoc ipsum, solus ha bere potes, altera propositio est. Vt sint ar gumentationes: Pompeius destinat depel lere te impio, ergo suscipiendũ tibi est bel lũ: & solus potes habere impiũ, ergo etiã gerẽdũ tibi ẽ bellũ. ¶ Sic & Quintilianus in apibus paupis: Decerpebãt (inqt) flo res meos. Hæc ẽ aduersarij contradictio: Hãc cõfutat. Subdit itaqꝫ: Ecqd intelligi tis iudices, quãto dolore dignũ sit, qđ ego pdidi, si etiam hoc dãnũ ẽ, flores auferrẽ Vtitur hac aduersarij confessione ad pro bandam intentionem suam. Si enim per dere flores est damnum, multo magis da mnum est apes perdere. Sequens propo sitio est hæc: Ita plane. Alioquin tu illos in uetustatem seruabas; & durarent ad-

Secundũ ex Quin tiliano.

huc, nisi ad hortum tuum apes ueniſſent. Priore propoſitione uelut alligato ad inconueniens aduerſario, probauit, uel nō eſſe damnum decerpi flores, uel maius eē quod ipſe ſit paſſus in apibus. Hic probat, ne decerpi quidem eos: cum nequeāt aliōquin durare, quanquam non accedant apes. Sed iſtud quia ſemper propemodum fit, ubicūq; huberior eſt aliqua ad dicendum materia, non fuit ideo monendū niſi q; plerunq; ſic duæ aut plures propoſitiōes, elocutiōis rōneiūgūt, ut uideāt in unā cōfundi argumētationē. Idcirco diſcētis iudiciū diligētiori nobis admonitione fuit excitādū. ¶ Qd poſtremū poſuimus, cū neutra alterā, & neutra p ſe cōcluſionē ꝓbet, ſi ſint unius argumētatiōis ꝓpoſitiones, duæ tm̄ poterunt eē. Nec em̄ plures capit rōcinatio ꝓpoſitiōes. In enumeratione uero quanq; poſſint eē plures duabus, oēs tm̄ cōiunctæ unius ꝓpoſitiōis obtinent locū. Plana rōcinatio uidet eſſe apud Lucanū: Añ aciē Aemathiā nullis acceſſim⁹ armis & quæ ſequunt: ſed turbato ꝓpoſitionū ordīe. Vt ſit minor ꝓpoſitio, nō ſum⁹ ſecuti lætas res Pōpeij, cū dicit: Añ aciem

Vnicum de priore membro quarti præcepti exemplum. Ex Lucani 8.

Aemathiam nullis acceſſimus armis. Deinde ſequatur cõcluſio, ergo poſſumus iuſte deeſſe aduerſis. Hæc eſt, Pompeĩ iam caſtra placent, quæ deſerit orbis? Tum poſtremo maior, quia quiſquis ſecutus non eſt læta, iuſte poteſt deeſſe aduerſis. Quod autem ponitur, Nunc victoris opes & cognita fata laceſſis? eſt uelut alia maior propoſitio. Plurium uero ꝓpoſitionũ ꝓbationes, crebrũ eſt uidere, præſertim cũ nonnunquã totæ cauſæ in duas ſint coniectæ propoſitiones, ad quas omnes referuntur probationes. Vt redeamus autem eõ unde cœpimus, optimũ fuerit ab apertiſſimis incipere, ut uſu aſſuetudineq; rerum quæ obſcuriora ſunt, fiãt paulatim apertiora. Rerum natura ſic ſe habet. Suis cuncta colligenda ſunt gradibus. Et quod feſtinanti nonnunquã præcipitiũ eſt, ad id ꝑ ſingula ſequẽti ueſtigia, magna quãdoq; facilitate, pari ſecuritate peruenitur.

¶Scholia in caput decimumnonum.

VElut flexu eludant.) Ductum a gladiatoribus. Eſt enim eludere, ictus intentatos arte quadã cuitare, uelutiq; ludẽdo à ſe auertere ac propellere. Martialis:

Eludere.

Callidus immiſſas eludere ſimius haſtas,

Si mihi cauda foret, cercopithecus eram.

Et Politianus in Lamia: Ibi, inquit, & funerepus periclitatur, et petauriſta iactatur, & ſaccularius præſtigiatur, & uenenarius inflatur, & diuinaculus halucinatur, & aretalogus nugatur, & circulator illudit, & gladiator eludit, et orator blãditur, & poëta mẽtitur. ¶Vnde et apud comicũ dictũ ẽ.) Plautũ uidelicet in Truculẽto. ¶Et quod de Lyſia legimus) Solebãt ueteres illi oratores miro ſtudio id agere, ut ſine arte dicere uiderentur, itaq; ſimplicitate quadã oratiõis, facilius id quod uellẽt rudi multitudini perſuaderent. Cui illorũ ſentẽtiæ hunc in modũ libro quarto ſubſcribit Fabius: Eſſugiẽda ergo, inquit, in hac præcipue parte, oĩs calliditatis ſuſpicio. (Neq; enĩ ſe uſquam cuſtodit magis iudex.) Nihil uideatur fictũ, nihil ſolicitũ: omnia potius à cauſa q̃ ab oratore profecta credãtur. Sed hoc pati nõ poſſumus, & perire artẽ putamus niſi appareat, cũ deſinat ars eſſe ſi apparet. Pẽdemus ex laude, atq; hanc laboris noſtri ducimus ſummã. Ita quæ circũſtantibus oſtẽtare uolumus, iudicibus prodimus. Hactenus Fabius. Atque hoc eſt quod ſolebat dicere Lyſias, ſummã artẽ eſſe, non uideri artem. Eſt autem hic Lyſias ille orator inſignis, unus ex numero illorũ decẽ, qui eodẽ tẽpore Athenis floruiſſe traduntur: quẽ cum Platone cõferens Phauorinus: Si ex Platonis, inquit, oratione uerbũ aliquod demas, mutẽſue, atq; id cõmodiſſime facias, de elegãtia tantũ detraxeris: ſi ex Lyſiæ, de ſententia. Autor Gellius libri ſecundi capite quinto.

Diſſimulatio artis apud ueteres.

Lyſias.

¶ Tarquinius est peregrinus Romæ.) Hic est Lucius Tarquinius Priscus, Romanorũ rex quintus, cui cũ initio, Tarquinijs adhuc agenti, Lucomoni nomẽ fuisset, postea Romã cum uxore aduectus, L. Tarquinij Prisci momen sumpsit. Reliqua lege apud Liuiũ lib. primo ab urbe cõdita. ¶ Cum de inuenienda quæstiõe loqueremur.) Huius libri capite 10. ¶ Quid dicis? Tu si tribunus esses.) Verba patroni sunt in ea declamatiõe, appellantis accusatorem. ¶ Apud Senecã.) In tragœdia cui nomen est Hercules furens. ¶ Cum dixisset Megara.) Apud Senecam non Megara, sed Amphitryo hæc cum Lyco disputat. Cuius rei superiore etiam libro mentionem feci. ¶ Simile est quod subijcit in proximo Megara.) Imò non Megara, sed Amphitryo. ¶ Orbis Iberi Horror & Arctoi.) Verba sunt Cæsaris ad milites quinto Pharsaliæ lib. ¶ Par labor atq; metus precio maiore petũtur.) Curionis uerba sunt, hortantis Cæsarem ad suscipiendum bellum ciuile, apud Lucanum libro primo. ¶ Socerum depellere regno Decretum est genero.) Eiusdem Curionis & quidem eodem loco sunt uerba: Pompeius, inquit, gener tuus decreuit te socerũ suum regno depellere, quo solus ipse regnet. Quod autem Rodolphus ex ijs quæ sequuntur, duas facit argumentationes, id mihi parum cõsiderate factum uidetur. Quis enim non uideat, longe efficacius fore ad persuadendum, si dicas hoc pacto: Cuicunque regnandi cupido negatum est regnum partiri, & tamen solus habere id põt, ei suscipiendum est bellum

Capi. 21.

illud, quo solus imperium consequatur: tibi ò C. Cæsar partiri regnum per Pompeium non licet, & tamen uicto illo solus regnare potes: est ergo tibi hoc bellum suscipiendum. ¶ Quintilianus in apibus pauperis.) Satis constat ex superioribus, titulũ esse declamationis, quæ apes pauperis inscribitur. ¶ Ante aciem Aemathiam nullis acceßimus armis.) Verba sunt Photini, suadentis Ptolemæo regi Aegyptiorũ, ne Pompeium à Cæsare uictum in regnum suum recipiat, sed in gratiam Cæsaris illum occidat.

¶ Locis cognitis, proxime necessariam esse plurium rerum descriptionem, hoc est, ut res de quibus forte aliquando dicturi sumus, per suos deducamus locos, & quid ex singulis locis de eis dici possit dispiciamus.

Cap. XX.

PRoximum est ei, qui diligenter cognitos habet locos, uoletq; ex eis inuenire, parare facultatem sibi cuiuslibet rei per locos deducendæ, quod uel idem est, uel simile illi, quod solebant qui docebãt rhetoricen, inter præexercitamenta ponere puerorum: quod græce ἔκφρασις, latine à plerisque descriptio uocatur. Sed rhetores angustius pleraq;, quàm pro omnium locorum latitudine describebant. Eloquendi uero rationem (quam præcipue spectabant illi) latius, quàm nobis sit

Secũdum de locorũ usu præceptum.

opus. Satis enim nobis erit, res singulorum locorum, singulis uerbis uelut capitibus quibusdã annotasse. Si quis tñ ea uolet oratione latius fundere: & uel nudam hãc describendi seq expositionẽ, uel cõuersa in laudẽ aut uituperationẽ dictione, argumentatione tractare descriptionẽ, poterit obiter & pulcherrimè artium oĩm elocutioni consulere, dũ parat inuentiõem. ¶ Necesse est aũt quisquis uolet rẽ aliquam describere, ut oẽm eius naturam, proprietatemq; exactè perspectam habeat. Quantumq; distabit à notitia rei, tñ à facultate aberit eius describendæ, & proinde, aptè cõmodeq; de ea differendi. Quẽadmodũ em̃ sæpe iam diximus, dialectice solã inueniendi docet rõnẽ, res ex penitioribus artiũ petendæ sunt penetralibus. Atq; ex eis inueniantur oportet, quæcũq; inueniuntur. Illæ materiã præbent inuentioni, dialectice uiã docet: misi illis in reb⁹, quæ in uulgari opinione notitiaq; oĩum positæ, notiores sunt, q̃ ut sint discẽdæ perceptione, & quæ usu quotidie teruntur in manibus. Qm̃ apertæ sunt em̃, sola prope ad differendũ de eis suffecerit dialectice:

materiam nobis is quem cõem uocamus sensum rez humanaz, suppeditabit. Qui nouerit aũt rem, quam describpturus est, oẽmq; eius uim naturæ puiderit, illi prõptum est expeditũq; reperire oẽs in ea locos: & uidere etiam, qui loci qbus rebus cõueniant aut nõ conueniant. Nec enim oẽs est in omni re inuenire. Et quidã rebus per se cõueniunt: alĩ cõueniunt quidẽ rebus, sed non nisi in pronunciato dispositis. Quæ cuiusmodi sint, subdito exẽplo descriptionis, facilè uidebitur. Fiet descriptio cõmodissimè, si sic instituat, ut ex eis quæ singulis è locis ducimus, & re describenda, pnunciata fiant: sic, ut subiectũ res sit quæ describitur: id qd ex loco ducit pdicatum. Nisi tũ ei loci erunt, in quibus cõmodius secus fiat, ut cum species rei sumim⁹. Ibi enim aptius res fiet pdicatum. Genus eñ natura de specie, nõ species de genere pdicatur. Et si qua alia erũt eius cõditiõis, quæ nõ erit difficile uidere. Quãq; in reliqs propemodũ nihil est, qd impediat, quo min⁹ oĩa quæ ducunt ex locis, possint pdicari de eo, à quo ducũtur. Nam & definitum de definitiõe pdicatur: ut, aĩal

Commodissima describendi ratio.

rationale est hō. Contra aptius fierí non abnuerim: uerum hoc tñ non fiet inepte. Quare in his, quanq̃ libeꝛ sit hoc uel illo pacto facere, malim tñ, quo minor sit errorí locus, p̃scriptum prioris legis seruarí, ut res de quæritur subiectum sit: quod ex loco inuentum fuerit, sit p̃dicatum: Vt si sumamus exempli gratia describendũ hoiem, primum dicimus ex definitionis loco, homo est animal rationale. Deinde, quia hominis genus est animal, dicimus, homo est animal. Pro speciebus hominis accipimus oĩa, in quæ diuisionis lege ea, quam priore libro diximus, homo potest diduci. Non q̃ possit hō quidem diuidi in ueras species: sed quia ad inueniendi uiam, p̃stant idem illa in quæ hō diuiditur illo pacto, quod præstant ueræ species, in quas diuiditur genus. In quibus cum habeat hō generis uicem, ut modo diximus, p̃dicetur de eis oportet. Dicimusq̃ hō doctus est hō, & hō indoctus est hō. Possumusq̃ hoc eodẽ mō p oẽs diuisionis ire differentias, ducta (quẽadmodum prædiximus) propemodum ex omnibus locis diuisione. Post hæc, propria hoís sunt, hō

Hominis definitio Genus. Species.

Propriũ.

capax est doctrinæ, hō est rōnalis, hō ē natus ridere. Ex totius loco nihil erit fortasse, qđ de hoīe dicatur: ipse nāq; p se hō totū est. Nisi uellemus forte dicere, hō totius mundi pars est. Partes aūt hoīs eo pacto, quo partiū diuersitatē priore libro fecim⁹, haud difficile erit inuenire. Cōiugata erūt, hūanus, hūanitas, humane, ut dicamus, hō est hūanus. hō p̄cipue debet expetere humanitatē, hō debet oīa facere humane. Nemo aūt credat hic erratum esse, si uerbis per se repugnātib⁹, ut fiat ex eis pronunciatū cū re de qua quærimus, alia addantur uerba, quo possint cōmodius in pronunciati formā cum re concludi. Cū em̄ per se dicatur inepte, hō est hūanitas: additis aliquibus uerbis, ut sit, hō p̄cipue debet expetere humanitatē, cōmode dicetur. Simili ratione descriptio p reliquos ducetur locos. Nihil enim attinet omniū ponere exempla, quando longum id esset, & facilius sit quàm ut indicandum sit. Adiacentia & actus maximam & immēsam propemodum copiam præbebunt inuentioni. Ex subiecti loco, nihil est qđ de homine dicatur, Cum sit enim ho-

Totum.

Partes.

Coniugata.

Adiacentia.

Actus.

Subiectū.

mo generis earũ rerum, quæ per se subsi-
stunt, in subiecto nequit esse. Sic & causæ,
Causæ. & euenta, & connexa, in his præcipue re-
Euenta. bus, quæ agendi patiendiue generis sunt,
Connexa primas persæpe sibi uendicant partes. Lo
cus & tempus, describendis singularibus
Locus. reb⁹: ut Ciceroni, ut Catoni, ut Romæ, ut
Tempus. Athenis, bello Punico, cladi Cannẽsi, mul
tam suppeditant plerũq; materiam. Ge-
neribus rerum, quoniam ea fere citra in-
tellectum temporis & loci aprehendun-
tur ab animis nostris, & efferũtur, minus
idcirco sunt eis hi loci accõmodati. Quin
que accidentium loci, simplici rei descri-
bendæ non facile queunt aptari: sed recti
us pronunciatis eis, quæ ex priorum lo-
corum descriptione ducta sunt, adiungen
Contingẽ tur. Vt si dicamus, homo loquitur: loqui
tia. actus quidã est hoĩs: cui cõtingens ẽ, quod
psitacus effingit uocem humanã. Psitacus
autem homini comparatus, non est cõtin
gens, sed specie diuersum. Effingere autẽ
humanam uocem, ad loqui gen⁹ est. Quic
quid enim loquitur, uocem humanam ef
fingit: sed non quicqd effingit uocem hu-
manam, loquitur utiq;. Quoniam animæ

lia quæ citra intellectū id agunt,nō loquū
tur. Sed hominē loqui, comparatum ei,
quod ē,pfitacum effingere humanam uo-
cem,contingēs est. Sic etiā,tussire hoīem,
ad id quod est hominem loqui, contin- *Nomen.*
gens uocamus, Similiter in loco qui no-
men uocatur.si dicas hō uocatur, nil uide
ris dicere, quod ad eū locū ptineat,nisi ad
das iam ei pronūciatū id, quod dici solet, *Pronunci-*
qm̄ factus sit ex humo:uel simile quiddā. *ata.*
Ex eo quoq; loco,qui pronūciatoꝝ dr̄,ni
hil itidem posse simpliciter dici, hinc pa-
tet,q; quisquis de re pronunciaturus ē,ne
cesse est pronunciato id faciat, quod quia
constare oportebit ex re & eo quod de re
dr̄, necessario ex aliorū locoꝝ aliquo du- *Cōpara-*
cetur.Comparationes itidem & similitu- *ta.*
dines rerum,non fiunt per se rerū ad res, *Similia.*
sed sp accipit aliquid in re, per quod fiat
eius ad aliam rem cōparatio. Homo per
se nulli comparatur, nisi capiamus in eo
uel magnitudinē corporis, uel uires, uel
celeritatē,uel quæcunq; alia talia capi pos
sunt,in quo reliquis uel animalibꝰ uel ho *Oppositā*
minibus comparetur.Oppositā & diuer- *Differen-*
sa,quia solum negatione pronunciantur, *tia.*

nihil est quod per se describēdæ rei conferant, nisi alijs locis adhibeātur, ut uel in comparationes uel similitudines transferantur, uel aliorum locorum usum. Vt quemadmodum dicimus, homini est studium honestatis, cura discendi: adiacentia sunt hæc: Sic dicimus etiam à contrarijs, homini ē odium uitiorum, euitatio ignorantiæ. Et ex diuersis hominis, brutis nullus est uitiorum uirtutumq; delectus, nullus respectus scientiæ aut ignorātiæ. Illud etiā admonuisse uolumus, utilissimē singulares res, & ut quæq; notissima est, ab his describi, q primā huic curæ afferunt manū. Huberius em̄, quia singularia sunt omnes inter se locos continent. Et qa nota sunt, faciliorem præbent inueniendi uiam. Quia constat hæc facultas usu præcipue & crebra experiendi consuetudine. Alendus enim spe est animus, quisqs maius aliquid conatur: nec sumus inter principia maxime operis, difficultate deterrē di. Nonnūquam enim maiora propemodum uiribus nostris, uel per hoc solum præstamus, quia speramus cōmode præstare nos posse.

Scholia in Caput XX.

QVod græce ἔκφρασις.) .i. pura merá; narratio seu explicatio. Hesychius λόγον φαντῶ .i. euidentem sermonem orationémue interpretatur. ¶Quemadmodum enim sæpe diximus.) Præsertim libri huius capite secundo. ¶Is quem communem uocamus sensum.) Commune & innatum fermè omnib⁹ de rebus iudicium. Ne quis parum cautus, de eo sensu communi existimet loqui Rodolphum, quem physici isti nostri enumerant inter sensus illos, quos uocãt interiores. ¶Quã priore libro diximus.) Libri primi capite septimo. Quæso autem te lector, ficcine Rodolphum locuturum fuisse credis, si hæc ad tertium spectarent librum? ¶Non quòd homo posſit diuidi in ueras species.) Non ita, inquit, accipienda hæc sunt, quasi ego existimẽ hominem in ueras species diuidi posse. Est enim species infima, quæ alias sub se species non habet. Sed idcirco specierũ memini, quòd ea in quæ homo diuidi potest, quod ad inueniendi attinet rationem, nihil à speciebus differunt. Qua de re lege superioris libri caput sextũ. ¶Cum sit enim homo generis earum rerum quæ per se subsistunt.) Hoc est, cum sit homo substantia, seu in genere substãtiarum. ¶Bello Punico.) Tria bella Punica gesse re Romani: quorum primo, uictis nauali prælio Carthaginiensibus, finem fecit consul Luctatius: alteri, Publius Aphricanus maior, uicto Annibale: tertio, Aphricanus minor, Carthagine ipsa euersa. ¶Cladi Cannensi.) Quam accepêre Romani apud

ἔκφρασις.

Sensus cõmunis.

Bella punica tria

Clades Cãnensis.

Cannas, ubi (ut Liuij dicam uerbis) quadraginta millia peditum, duo millia septingenti equites, & tanta propè ciuium sociorumq; pars, cæsi dicuntur. ¶ Generibus rerum.) Genera uocat, quæcunq; singularia ac indiuidua non sunt. ¶ Quinq; accidentium loci.) Hi loci sunt, contingẽtia, nomen rei, pronunciata, cõparatio, similitudo. ¶ Sed specie diuersum.) Diuersum nũc dicit, quod superiori libro differẽs. ¶ Quoniam sit ex humo.) Ab humo dici hominem, autor est M. Varro. Sunt qui diuersum sentiant, uerũ nihil ad hunc locum. Illud per se quiuis animaduertat, ea quæ hoc capite docet Rodolphus, eadem ferè esse cũ ijs, quæ Erasmus trądit 2. libro Copiæ de colligendis exẽplis: quæq; sunt apud Rodolphum ipsum in epistola quadã de formando studio ad Iacobum Barbirianũ.

¶ Tertio ad locorum usum necessarium hoc est, ut postquam res singulas iuxta rationem præcedẽtem per suos locos duxerimus, tum earum rerum, de quibus dicturi sumus, locos inuicem comparemus, & proinde ut hi aut consenserint inter se aut dissenserint, ita res quoq; aut conuenire aut discrepare dicamus. Caput XXI.

De usu locorũ præceptum tertium.

Si uero qui parauit hanc describẽdæ cuiusq; rei facultatẽ, hoc est, ut possit uidere, quid de re quaq; ex omnibus locis dici possit, utile erit de ꝓpositis duabꝰ rebus, quarũ altera dicatur de altera, ut cũ descripserit utrãq;, conferat inter se locos utriusq; rei, unumquẽq; alterius, alterius

ōmnibus: uideatq; quid cōsentaneū possit in eis & qd dissentaneū inuenire. Quatenus enim consentiunt inter se loci, eatenus etiam res altera de altera non negabitur. Quatenus aūt discrepant loci, nō poterunt etiā ne res quidem inter se cōuenire. Si qñ uero ducetur idem ex diuersis utriusq; rei locis, quemadmodum sæpe fieri supra oñdimus, si mō id qđ ductū est è locis, certū habeat cum re utraq; cōsensum, certo etiam uinculo res inter se cōueniēt. Quærenda autē erunt per oēs locos iam cōsentanea, postea rursus dissentanea: tentandūq; hoc pacto, qd in utranq; partem de re proposita possit dici. ¶ Sumamus in exemplum, Philosopho habenda est uxor. Hic primū philosophum per suos explicemus locos, similiter & uxorē. Definiam philosophū esse hominem diuinarū humanarumq; rerū notitiam cū uirtute sectantē. Pro genere erit hō, quanq; exactius intuenti subiectū sit. Species erūt: Stoicus, Peripateticus, Academicus, Epicureus, & quæ reliquæ sectæ philosophorū numerantur. Proprium est, cura sciētiæ cū uirtute, Totum & partes, eadē quæ

Explicat per locos suos philosophus

hominis. Cõiugata: philosophia, philoso
phari. Adiacentia: pallor, macies, horror
& asperitas frõtis, seueritas uitæ, mox in
tegritas, amor laborũ, rex hũanax incu
ria, cõtemptus uoluptatũ. Actus: studere,
uigilare, laborare: aliquid tale sp efficere,
quo melior ipse, meliores alĩ fiant. Causa
efficiens est: philosophus q docuit eũ, &
cura, & iugis intentio studiorũ, qbus di
dicit. Finis: bñ tranquilleq; uiuere. Effecta
sunt: mores hoĩm, uitaq; rectis institutis
emendata, & edita p̃cepta uitæ, cõscripti
libri usui & memoriæ posteritatis. Desti
nata sunt: oĩa quæ consequendæ philoso
phiæ causa parauit. Connexa sunt: opes
eius q̃lescunq;, discipuli, ueneratio, fama.
Locus: patria in q̃ natus, locus in quo uer
sat, publicus, & aspectui oĩm expositus,
ut q oĩbus sit uitæ p̃bituru exẽplũ: itẽ ha
bitatio satis certa, cũ debeat urbiũ popu
lorũq; corrector & emendator esse. Tps,
ut ætas eius, iuuenis an senex. Accidentiũ
loci, ut p̃dixim⁹, qa in solã & simplicẽ rẽ
nõ ueniunt, melius in toto pnũciato quod
sumptũ ẽ, pspicientur. ¶ Hoc pacto etiã
erit explicãda uxor p suos locos. Primũq;

Vxor per suos expli

definienda, ut sit uxor mulier in cõsortiũ uitæ liberorũ causa legitime accepta. Hic ꝑ genere erit mulier. Species erũt, hæc & illa uxor. Propriũ, liberos parere. Totũ & partes (ut de philosopho dixim⁹) nõ aliæ q̃ hois. Cõiugata: uxori⁹, uxorie. Adiacentia: affectus matrimonialis, amor uxori⁹, cura alendæ eius, pudicitia, aut negligẽtia tori. Actus: blandiri, queri, rixari, suspicari, æmulam metuere, iura genialia reddere, parere, educare, & cõem rem familiarẽ curare. Subiectũ (qm̃ nunc uxorẽ sicut & philosophũ tanq̃ substãtiã accipimus) non habet. Causa efficiens est: consensus coniunctioq̃ matrimonij. Finis est: ꝓcreatio liberorum conseruatioq̃. Destinata sunt: opes, qbus ali possit, reliquarũq̃ rerũ ad toleranda matrimonij onera apparatus. Cõnexa: maritus, opes, dos, nobilitas. ipsum etiam uxoris nomen ad cõnexa pertinet: & earum rerum generis est, quæ ad aliqd uocantur. Vxor em̃ mariti est uxor, & maritus uxoris est maritus. Nos autem in præsentia uxorem non tanquam pro qualitate uxoria, sed pro substantia quæ ab ea denominatur, accipim⁹. Locus

catur locos.

& tempus in generalibus his quæstionibus, hoc est, quæ proposita alio loco diximus uocari, per conditionē inferuntur: ut dicamus, qd si peregrina sit? qd si iuuenis? quid si senex? Per se ēm nihil horū est in uxoris persona accipere, sed per cōditionē potiꝰ adducūtur: suntq; & eorū quæ supra memorauimus & in philosophi & uxoris persona, pleraq; huius gnis. Quia tñ crebro insunt eis, & in alterutram partem sunt propensiora, uelut in cōditionalibus accipiuntur. Accidentium loci quæ sequuntur, eadē rōne se habent in uxoris nomine, quemadmodū in philosophi & hominis habere prædiximus. Verum hi loci, qui ex conditione inferuntur, nō incōmode ad contingentium referantur naturam. Quanq̄ enim iuuenem esse uel senem, non sit contingens uxori, cui ineſt iuuenta uel senectus: huic tñ quod est, philosophum habere uxorem, contingens est, iuuenem habere uxorem, uel habere senē. Sicutq; ista in uxore ad philosophū relata, contingentia sunt: sic & in philosopho hæc eadē, relata ad uxorē, sunt cōtingētia In eis autē rebus, in qbus de certo aliquo

singulariq; facto differitur, hic locus aptius excutiẽ: plusq; cõfert, antecedentibus, adiũctis, cõsequentibus inspectis: quæ oia priore libro sunt explicata. Sic iã inspicimus nomen philosophi, & nomẽ uxoris, qd eorũ uis ꝓposito nostro afferat. Sic ꝓnunciata de hac re, qd quisq; magni nominis autor hac de re in hãc uel illã partẽ dixerit. Sic cõparata sunt ex philosophi pso na, ecquid imperatori in exercitu agenti, an seruo, an rectori ciuitatis, habenda sit uxor: Ex uxoris pſona, an philosopho habendus sit amicus firmior, an seruus, an cõcubina. Similia (ut alio loco diximus) nisi simul ex utrisq; subiecto & ꝑdicato sumi non possunt. Ergo ea cõtinuo aut affirmatiue aut negatiue pronunciare de ꝓposito oportebit, ut doceam⁹ similitudĩe accepta, philosophũ uel hñe debere uxorẽ, uel nõ hñe. Oppositoꝝ, & diuersoꝝ nisi in negatiuis, nullus fere usus. ¶ Cũ fuerint ergo, quæ describenda sumpsimus, hoc more p locos deducta, tum conferendi sunt (ut diximus) loci locis: & uidendum, qui quibus conueniant. Ex his enim affirmatiue de proposito statuemus. Qui discrepabũt

hi propositũ subuertent. ¶Primumq; p oẽs locos consentanea scrutemur: ut sum pta definitione philosophi, q scrutatur di uinas & humanas res cũ cura uirtutis,cõ feramus huic ordine ea, quæ ex noĩe uxo ris sunt ducta. Definitio uxoris non mul tũ dabit,nisi ea parte,quæ ponitur in dif finitiõe philosophi,cura uirtutis, & in de finitione uxoris, causa liberorũ quærẽdo rum.Quærẽdi eñ liberi,cũ cura uirtutis uidẽtur cõuenire:qñ officiũ uirtutis uide tur,liberos procreare. Deinde genus uxo ris,mulier,naturæordine iuncta uidetur. Species uxoris,si sumamus clari noĩs fœ minas,quarũ pudicitiæ & uirtutũ incly ta mẽoria est,etiã nõ discrepabunt: digna eñ cõsuetudo earũ,talibus uiris est.Pote rimus hoc pacto definitiõem philosophi per oẽs locos uxoris circũferre, & tẽtare oĩa. Deiñ reliquos ex ordine locos,qui in philosophi noĩe sunt, eadẽ rõne quemad modũ de diffinitiõe diximus, cum oĩbus locis uxoris cõiungere,& experiri,q con ueniant:eos uero qui non conueniunt,in tactos relinquere. Hi enim cũ postea dis sentanea codẽ ordine quæremus,quo cõ

sentanea quæsiuimus, materiam inuentio ni nostræ dabunt. ¶ Quod si etiam cõtra ria sint aliqua inter se, quæ ex altera par te ducentur, inuenienda tamen utrisq; cõ sentanea erunt. Quẽadmodum Stoicus & Epicureus repugnant, qm̃ hic uirtutẽ ex petit, ille aspernatur. Ergo huic, uoluptas tori genialis, & blanditiæ, benignaq; uxo ris cõsuetudo, & gratia formæ, consenta nea erunt. Stoico uero, cura procreando rum liberorũ, & studiũ coercendæ libidi nis, ne alia q̃quæ permissum ẽ, rapiat. Hic etiã nascuntur argumentationes illæ, quæ ꝓprie enthymemata rhetores uoluerunt dici: cum diuisa una re per duo oppo sita, utrunque deinde affirmamus uel ne gamus, quod in enumeratiõe supra cõp hẽdimus. Cicero cõplexionem uoluit id uocari. Quale est, uxor uel decora ẽ uel de formis. Videt quidẽ primo aspectu, si al tera sit ducẽda, alterã ducẽdã nõ esse. Qui tamen uolet utrisq; consentanea quære re, dicet decorã ducendã esse, in spem pul chritudinis liberorũ: deformẽ, ut exerce at cõtinentiã mariti. Sic q dissentanea quæ ret, dicet decoram suspectam esse, defor

mem inuisam. ¶Nec uero primo statim conatu desistendum est, si cõsentanea quærenti, prima duorũ locorũ collatio parẽ nõ deat. Sed cõferẽdi iterũ, adhibẽdiq; ad eos erũt alij loci, quibus consentanea esse putantur. Qualia sunt Thucydidis nõnulla, contra communẽ sensum opinionemq; dicta: quæ tñ adhibita probatione, confirmat. Agitandũq; hac rõne ingeniũ: nec acquiescẽdum solũ eis, quæ ultro se proferunt: sed erũt etiã quæ latẽt, eruẽda. Sic ẽpauxillatim facultas illa parabit magna ex parte, quã tribuit oratori Cicero, ut nihil tam improbabile sit, quod nõ hac uia probabile uideat.

Descriptionis utilitas.

¶Vsus horũ exercitamẽtorũ hic præcipuus est. Descriptionis quidẽ, qua per eã facilẽ assequimur oim locorũ in qualibet re, uelut uno sub aspectu, intuitũ. Nec ẽm satis est scire locos in oi re inueniri posse: sed oportebit promptos eẽ, & uelut nutũ nrm expectãtes. Præterea, q neqbit rẽ propositã per locos describere, nihil ẽ quod inuẽtus exlocis certa se ratione confidat. Hoc ẽm primũ ẽ totius inuentionis caput: ex quo cõmode tractato, omnia copiosissime proferũtur.

Vtilitas

¶Comparatio uero inter se duarũ re

rum descriptarum p singulos locos, hāc præstat utilitatem, ut quicquid inueneri- mus, facile aptemus instituto nostro, & in usum argumēti traducamus, & uideam^a etiam, quod inuētum nostrum aptum sit argumento, quod ineptum, & qd in hāc illamue partē magis prosit nobis: & si qd conatui nostro repugnat, ut id ne attinga mus quidem. Si dicam enim, cuicunque est cura uirtutis, ducet uxorem, ergo philosophus ducet uxorem: si neget aduersarius id, qd ppositū est, hoc ē, ducēdam esse uxorē cuicunq; sit cura uirtutis: iam hac inuētione, quæ ex philosophi noīe ducta ē, habere curam uirtutis, nihil egerimus: nisi habeamus aliud ex persona uxoris inuentum, cui hoc sit consentaneum: ut dicamus, cuicūq; est cura uirtutis, procreabit liberos: ergo cuicūq; est cura uirtutis, ducet uxorem. Similiter quod ī philosophi descriptione positum est, contemptorem esse eum uoluptatum & dolorum, cuicunq; inuentorum ex uxoris persona adhibeas, frigidum & segne argumentum confi cies. Id uero quod sequitur in philosophi descriptione, incuria rerū humanarum, comparationis.

dissentaneum ferè uidetur omnibus eis, quæ ex persona uxoris ducentur. Ergo in his danda erit opera, ut si non prosint, obsint quàm minimum. Vt dicamus, philosophum non uxoris molestia, non orbitate liberorũ àconiugio deterritum iri: quoniam contemptor sit uoluptatum & dolorum. Sic etiam, eum nõ amore filiorum, curaq; parãdæ eis hæreditatis amplioris, aut uxoris desiderio, in uitia cupiditatis aut auaritiæ prolapsurum: quoniam sit sibi incuria rerum humanarum: solum ergo philosophum innoxie bona matrimonij malaq; toleraturũ. Sic quæ per se q̃q; obstare uidentur, contra obstantia alia munimento sunt. Et quemadmodum reliqs in rebus, sic hic fit, ut quæ per se in malis numerarentur, alijs comparata malis, in remediorum habeantur loco. ¶Hæc quidem fundamenta sunt omnis inuentionis: quæ q̃squis recte firmiterq; iecerit, ex æquo in reliquis restabit labor, paratáq; est his omnis dicendi materia: & quicquid dicturi copiam potest instruere, hac uia colligitur. Sola deinceps opus est ratione, quæ p̃sti rerũ usui aptet ista, & ordinet ea

disponatq;,& uelut in aciem producat.

¶Scholia in caput uigesimumprimum.

A Diacentia:affectus matrimonialis,amor uxorius,cura alēdæ eius.) Amorem uxorium hic dixit amorem uxoris erga maritum. Curam autem uxoris alendæ, ego putem mariti potius quàm uxoris adiacens esse. ¶Negligentia tori.) Animus ad alterius, quàm mariti torum propensior. ¶Quæ proposita alio loco diximus.) Huius libri capite octauo. ¶Antecedentibus,adiunctis, consequentibus inspectis.) De his libro primo,capite uigesimoprimo. ¶Quoniam hic uirtutem expetit, ille aspernatur.) Hic,Stoicus:ille,Epicureus. Ne cui imponat religio illorum,qui putant pronomen hic,semper ad propin quius antecedens referri oportere. ¶Quæ propria enthymemata rhetores uoluerunt dici.) Enthymema quid sit, explicatum est supra,libri huius capite decimoquarto. Quanquam hoc argumentandi genus, de quo hic loquitur Rodolphus, ipsi enumeratio siue inductio potius quàm enthymema ē, id quod nec ipse hoc loco dissimulat.

¶Cicero complexionem uoluit id uocari.) Complexio, inquit Cicero primo rhetoricorum, est, in qua utrum utrum concesseris, reprehēditur, ad hūc modum: Si improbus est,cur uteris? si probus,cur accusas? Alij id argumentandi genus dilemma uocāt,diuus Hieronymus syllogismum cornutū. ¶Qua le est,Vxor uel decora est uel deformis.)Responsum

Cōplexio Dilemma. Cornutus syllogismus Biātis responsio.

hoc est Biantis, qui interrogatus à quodã, ecquid sibi ducenda esset uxor? Aut formosam, inquit, habebis aut deformem: si formosam, ea cũ pluribus tibi erit communis: sin deformem, ea crux tibi erit & dolor. Horum utrũq; malum, non est ergo ducenda uxor. Lege Gellij libri quinti caput undecimum. ¶ Quam Cicero tribuit orationi.) In paradoxis Cicero: Sed nihil, inquit, est tam incredibile, quod non dicendo fi at probabile: nihil est tam horridum, tam incultum, quod nõ splendescat oratione, & tanquã excolatur, ¶ Velut nutũ nostrũ expectantes.) Ductũ à ministris ac famulis diligẽtioribus, qui eorũ, qbus famulãtur, etiã nutus spectare solent, nedũ auscultare uerbis,

¶ Quæ sit summa eorum, quæ dicta sunt hactenus de locorum usu. Cap. XXII

Summa eorũ quæ dicta sunt de locorũ usu.

VT ergo demus omnia tanquam sub unum conspectum, totamq; præceptionis huius amplitudinẽ in unam summam colligamus: ubi materia differendi fuerit oblata, siquidem sit formata quæstio, nihil ẽ qp in hac parte laboremus. Sin rudis (ut ita dicam) materia dictionis proponatur, qua ratione sit in quæstionis cõsiderenda formam docuimus, quantum tñ id præceptione potuimus assequi. Cum habuerimus autem formatam quæstionem, tum diligenter est etiam atq; etiam expẽdenda, cuius generis quæstionum sit, ex

Supra capit. 10.

omni illa, quam supra explicuimus, quæ stionũ uarietate. Nec em facile qs inueni et, quo sint probationes oẽs referendæ, ni si recte naturam quæstionis cognitam habuerit. Deinde tum uidere est, quo pacto hæc quæstio, quæ totius disputatiõis ẽ caput, in plures diducatur quæstiones, quod cũ hic locus à nobis tractaretur, pro uiribus est explicatũ. lã iudicij nri erit, qs quæstiones inter primã quæstionẽ comphensas tractãdas putemus: quod tñ ex conditione rei & utilitate nascatur oportet: cũ q ea deliberandũ ẽ añ oĩa, qs quæstiones credamus tractãdas, qs remittẽdas: & an solã eã quæ pria ẽ, sufficere arbitremur. ut in quæstione quã modo pro exẽplo posuimus, an philosopho ducẽda sit uxor? utrũ in hac quæstiõe solũ de philosophi persona, de qua quærit, disserere uelim⁹: an prius generalem in hac inclusam quæstione explicare, an cuiquã ducenda sit uxor. Sic etiam, an optãdi philosopho liberi, quod ex hac etiam pendet quæstione: utrum id latius uelimus fundere, & propria quæstione sua tractare, an solũ simplicis argumẽtationis formã breuit colligere. Sic, an Cap. 7. 8. & 9. Capi. 11.

expetendæ philosopho diuitiæ, an philosopho cura rei familiaris obeunda, & reliqua omnia argumenta ex locis ducta, quæ latius arctiúsue tractari pro dicentis arbitrio possunt, & suas quæstiones accipere. Cum fuerit aũt constituta nobis quæstio, siue unam siue plures faciamus, eadẽ erit oĩm, quæ cuiusq; confirmandæ rõ: ea quã proximo loco diximus, ut acceptis in quæstiõibus, ex quibus argumenti aliquid duci poterit (poterit aũt ferè ex oĩbus, quæ ponentur in quæstione) describamus ea, perq; locos omnes ducamus: & tum ex cõsentiẽtium aut discrepantium rõne, prout de quæstione pronunciamus, in hãc uel illam partem argumenta colligamus. Nã de quæstione quæ expositione explicatur, minus suscipitur negocij, præsertim cum de facto aliquo quæritur, cuius tm̃ ordo, id est, initia, decursus, exitusq; sunt recensendi. In eis uero ubi causæ rerum quærũtur, quia possunt unius rei quandoq; esse multæ causæ: aut habitudo qualitásue rei alicuius inuestigatur, ut qui quærat, quibus rebus, aut quo genere uitæ Cato tm̃ uirtutis nomen sit assecutus: nõ oportebit utiq;

argumentari eum, qui de hac quæstione
differet: sed solum integre, seuere, iuste, cõ
stanter, prudẽter, facta dictaq; Catonis ex
positione colligere. Argumenta tñ & se=
mina omnia confirmandarum laudũ Ca=
tonis ponet, ex quibus si quæreretur an fu
erit laudãdus Cato, idẽ id colligi posset.
Sed qa genus hoc quæstionis credẽtes ha
bet auditores, nõ cm̃ quærit, an fuerit lau
dandus Cato, sed qbus rebus tantum lau=
dis sit assecutus: idcirco expositiõe poterit
ea quæstio absolui. Qd in oib⁹ his fere re=
ctissime fit, ĩ qbus auditor nõ certãtis, sed
discẽtis sustinet psonã. Hæc ubi fecerim⁹
puiderimusq; cũcta, qbus sit nobis op⁹ ad
id, quod instituimus, docendũ, tũ facile uĩ
debimus, quod ad formandam oronẽ pti
net, an res ea ex qua nascit quæstio, quæ p
argumentationem est explicãda, simplex
fit, & quæ solum proposita quæstione pos
sit intelligi, quales sunt quas ppposita dixi= Cap. 8.
mus uocari: an sit & multiplex & sinuosa
quæq; exuaria & flexuosa rerũ oriatur se
rie, ut sunt cõditionales quæstiões & ciui=
les pleræq;, ad quas recte percipiendas lõ
gior narratio præcedat oportet. Deinde

cum noſtram auditorumq; ꝑſonas & res de quibus ſimus dicturi, conferimus æſtimationem: & cogitamus, quas aures nobis auditores, quas eis qui contra nos dicent, ſi qui dicent contra, ſint adhibiturit quasq; prius adhibuerint, ſi qui prius, q̃ nos dixerint: tum non erit difficile iudicium nobis, an ſit exordio parandus aditus ad animos eorum, & cui uel occurrẽdum incommodo, uel ſpei incumbẽdum: cum uiderimus quid ſit noſtrarum partium, quo uel premamur maxime, uel cui fauea tur. Sic & peroratione, an tam multiplex res tantaq; fuerit argumẽtationum copia, ut ſit auditoris memoria enumeratiõe reficienda: an ea ſit natura rerum, ut queri de noſtra conditione, mouere lachrymas: ira, odio, indignatiõe, miſcere auditorum animos debeamus. Omnium nos rerum perſonarumq; conditio rectiſſime admonebit, ſi cuncta conſideremus, quemadmodum diximus, cũ loqueremur de his partibus orationis. Omnia ex eiſdem ducenda locis erunt, ex quibus argumentatiões oſtẽdimus duci: ſiue doceamus, ſiue benẽuolentiam, iram, odium, miſericordiam,

Cap. 17.

aliósue moueam⁹ affect⁹: ſolisq; cũcta hæc quæſtionũ capitibus, quod inuentiõis eſt, diſtant. Validiſſimi autem affectus perſæpe oratione, quæ expoſitioni q̃ argumẽtationi ſimilior eſt, mouentur: ſæpe tñ & argumẽtatiõe, ut alio docuimus loco. Colligẽdi tñ acumẽ, oĩsq; tenuior illa argumẽtãdi ſubtilitas uitãda ẽ. Vtq; ſemel dicam, puritas illa docentis oratoris, & impetus affectibus turbãtis, ſicut inuentione nihil diſtant, ita eloquẽdi prope extremis ſunt finibus diſcreta. *Libri huius ca. 4.*

¶Scholia in caput uigeſimumprimum.

Qua ſit rõne in quæſtionis formã conijcienda, docuimus.) *Libri huius cap. 10.* ¶ Ex omni illa, quã ſupra explicauimus, quæſtionum uarietate.) *Capite ſeptimo, octauo, & nono.* ¶ Quod cum hic locus à nobis tractaretur.) *Capite libri huius undecimo.* ¶ Quales ſunt, quas propoſita uocari diximus. *De propoſitis & cauſis, item de quæſtionibus prædicatiuis & conditionalibus, lege caput huius libri octauum.* ¶ Cum loqueremur de partibus orationis.) *Capite decimoſeptimo.* ¶ Ex quibus argumentationes oſtendimus duci.) *Toto lib. primo.* ¶ Sæpe tamẽ & argumẽtatiõe, ut alio docuimus loco.) *Libri huius cap. quarto.* Hactenus in librũ ſecundum.

FINIS LIBRI SECVNDI.

RODOLPHI AGRICOLAE PHRISII DE inuentione dialectica liber tertius.

¶ Argumentum libri huius.

TRia sunt quæ explicantur hoc libro: qua ratione mouendi affectus, quomodo oblectandus oratione auditor, quo in re quauis ordine, quáue dispositione utendum. Porro quamobrem contra eam librorum distinctionem, quæ in scripto etiam illo exemplari erat, hoc placuerit initium libri tertij, hæc res mihi in causa fuit. Videbam ex ijs quæ hoc ipso libro dicit Rodolphus, treis ab ipso libros de inuentione dialectica scriptos fuisse: cum dicat capite decimo quarto, itémque decimoquinto, se proximo ac priore libro tradidisse ea, quæ secundo ab ipso libro explicata esse, suis indicabimus locis. Et rursus capite duodecimo: Quemadmodum secundo, inquit, libro demonstrauimus. Ergo & nobis hic retinendus erat librorum numerus. Verum non posse id fieri ea ratione qua alij fecerant, superioris libri capite decimooctauo à nobis ostensum est. Quocirca mihi utique commodissima secernēdi ratio uidebatur, si ab hoc loco, tertij libri initium feciſſem, præsertim cum nihil usquam occurreret, quod huic distinctioni magnopere repugnaret: essentq; his plane cōsentanea ea, quæ secundo capite libri superioris ab Rodolpho dicuntur. Nam cum illic quatuor sibi eo

libro explicãda proponat, quid dialectice & qui eius sit finis, quæ materia, quod instrumentum, quomodo ex locis paranda differendi facultas: quæ potuit concruentior horum librorum esse discretio, quàm ut quæ illic explicanda proponuntur, ea relinquere-mus libro secundo: reliqua in tertium hunc conijce-remus? Quæ mihi uel idcirco admonenda hic erant, ne quis protinus nouitate distinctionis offensus temerè ac sine causa, omnia, non tam mutata, quàm deprauata contaminataq; esse uociferaretur.

¶ Affectus quid sit, unde oriatur, & quibus potissimum rebus nos moueat. Tum quomodo diuidãtur affectus, & è quibus oratores maximam sibi laudem meruerint. Cap. I



QVONIAM autem de affectibus dicere loc⁹ admonuit, & dicturũ me de eis, priore rerũ tractatu pollicitus sum: pau cis, quæ natura eorũ, quæ uis sit dicã: ut cũ

Scopulus pro scopo per catachresin

cognitos eos teneat, qui inuenire cupit, paratũ habeat tanquã scopulũ, uniuscuiusq; naturã, ad quẽ sint oĩa argumẽta uelut tela dirigẽda. ¶ Affectus aũt mihi non aliud uidetur esse, quã impetus quidã animi, quo ad appetendum auersandũue aliquid, uchemẽtius quam pro quieto statu mentis impellimur. Oĩs itaq; affectus uel ex appetendarũ rerũ, uel auersandarũ studio nascit. Appetimusq;, quæcunq; uelre uera uel in speciẽ bona sunt: contra auersamur, quæ noxia sunt, uel nocitura creduntur. Nec solũ afficimur eis, quæ nobis bona putamus aut mala, sed alienã quoq; uicẽ dolemus, gaudemus, irascimur, miseremur. ¶ In omni aũt affectu duo sunt præcipue quibus mouemur: res quæ accidit aut expectatur, & psona ad quã res ea redit. Quæcunq; ergo res digna cõtigerit, siue bona ea sit siue mala, gaudemus. Cõtra, si qua indigno, ferimus moleste. Et si quidẽ bona sit, inuidemus, irascimur: sin mala, miseremur, & in doloris uenimus societatẽ. At in his affectibus, qui in suam cuiusq; ueniũt psonã, res sola plerũq; sufficit affectui, & p̃breuis ẽ de psona cuna

Affectuũ ortus.

Duo in omni esse affectu q̃ præcipue nos mouent.

ctatio. Nemo em̃ fere nõ sibi fauet. Quic-
qd bñ cesserit, id digno sibi: quicqd secus
indigno id euenisse suadet. Venit & qñq;
in partẽ rei, psona, nõ qdẽ cui cõtigit, sed
à qua profecta res est. Vnde psæpe, nõ tã
bene aut secus de re, quæ facta ẽ existima-
mus ex re ipsa, q̃ ex animo aut opinione
eius qui fecit. Vñ scite apud Comicũ dic-
tum est: Vnũ hoc scito, cõtumeliæ non
me fecisse causa, sed amoris. Et itẽ alio lo-
co: Abs quiuis hoie cũ opus est, beneficiũ
accipere gaudeas. Ver; emuero id demũ
iuuat, si quem æquum est benefacere, bñfe
cit. Sed in tractatu rei, psona hæc ad effi-
cientiũ locũ rẽdigetur. Qñq; persona etiã
ad subiecti locũ pertinet: ut si quis ꝓpter
uirtutes amet quẽpiam, uel propter deco
rem: similiter q; oderit in eo uitia, uel de-
formitatẽ: res quidẽ sunt uirtus, uel uitiũ
reliquaue, quibus spectatis, animus ꝑci-
pue mouetur: persona uero uelut rerum
quædã fit accessio: qm̃ rebus etiam sine p-
sona moueremur, personã sine rebus nihil
ad nos putarem⁹ ptinere. Et qm̃ rer; sub-
iectũ est psona, cũ tractabunt res, in eũ lo
cum ponẽda erit. Quia tñ affectus cõple-

cti p̄cipue persona uidetur, & nomen affectus illi tribuitur, tāetsi prior sit nobis uirtutis uel decoris cura, sine q̄bus p̄sona neligerem⁹, ipsa tñ p̄sona ē, quæ amari dī, quā odimus, cui inuidem⁹: idcirco in his pro re sæpe accipimus p̄sonā, & rē inter locos p̄sonæ collocamus. Nihil aūt refert in affectib⁹, aut sic eē rē, aut uideri. Temerari⁹ ē em̄ affect⁹ oīs & p̄ceps, rapit mētē, & plerūq; alius ex alio nascit. Vnde fit, ut de reb⁹ oīb⁹, nō ex uero statuat, sed bonas eas malasq; putet ex opiniōe, quā īdidit alteri⁹ affectus error: uel quā leuiore q̄cūq; & inani p̄suasiōe secutus ē. Sūt & affectuū diuturniores alij, q lōgo sunt usu firmati: ut amor, odiū, inuidia, luctus, metus: & in summa, oīs, q̄cūq; maioris alicuius causæ p̄suasiōe aīos obsedit. Alij breuiores & subiti magis: ut q cū alijs ex causis, tū oīonis uēto, tāq; ī stipula ignis cōcitātur. Hi quoq; sicut de īprouiso p̄pemodū, prūpūt, sic celeriter quoq; p̄sæpe & q̄is leui cā resīdūt.

Notatiuncula.

Affectus duplices.

¶ Quāq; sit aūt capax oīm affectuū oro, & nullus nō locū aliq̄n sibi uendicet in dicēdo, duo tñ uel maxime oratoribus laudē tulerūt, odiū & mīa. Sane Aristoteles in

Qui affectus laudē maximam at-

eis libris, quos de rhetorice scripsit, multos enumerat, & quid sit quisq;, quibusq; rebus oriatur, extinguaturq; rursus, copiosissime prosequitur: ut fuit uir ille ingeniosissimus, omniq; rerum copia instructissimus. Quæ quisquis scire uolet, ex illo paratum erit inquirere. Mihi uidetur, qs quis communis sensus plane non erit expers, cum rem de qua dicturus sit, cũ auditoris cõtulerit aĩo, cumq; perspiciat, qd dicendo uelit efficere, nõ latiturum eum, in quod affectus genus sit rapiendus auditor. Deinde quoq;, cũ res personis (quemadmodum modo prædiximus) coniunxerit, facile ex re, quod bona ea malaue sit: facile ex persona, quod ea re illa digna sit, aut indigna, deducet.

tulerint oratoribus.

Laus Aristotelis.

¶Scholia in caput primum.

ET dicturum me de eis priore rerũ tractatu pollicitus sum.) *Libri secundi capite decimoseptimo. Et rursus libri primi cap. primo. Porrò de affectibus multa sexto institutionũ libro Fabius.* ¶ Vnũ hoc scito, contumeliæ me nõ feciſſe causa.) Chærea in Eunucho excusaturus se Thaidi, quod uirginem uitiasset, inter alia multa dicit & hæc:

Imò ita quæso, unum hoc scito, contumeliæ
Me non feciſſe causa, sed amoris &c.

¶Et item alio loco: Abs quiuis homine.) In Adelphis apud Terentium sic legis:

Ab quiuis homine, cum est opus, beneficium accipere gaudeas.
Verumenimuerò id demũ iuuat, si quem æquom'st benefacere, is facit.
O frater frater, quid ego nunc te laudem? satis certe scio,
Nunquam ita magnifice quicquam dicam, id ũr tus quin superet tua.

¶ Triplici ratione, affectus posse tractari & solam tertiam rationem esse loci huius. Cap. II

Prima rõ tractandorũ affectuum.

TRactantur aũt affectus triplici ratione. Aut eĩm exprimimus oratiõe affectum, hoc est, irati, metuentis, amantis cupientis, imitamur uerba. Qualis ferè est oĩs in comœdia, tragœdia q̃ oro. Sed hæc ardẽtiores habet mot⁹, qm̃ psonas habet magis insignes & res grãdiores. Illa qetos magis & ppius à tranquillitate distantes, qa res psonas q̃ de medio sumit. Qua in parte, necesse ẽ cogitatiões, uota, querelas, desideria, p̃ces, cõtentiões oẽs, p natura cuiusq affectus, exprimat oro. Ante oĩa uero elocutiõis gñe istud conficitur, ut ipsa dictio, tumultum perturbationẽ q̃ cõcitatæ mentis imitetur. Et est quidem in hac affe

Discrimẽ tragœdiæ à comœdia.

ctuũ imitatõe præcipue posita ea uis, quã nõnunq̃ colorẽ uocamus dictionis. Vt cũ eandẽ rẽ multi dicãt, siue exponãt qdẽ siue argumententur: alius tñ monẽtis solũ, alius irati, alius querentis, alius miserãtis tueatur colorem. In Satyra uidemus, idem tribus illis, q adhuc extant, Horatio, Persio, & Iuuenali, institutũ eẽ, eandẽq̃ rẽ tractari. Ea ẽ, ut mores uitamq̃ emẽdent, & reprehẽdãt uitia. Suũ tñ qsq̃ secutus est colorẽ. Horatius ridẽtis speciẽ, & ingenuo (ut ipse ait) culpã defigere ludo affectauit. Persius seueriorem & prope philosophi psonam accepit. Docẽdo itaq̃ reprehẽdit, & reprehendendo docet. Iuuenalis indignantis & irati plerũq̃ pfert speciẽ. Qua re erectior paulo & profluẽtior carminis cõpositio, magis decuerit eum: sicut & salamarior plerunq̃ & solutior orõnis libertas. Nec ulla alia in re magis positum esse decorum orationis illud crediderĩ (quod tantopere in oratore suo laudauit Cicero, tantaq̃ ubiq̃ secutus ẽ obseruatiõe) quàm si ex hac imitatione desumptus sit color, isq̃ dicentis personæ, ex sua, auditoris, rerumq̃ collata existimatiõe, aptè & diligen-

Alius orationis apud alium atque alium color.

Quis Horatij in oratione color.

Quis Persij.

Quis Iuuenalis color.

In quo præcipuè eluceat decorum orationis.

ter accõmodatus. Sed plura de his dicere, ad eloquendi magis, quàm inueniendi pertinet rationem. ¶ Secunda tractandorum affectuum ratio est, cum aliquem affectu aliquo, concitum describimus. & quæ fecerit, quæ dixerit, sic explicamꝰ, ut ex omnibus affectus possit deprehendi. Cuius rei cum multis in locis multa sunt apud autores exempla, tum egregium apud Tragicum nostrum in Oedipode: Prædicta postq̃ fata & * infandũ genus Deprehendit: quæq; sequuntur. Notus enim est locus. Huius etiam generis est, cum uel nos uel alium quẽpiam esse aut fuisse aliqua affectione permotos docemus, quæ utrolibet modo, & argumentatione & expositione possunt explicari. Multum autem interest inter hanc rationem & priorem illam. Quoniam ex priore solum color assumitur, quem possumus etiam aliud agentes præferre. Sicut enim qui obiurgat, plerunq; irati speciem habet: ita possumus & amantis personam gerentes obiurgare, & indignari, & queri, & reprehẽdere. Quẽadmodũ apud Vergiliũ Dido queritꝰ primũ: Dissimu-

Secunda tractãdorum affectuum rõ

**apud Senecam leges: ĩfandum scelus, quam lectionem ipsa res postulat.*

Dictarũ rõnum diserimẽ

lare etiam speraſti perfide tantum Poſſe nefas? Deinde iam flagrat ira: Nec tibi Dia parens, generis nec Dardanus autor. Omnia tamen fœminæ furentis colorem habent. In hac autem parte, non color orationis, ſed res ipſa quæ agitur, hoc eſt, quã docere conamur, cõtinetur affectu. In hoc enim dictio impenditur, ut hoc aut illo pacto affectum quẽpiam eſſe doceamus.

¶ Tertia uia qua tractantur affectus, eſt, cũ auditoris animum tractare nitimur: cũq; non quærit oratio affectum docere noſtrum, ſed eruere excitareq; cupit alienũ. Hocq; eſt, quod ſecundo numerant loco, qui tria uolunt oratoris eſſe munera, docere, mouere, delectare. *Tractandorũ affectuum rõ tertia.*

¶ Scholia in caput ſecundum.

Sed hæc ardentiores habet motus.) In tragœdia inquit, affectus inſunt uehemẽtiores, propterea quod in ea illuſtriores grauioresq; perſonæ quàm in comœdia introducuntur &c. Lege Horatij libellum de arte poetica. ¶ Quia res perſonasq; de medio ſumit. Quia in cõmuni hominũ uita uerſatur, & res perſonasq; habet plerunq; humiles ac uiles, nonnunquam etiã ſordidas. ¶ Vt ipſa dictio.) Ipſe oratio ductus ac ueluti color. ¶ Colorẽ) Habitũ, ſpeciẽ. *Curĩ tragœdia ſint ardẽtiores q̃ comœdiæ*

¶Horatius ridentis ſpeciẽ.) De hoc Perſius ſatyra 1.

Omne uafer uitium ridenti Flaccus amico
Tangit, & admiſſus circum præcordia ludit,
Callidus excuſſo populum ſuſpendere naſo.

memoriæ lapſus. ¶ Et ingenuo, ut ipſe ait, culpã defigere ludo.) Lapſus memoriæ eſt. Neq; enim apud Horatiũ hoc carmen legitur, ſed apud Perſium ſatyra quinta. Quo in loco Cornutus inter alia multa his etiam uerbis admonet ipſum poetam Perſium:

Verba togæ ſequeris, iunctura callidus acri,
Ore teris modico, pallentes radere mores
Doctus, & ingenuo culpam defigere ludo.

Cæterũ hãc trium horum Satyricorũ diuerſitatẽ is demum intelligat, qui omnes ſingulorũ ſatyras euoluerit, & quidem diligentiſſime. ¶Sal amarior.) Amarulentior reprehenſio, amarulentiores ioci ac dicta. ¶ Solutior orationis libertas.) Libertas maior, & quæ minus aſtricta obnoxiaq; ullis ſit legibus. ¶ Decorum orationis illud.) Cicero in oratore ad Brutum: Sed eſt eloquentiæ, inquit, ſicut reliquarum rerum, fundamẽtum ſapientia. Vt enim in uita, ſic in oratione, nihil difficilius, quàm quid deceat uidere. πρέπον appellant hoc græci, nos dicamus ſanè decorum: de quo præclare multa præcipiuntur, & eſt res cognitione digniſſima. Huius ignoratione nõ modo in uita, ſed ſæpiſſime & in poematibus & in oratiõe peccatur. Eſt autem quid deceat, oratori uidendum, non in ſententijs ſolum, ſed etiam in uerbis. Non enim omnis fortuna, nõ omnis

Decorũ.

bonos, non omnis autoritas, non omnis ætas, nec uerò locus, aut tempus, aut auditor omnis, eodem aut uerborum genere tractandus est, aut sententiarum. Semperq; in omni parte orationis, ut uitæ quid deceat est considerandum. Quod & in re de qua agitur positum est, & in personis, & eorum qui dicunt, & eorum qui audiunt. Itaque hunc locum longe & late patentem philosophi solent in officijs tractare: non cum de recto ipso disputãt. Nam id quidem uniũ est, grammatici in poetis, eloquentis in omni & genere & parte causarum. Quàm enim indecorum est, de stillicidijs, cum apud unum iudicem dicas, uerbis amplißimis & locis uti cõmunibus: de maiestate Populi Romani, & summisse & subtiliter? Hic genere toto. At persona alij peccant, aut sua, aut iudicum, aut etiam aduersariorum: nec re solum, sed sæpe uerbo. Etsi sine re nulla uis uerbi est, tamen ea res sæpe aut probatur aut reijcitur, alio atque alio relata uerbo. In omnibusq; rebus uidendum est, quatenus. Etsi enim suus cuique modus est, tamen magis offendit nimium q̃ parum. In quo Apelles pictores quõque eos peccare dicebat, qui non sentirent quid esset satis. Magnus esset hic locus Brute, quod te nõ fugit: & magnum uolumẽ aliud desiderat. Sed ad id quod agitur, illud satis: cum hoc dicere, quod semper usurpamus in dictis & factis, minimis & maximis: cum hoc inquam decere dicimus, illud non decere: & id usquequaque quantum sit appareat, in alióque ponatur, aliudq; totum sit: utrum decere, an oportere

dicas? Oportere enim perfectionem declarat officij, quo & semper utendum est, & omnibus: decere, quæ si aptum esse consentaneumq; & tempori & personæ. Quod cum in factis sæpissime, tum in dictis ualet, in cultu deniq;, in gestu, & incessu. Contrà idem dedecere. Quod si poëta fugit ut maximũ uitium, qui peccat etiam cum probam orationem affingit improbo, stultóue sapientis: si pictor ille uidit, cum immolanda Iphigenia, tristis Chalcas esset, mœstior Vlysses, mœreret Menelaus, obuoluẽdũ caput Agamemnonis esse, quoniam summum illum luctũ penicillo non posset imitari: si deniq; histrio quid deceat quærit, quid faciendum oratori putemus? ¶ Apud Tragicum nostrum.) Apud Senecã in tragœdia ea, cui nomen est Oedipus. ¶ Apud Vergilium Dido.) Quarto Aeneidos.

¶ Affectus, nunc ex solis rebus, nunc ex solis personis, nũc ex utrisq; duci posse. Neq; uero frigidos esse debere, sed paulatim augendos: Tum quomodo augeri possint, & quo rursum modo imminui.

Caput. III.

QVia nascitur autem omnis affectus (ut diximus) siqdẽ pro aliena suscipitur pſona, ex rei ſpecie, quæ uel euẽnit, uel expectatur, proinde ut ea bona malaue creditur: & exiſtimatiõe perſonæ, quia uel dignam eam uel indignam eo caſu putamus: tertium perſæpe accedit, perſona, quæ rem opera conſilióue explicuit, Qui

bus uero affectibus pro nobis mouemur, sufficit qdē res: efficiētis tñ etiā pſona ſæpe adiungitur, ſæpe etiā & nſra pſona, qđ ad dignitatē indignitatēue ptinet, in his ipſis utimur affectibus, ſi qd ea alterutrā in ptē habeat notabile. Ex his ergo, uel oī bus, uel ſingulis argumēta ducentur, pro rerū cōditiōe, & affectus quē conamur excitare natura. Cicero qdem qñq; ex pſona ſolū ducit. ut p Plācio, pro Sylla. Qñq; ex re: ut in Nauarchorū caſu deplorādo, contra Verrem. Qñq; ex utriſq;: ut pro Quintio. Pro Milone uero, cū pſonā Milonis indignā eo caſu docuiſſet, pro re(ut alio loco pluribus diximus) ſuā ſubiecit pſonā, & ſuis lachrymis, tanq̄ iuſtis maximeq; fauorabilibus, cauſam cōmendauit.

¶ Non ſunt aūt eo ducendæ argumētationes, ut colligere nitamur, miſerendū, inuidendum, iraſcendum, fauendum eſſe. Satis eſt de re perſonaq; demōſtrare (id qđ natura affectus poſtulat) ut res bona uel mala, perſona digna uel indigna ſit. Quod ſi recte & ex ſnīa fiat, ſitq; auditoris animus, q of one poſſit expugnari, ſequet affectus ultro, Rapid⁹ em ē, & tm opus ē cœ

Quouſq; in cīēdis affectib⁹ ſit argumētandū

pisse. In reliqua, cum semel impetũ collegerit, uelut decidentes summis montibus torrẽtes, p̃cipiti per decliue cursu deuoluitur. ¶ Est igitur oĩs dicentis in hoc conferenda cura, ut affectum, qui dicendo repente non potest fieri summus, paulatim excitemus oratione: demusq; operam, ut rerum & personarũ æstimationem, in hác illamue partem, uelut gradibus quibusdã ab infimo ad summum perducamus. Qđ tum amplificationẽ, tum augmentationẽ rhetores uocãt. Sicut enim in rebus, prope laudis est expers ea, quæcunq; tm̃ gñis sui nomen tuetur, proximumq; est à cõuitio, dici (quod dici solet) est quidem hõ, sed solum homo est: est doctus, sed præterea nihil. ingentem rem, spectandam, admirandam eẽ oportet, & quæ oculos animosq; suspendat, quæcunq; debet insigni aliquo loco numerari. Sic etiam, ne affectus quidem meretur nomen, quisquis ẽ à mentis tranquillitate proximus. Ergo ut moueri, rapi, ardere dicatur auditor, magnitudo rebus est addenda, perq; omnia quæcũq; possimus res extollẽdæ sunt incrementa. ¶ Sicut autem quantitate ma-

Paulatim augẽdos esse affectus.

Non frigidos sed uehementes excitãdos eẽ affectus.

gna quædam per se in rerum toto genere creduntur: ut mons omnis, etiã elephas magnus dr: alia comparatione magna dicuntur, ut adamus adamanti minori cõparatus, & granũ milij minori grano milij, dicitur magnum. Sic etiam in his quorum æstimatio initur, & quæ nostra opinione magni putantur, quædam per se uidentur talia, quædam cõparatione tolluntur. Per se magna uidentur, ut religio, patria, parentes, cõiuges, filij, uita, ualetudo, honor. Et hæc quidẽ omni hoĩm generi. Alia sunt magna singulorũ opiniõe: ut qcqd ẽ qđ unicuiq; maiorẽ in modũ desideraẽ: ut sitiẽti potũ, esuriẽti cibũ, studẽti eruditio, auaro pecunia. Cum uolumus ergo aliquid augere, docebimus pertinere ad hæc tuenda, uel parãda, uel ad ea quæ obstãt istis, depellenda. Quanto plura in hoc genere coaceruabimus argumẽta, & alia super alia congeremus, tanto fiet res maior. Vt cũ docuerimus non posse quem sine eo, de quo disserimus, incolumitatem tueri. Deinde addamus, ne uitam quidem in tuto sibi fore. Post hæc, idẽ periculi parentes manere, Iam patriam quoq; & aras

Affectus qua ratione augeri possint

focosq; in discrimen adductum iri. Pro cuiusq; rei natura, ingenioq; auditoris, hæc erunt adhibenda. Videndumq;, ad quam partem rerum earum, quæ uel ab omnibus magni putantur, uel priuatim ab his qui audiũt, id quod in oſonem uenit, possit accommodari. Nanq; & hoc inter utilissima fuerit, uidere, quid is apud quem dicimus, maxime ꝓbet: quẽ auertetur, in quem sit pronior affectum. Alius em̃ ab ira facilius aufertur, alius est aduersus misericordiam infirmior, quosdã inuidia torquet, aliquos promptius metu concusseris. Ergo & hæc, & quibus rebus facilius in ista ferantur, diligẽter erit explorandum: & qua parte facilime, uictoriam cedent, ea erunt acerrime oppugnandi. ¶ Cõparatiõe uero res tollũtur, aliâs quidem non expressa per orationẽ comparatione, sed tacite audiẽtis animo collecta: aliâs aperta, & dicendo demonstrata. ¶ Prior iste comparatiõis modus fit, uel cũ rem de qua disserimus, in partes spargimus, & uelut unam in multas distribuimus. Multa nanq; uno, qa plura sunt, maiora quoq; uidẽt. Sic q bellũ di

Dupliciter rẽ cõparatiõe augeri.

xit, oīa quæcūq; ſolent in bello fieri cō prehēdit. At qui metus hoſtiles, prædas, incendiaq; uillarū, expugnationes oppidorum, cædem populariū, impēſas militares, uaſtatiōem agrorum, famem, egeſtatem, oīaq; ferro & flamma diruta, oīa ſanguine conſperſa dicet: quanq; nihil ille plus dixerit, id tñ conſequetur perſæpe, ut cum ſic dixerit, dixiſſe oīa: cū aliꝰ, hoc eſt, ſolo belli nomine, nihil ferè dixiſſe uideatur. Præterea maiora uidēt quæ inſtant, q̄ quæ uel præterierunt ex multo, uel futura ſunt. Quoniā hæc, ſpei metusue locum admittunt: illa, ſolatium de fideriū mue percipiunt, factoiam tandē finē rerū. Ergo ſi res de qua diſſeritur præterīt, aut adhuc futura eſt: colligendum tamē eſt, ea ſecuta eē uel præueniſſe, quæ in præſentia bene aut male nos habeant, prout ē rei natura de q̄ dicitur. Ad hæc, præſens rei cōſpectꝰ præcipue penetrat aīos, nec eſt res ulla ad mouēdos affectus potētior. Segniꝰ em (ut inqt Horatiꝰ) irritāt aīos demiſſa p aurē, Quā q̄ ſunt oculis ſubiecta fidelibꝰ. Detectæ itaq; ſunt in aduerſo pectore cicatrices ī cōciōe, & uulne

ra delígata in iudicijs, & parẽtum cognatorumq; lachrymæ, infantium puerorũ ætas, reorum sordes prolatæ in conspectum, & pſentibus aptata oratio. Quod si minus res patitur fieri, oratione tñ conátur, q̃ maxime datur, rem uelut in cõspectũ dare, & oculis subijcere. Quod describenda re, & imagine eius uerbis exprimẽda, eo, quod ὑποτύπωσιν Græci, nostri euidentiã interpretati sunt, maxime cõsequunt.

Alter cõparandi modus.

¶ Aperta uero cõparatione res crescunt, quoties alijs quibus eas pferimus adhibẽtur, & earũ collatione magnitudo ipsarũ colligitur. Sicut aũt in quãtitatibus, quoties duæ pluresue conferuntur, maior est ea quæ sola manet, & quã nõ usquequaq; aliarum magnitudo assequitur: sic in hac comparandi ratione, quicquid aliquid habet, quod non sit sibi cum alijs cõe, ea parte reliquis maius uidetur, qua solum emi net, reliquasq; (ut ita dicã) à tergo relíqt. Cicero itaq;, cum pro M. Marcello restituto, Cæsari gratias agit, pſentẽ illam clementiã omnibus bellicis Cæsaris ptulit laudibus. Qm̃ bellicæ rei decus, & milites & tribuni & auxilia etiã muneri sibi asci-

scerent: uellentq; cũcti uenire in eius soci
etatem gloriæ: hæc aũt clementiæ, solius
sua esset. Et bellicas laudes multa turbulẽ
ta, aspera, horrida, qualia fert bellorũ ne-
cessitas, habere: clementiæ laudẽ benignã,
plenã modestiæ, plenã fauoris eẽ. In bello
quoq; uires humanas humanis uinci ui-
ribus: clementiã animos pectoraq; uincẽ
tium, qui inuicti uiribꝰ sint, placare. Hæc
itaq; qa clementiæ cõueniunt soli, ꝑfertur
hac in parte bellicæ uirtuti. Quod si quis
è diuerso uolet colligere, qbus rebus bel-
lica uirtus à clementia superetur, poterit
eam similiter multis ꝑferre clementiæ.
Clementiã enim pacatis cõuenire rebus,
& pacis potius ornamentũ esse, q̃ pericu
lorũ præsidium: bellicam uirtutem, rebus
in ultimum discrimen adductis succurre
re solere: & patriam parẽtesq; ab his, quæ
victori collibuissent, defendere. Et clemẽ
tiælaudẽ uelut in medio positã cuiuis pos
set contingere: bellorum gloriã nõ nisi ra
rissimum quenq; cõsequi. Sic etiã, non ho
minis mõ, sed oĩm animalium esse clemẽ
tiã: ignoscere eñ oĩa, & post iras iterũ paca
ri: cõtinere aũt res nutu ditioneq; sua, oẽs

quidem solius esse dei, plurimas autē eius uideri, qui deo proximus sit, quod bellica laude in primis paratur. ¶Poterunt autē hæc argumentationis exempla per omes locos duci. Posuerunt'q; uel inter utilissimas exercitationes dialectici augendi rationem, cū priores illas, tum hanc postremam ex comparatione. Qñ oīs hominū deliberatio, oīa consilia, fere inter magis minus'q; bona iactant. Neq; quic'q; est, q̄d acrius expendere uim rerū, intueri'q; doceat, q̄ comparatio. ¶Laudationibus in primis augmentatio conuenit. Pleraq; em quæ laudis loco ponuntur, per se frigida sunt, nisi extollantur oratione, & dicentis ingenio fiant laudanda. Isocrates in Helenes laudatione, cum pulchritudinem ei' in maxima laudum illius poneret parte, & pulcherrimā eam fuisse, cū aliīs rebus, tum Thesei rapina prudentissimi totius Græciæ uiri, & Paridis iudicio docuisset, exiguam tñ laudē cōquisisse uidebat, pulchritudinis q̄is admirandæ, q̄is incredibilis cōmemoratione: nisi & ipsam pulchritudinē quā aliī fortassis ne laudādā q dē putarēt, aliī in ultimis laudū ponerēt)

Vtilissima augēdi per cō parationē, ratio.

oĩbus alĳs quæ laudanť, ꝓtuliſſet. ¶ Dimi nutiõis ex augmẽtandi ꝓceptis pata ẽ rõ. Quibuſcũq; em̃ additis res creſcit, eorum rurſ⁹ optet detractiõe decreſcat. Ergo cõ motos augmẽtatiõe affectus, detracta rur ſus magnitudine reb. ad rõnẽ reuocam⁹, meliusq; & clementius æſtimare res, & iu dicare de eis cogimus auditorem. Hæcq; una ẽ rõ ſoluẽdox affectuũ, ut pacata rur ſus cõpoſitaq; mẽs tranqllitati reddať. Ali ter affectus cõtrarĳs diſcutimus affectib⁹, & irã paratã nobis regerimus in autorẽ: uel cõciliata mĩa, impetus eius mollimus: & euocato qñq; undecunq; nouo affectu, prioris obliuiſci cogim⁹. Potẽtiſſim⁹ aũt ad ſoluendos ſubitos & recẽs cõcitatos af fectus, ẽ riſus. Vnde in cauſa Murenæ Ci cero nihil æque uidetur oppoſuiſſe Cato nis & Sulpitĳ maximorum uirorum au toritati, q̃ lætiſſimam illam ſuam facete di cendi feſtiuitatẽ, ficq; omne iudiciũ ſolu tum eſt riſu, ut Cato quamuis natura & inſtitutione, ipſa quoq; accuſatoris perſo na, quam ſuſtinebat, horridior: cum tñ ri ſum tenere nequiret, ferať dixiſſe: Dĳ bo ni, q̃ ridiculum conſulem habemus. De

Quõ minuendi affectus iã cõcitati, ratio prima.

Secunda.

Tertia.

mosthenem quoq; tradunt cum pro Aristide dicturus esset, in quē uehemētissime iudices accenderat accusatorum oro, reclamaretur q; ab oibus sibi, & uelut prædamnato iam reo silētium imperetur, orauisse, ut bona illorū uenia liceret paucissima extra causam uerba facere. Qd cū per mitterent, ait, Megarensem quendam stu dijs operatum Athenis, cum redire in patriam uellet, cōducto asino imposuisse sarcinas. Meridie uero, cum nulla umbra, q̄ solis ardorē leuarēt ipse & agaso, pberet: statuto in uia asino, cōstituit illius umbra solē uitare, eaq; cum nō sufficeret ambobus, agaso sibi illam uēdicare, sui illam affirmare iuris esse, operas illi, nō umbram locatam, cōtra ille cōtendere umbram inter opas eē. Cumq; diceret orator, grauissime inter eos de umbra asini altercatum, uideretq; oēs risu quati, & exhilaratos iudices esse, tum grauissima eos increpuit oratione, qui possent de umbra asini dissentem audire, de salute ciuis, quod eos iudicij religio cogeret, audire nō possent: tum cœpisse de causa dicere, reumq; liberasse. Constat autem hæc facultas, natura

Fabula.

primum, quæ cum in omí re multũ, tum in hac plurimum poteſt. Deinde quod p ximum eſt, crebro uſu. Sunt tamen etiam tradita eius præcepta, quatenus tradi præceptis poteſt, quorum autores Cicero & Quintilianus, notiores ſunt, quàm ut ſint indicãdi. Et de affectibus quidem hæc ſufficiat dixiſſe.

¶ Scholia in caput tertium.

QVia naſcitur autem omnis affectus, ut diximus.) Libri huius capite primo. ¶ Ex rei ſpecie.) Prout res bona aut mala, utilis aut nocitura, digna aut indigna uidetur. ¶ Pro Plancio.) Quem ambitus reũ fecerat Laterenſis. ¶ Pro Sylla. Quem proditionis arguebat L. Torquatus. ¶ Vt in Nauarchorum caſu deplorando, contra Verrem.) Actione in Verrem ſeptima. ¶ Pro Quintio.) Hunc in gratiam Sex. Næuij accuſarat inſignis ille orator Hortẽſius. ¶ Pro Milone.) Quem Clodiani poſtulabant lege Cornelia de ſicarijs. ¶ Pro re, ut alio loco pluribus diximus.) Libri ſecundi capite quarto.

¶ Proximum eſt à conuitio.) Non longe à conuitio diſtat, propemodum cõuitium eſt. ¶ Sic qui bellũ dixit omnia quæcunq; ſolent in bello fieri, cõprehendit.) Hunc in modũ & Fabius lib. octauo de enargia: Cap. 3.
Sic urbiũ, inquit, captarũ creſcit miſeratio. Sine dubio enim qui dicit expugnatã eſſe ciuitatem, cõplectitur omnia quæcũq; talis fortuna recipit. Sed in affe-

ctus minus penetrat breuis hic uelut nuncius. At si aperias hæc q̃ uno uerbo incluſa erãt, apparebũt effuſæ per domos ac templa flãmæ, & ruentium tectorum fragor, & ex diuerſis clamoribus unus quidã ſonus, aliorũ fuga incerta, alij in extremo cõplexu ſuorũ cohærentes, & infantiũ fœminarumq; ploratus, & male uſq; in illum diem ſeruati fato ſenes, tũ illa profanorũ ſacrorumq; direptio, efferentiũ prædas repetentiumq; diſcurſus, & acti ante ſuũ quiſq; prædonem catenati, & conata retinere infantem ſuum mater. & ſicubi maius lucrum ẽ, pugna inter uictores. Licet enim omnia, ut dixi, complectatur euerſio, minus tamen eſt totum dicere quàm omnia. ¶ Segnius enim, ut inquit Horatius.) In arte poetica:

Aut agitur res in ſcenis aut acta refertur.
Segnius irritant animos demiſſa per aures,
Quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus, & quæ
Ipſe ſibi tradit ſpectator. &c.

Detectæ in iudiciis cicatrices & ueſtes ſciſſæ

¶ Detectæ itaq; ſunt in aduerſo pectore cicatrices.) Fabius lib. 6. Non ſolũ autẽ inquit, dicendo, ſed etiã faciendo quædã, lachrymas mouemus. Vnde & producere ipſos qui periclitentur, ſqualidos atq; deformes, & libros eorũ ac parẽtes, inſtitutũ: & ab accuſatoribus oſtendi cruentum gladiũ, & lecta è uulneribus oſſa, et ueſtes ſanguine perfuſas uidemus, et uulnera reſolui, ac uerberata corpora nudari. Quarum rerum ingens plerunq; uis eſt, uelut in rẽ præſentẽ animos hoĩm ducentium: Hæc ille. Et Antonius ſecundo de oratore: Senſi equidẽ tum, inquit, magno

pere moueri iudices, cũ excitaui mœstũ ac sordidatum senẽ, et cũ ista feci quæ tu Crasse laudas, nõ arte, de qua quid loquar nescio, sed metu magno animi ac dolore, ut discinderem tunicã, ut cicatrices ostenderem, cũ C. Marius mœrorẽ orõnis mcæ præsens ac sedẽs multũ lachrymis suis adiuuaret: cumq; ego illũ appellãs, collegã ei suũ cõmendarem, atq; ipsum aduocatum ad cõem imperatorũ fortunã defendendã inuocarem: nõ fuit hæc sine lachymis meis, non sine dolore magno miseratio, cũmq; deorum & hominũ, & ciuiũ & sociorũ imploratio: quibus omnibus uerbis, quæ à me tũ sunt habita, si dolor abfuisset meus, nõ mõ non miserabilis, sed etiã ridenda fuisset oratio mea, &c. His nõ sunt admodũ dissimilia, quæ de epilogis Ciceronis diximus libro 2 cap. quarto. ¶ Quod ἀναζωγραφὴν græci nostri euidẽtiã interpretati sunt. Quam ἀναζωγραφὴν græci, eã nos efficaciã: quam illi ἐνάργειαν, euidẽtiã appellamus. Qui de Fabij Quintiliani sexto institutionũ libro uerba sic habent: insequitur ἀναζωγραφία, quæ a Cicerone illustratio & euidentia noiatur: quæ nõ tã dicere uidetur q̃ ostẽdere: & affectus nõ aliter q̃ si rebus ipsis interfimus sequẽtur. Meminit eiusdẽ rei idẽ autor lib. 4. & rursum libro 8. ¶ Cicero itaq; cum pro M Marcello restituto, Cæsari gratias agit.) Longum sit atq; haud scio an etiã superuacuum, huc asscribere uerba Ciceroñis. Oratio extat: qui uolet, inde petat. Illud hic obiter notãdũ, hũc M. Marcellũ, cũ à Cæsare restitutus eẽt, priusq̃ reuerteretur Romã, à familiari quodã suo P.

ἐνάργειαν
ἐνέργειαν

Familiariũ epist. Ciceroĩs libro 4.

Magio Chilõe occisum fuisse: quemadmodũ in epistola quadam ad Ciceronem refert Ser. Sulpitius. ¶ Isocrates in Helenes laudatiõe.) Est & hæc laudatio hodie in manibus, quamobrem nõ est cur de ea quicquã dicamus. Porrò ad exactè intelligendum locũm hũc, plurimum momenti attulerint ea, quæ habet Quintilianus libro sexto de affectibus, & de amplificatione libro octauo. ¶ Vnde in causa Murenæ Cicero.) Plutarchus in uita M. Catonis de hac Murenæ defensiõe loquens: Cum uerò dies, inquit, dicendæ causæ uenisset, Cicero, qui per id tempus erat consul, Murenam defendit, uarijs modis Stoicos philosophos & ista q̃ appellantur paradoxa illudens. Ex quo cum multum risum iudicibus iniecisset, ipse quoq; Cato subridens, ijs qui iuxta astabant, dixisse fertur: Dij boni, quàm ridiculum habemus consulem. Verba hæc de re Ciceronis asscripsimus libro secundo. Atq; infra etiam de eadem dicemus causa, capite huius libri duodecimo. ¶ Demosthenẽ quoq; tradunt.) Videtur mihi & hic locus unus esse ex illis, quos dixi emendaturum fuisse Rodolphũ, si opus recognouisset. Quippe ubi nos reposuimus, orauisse, ibi etiã exẽplar illud scriptũ, quãquam id hac parte non erat manu Rodolphi, non orauisse aut orasse, sed orauit habebat. Qui lapsus eiusdem planè farinæ est cũ eo, cuius meminimus in principio libri secundi, quo etiam in loco plura de eiusmodi labeculis diximus. Quod autem ibi tum diuinabã, ab Rodolpho ita scriptum fuisse, ut haberet Louanij excusum exemplar, eam coniecturam interim certio

Catonis de Ciceronis uerbum.

rem fecit exemplar scriptum, præsertim cum id ea uti⁹ parte ipse exaraſſet Rodolphus. Fabulæ porrò huius qua dicitur fuiſſe uſus Demoſthenes, & Eraſmus in Chiliadibus mentionem fecit. ¶ Conſtat hæc facultas.) De ridiculis ac riſu multa Fabius libro ſexto, & M. Cicero libro ſecundo de oratore.

QVOMODO OBLECTANDVS ORATIONE AVDITOR.

¶ Duplicia eſſe quæ nos delectent, ut quæ partim ſenſu, partim mente percipiantur. Atq; omnino duplicem eſſe uoluptatem, quæ percipiatur ex oratione, quando alia ex rebus, alia ex ipſo orationis genere naſcatur. Tum quæ res ſenſum, quæ mẽtem delectent. Et quomodo ipſo orationis genere delectandus auditor. Caput IIII.

EXplendus erit mihi fortaſſe numerus. Et quia docẽdi rõni, mouẽdi p̃cepta ſubiecimus, æquũ uidebitur, ut quæ iucundam faciant orationem, ſubdamus. Tãetſi alio docuimus loco delectatiõi nullã inueniendi certã rõnem poſſe accõmodari, magiſq; p̃ceptiõem huius partis ad rhetora, q̃ ad dialecticũ pertinere. Quia tñ ex rebus etiam naſcitur orationi delectatio, res aũt inuentioni præcipue ſubduntur, ideo paucis etiam de hac parte dicamus. ¶ Delectatio (ut diximus) quia permotio eſt cognitiuæ uirtutis, duæ ſunt au

Delectatio duplex.

tem uirtutes cognitiuæ, sensus & mẽs, id circo duplicia sunt quæ delectant: quorũ alia sensu, alia mẽte pcipiũtur. Et ij quidẽ q magis sensibus uiuũt, & corporis tenentur uoluptatibus, quorũq; animus corpori seruit, hi magis eam sequũtur delectatiõem, quæ sensibus obñcitur. Cõtra quorum generosior & erectior animus oẽm in mente curam posuit, hi uelut inimicas & infestas instituto suo corporis aspnantur uoluptates, & solum quæ mentem delectant, sequuntur. Qui inter utrosq; sunt medij, & suam tribuẽdam utriq; partem arbitrantur, utriusq; etiam uoluptate capiuntur. Quarum itaq; rerum usu quisq; & perceptiõe gaudet, earum etiam commemoratione pcipue delectantur, & his maxime captatur orationis gratia. ¶ Duplex autem est in summa, quæ percipitur ex oratione uoluptas, quarum alia ex rebus de quibus disseritur nascitur, alia ex orationis percipitur genere. ¶ Res quæ sensus oblectant, notæ sunt. Quisq; eñ sensus delectatur eo, quod est naturæ suæ pprium. Vt oculi, coloribus lætissimis, aures, sonis mitioribus; & reliqui, suo qsq;

Duplex ex oratione uoluptas.

Sensum q̃ res oblectent.

obiecto. Sunt quædã tñ, quæ & ad mentẽ pertingũt: quia uero propiꝰ ad ſenſuum naturam accedunt, & inter ſenſuum oblectamenta numerãtur. ut dies feſti, ſpectacula, ludi, choreæ, conuiuia, horti floribꝰ conſiti, uerni temporis gratia, fluminum per uirentia prata decurſus, primus iuuẽtæ decor, corpora pulchritudine conſpicua, amores, ioci, concentus, ſaltationes & omnia lætiorum annorum animorumq; ſtudia, quorum tamen maxime ſunt liberalia, quæ oculorũ auriũq; ſtudia morantur. Reliqua qa craſſiora ſunt, ſordidiora ſunt etiam plerũq;, ut quorum etiã nonnulla ſine honoris non ſint præfatiõe, memoranda. ¶ Mentem (cuius proprium ẽ opus ueri boniq; ꝓquiſitio) delectant oĩa quæcunque docent, quæ magna, admiranda, inopinata, inexpectata, inaudita ſunt, reconditarum rerum perueſtigatio, notitia uetuſtatis, & rerum in lõginquo poſitarum cognitio, egregia magnorum uirorum dicta factaque, & in omni genere uirtutis acta præclare. Quæ quidem ſi de eis differatur, iucundam nimirum faciũt orationẽ, in ſuo quodq; gñe, Sin aſperior *Quæ mẽtem delectent.*

& triſtior ſit res de qua dſ, tum ſolēt iſta auribus expeti. Et uel ſimilitudines docē dis rebus hic ſumuntur, uel argumētatio res quæruntur, quarum explicationi tale quippiam adhiberi ſit neceſſe: uel liberius etiam digreſſione ad ea dilabimur. Quod commodiſſimè fit, cum fallente tranſitu, ſic ad ea deferimur, ut non ſecuti ea, ſed ad ducti eſſe uideamur. Tranſitus aūt fit aptiſ ſime, cū generale aliquid inuenerimus, in quod parata eſt uia ex re propoſita, & ex quo rurſus in quod digredi uolumus, faci lis eſt acceſſus. Vt qui de laudibꝰ muſices dicit, ſi uolet ad deſcribendam ueris grati am dilabi, dicat muſas libertate animi oī umq; rerum ſecuritate gaudere, & ſyluas fluminaq; expetere. Hic quia iā ſyluas & flumina, qui dicit habet, & gaudentem eis muſicen, facile iam trāſibit in ueris deſcri ptionem, cum ſit in eo ſummus iſtorū de cor, & præcipua poſſit ex eis percipi uo luptas. Itaq; quantus ſit ornatus, quæ gra tia florentium uirētiumq; omnium, quis frondibus interſtrepentium uolucrū con centus, q̄ amœnū riuorum p prata laben tiū murmur, & reliq̄ id genus explicabit.

Digredie di ratio.

Sic in hoc ipso proposito si dicere uolet, quantus sit labor remp. administrátis, paratũ est dicere, musicá leuare curas, & mẽtẽ reficere, hæcq; deiñ cũ reip. administratiõe cõiungere, qm̃ p̃cipue sit his opus ei, q rẽpublicá tractat, cũ tot ac tãtis p̃matur laboribus, tot curas sustineat: quas deinde enumerabit. Est aũt huius rei cũ apd̃ multos uidere exẽpla, tũ apud Platonẽ Lucianumq; in dialogis, quo pacto sumpto diductissimo exordio à re proposita, paulatim & occulto gradu ad id qd̃ instituunt, adrepant. Vtilis est disserẽti hæc transeũdi rõ, si qñ res diuersas una cõplecti uolet oõne, sic, ut nõ turbatã disiectoq; mẽbrorũ formã, sed unius faciẽ corporis p̃stent. Vtilis etiã, si qñ de re tali dicẽdũ sit, à cuius prima mẽtione abhorreãt aures, ut posito fauorabili aliquo principio, sensim & plumbeo (quod aiunt) pede, ad id de quo dicturi sumus deducamur. Cuius rei est egregium in primis Ciceronis exẽplum in orationis exordio, quam contra legem agrariam in concione dixit. Quod exordiñ genus rhetores insinuationem dixere. Cum enim nihil uideretur magis exaspe

Digressionis commoda.

raturũ populi Romani aĩos, q̃ cõtra legẽ agrariã, hoc ẽ, ſpẽ alimentorũ ſuorũ diffe rentẽ, ergo dilata oĩ rei iſtius mẽtione, pri mũ cœpit, non ordiri ſe oſonẽ de laudib⁹ maiorũ ſuorũ, ne illis potius, q̃ populi be neficio conſulatũ acceptũ referre uidere tur, & populare ſe cõſulem hoc ipſo uel le uideri, idq; in ſenatu initio conſulatus ſui dixiſſe: permultaq; alia in hanc ipſam ſententiã: nec eſſe q Gracchanas actiones improbet, nec cui diſpliceat, ſi quis de po puli cõmodis ferat. Cũq; multis hmõi po puli molliuiſſet aures, pauliſper & pede tentim allabi ad rẽ cœpit: nec ſtatim con tratẽdere, ſed primũ uoluiſſe ſociũ ſe Rul lo adiũgere: qui cũ refugeret, tandẽq; oĩa ſe diligẽtius inquiſiſſe diceret, tum demũ eo delatus eſt, ut non ſe contra legẽ agra riam dicere, ſed contra Rulli dominatũ, qui legis ſpecie parabatur, doceret. Con ueniens itaq; fuit hoc in loco tranſitio la tens, ut fauorem quem dicendi initio col ligebat, nunquam abrupta re, etiã ad aſpe riora transferret. Digrediendi autẽ cre brior & magis pmiſſa poetis libertas. Se cunda deinde alĩs, ut quiſq; eſt poetis di-

cendi libertate proximus. Sed quia digre diendi rõne sumus adducti, ut digredere mur, rursꝰ ad institutũ reuertamur. ¶ Se cundum diximus esse quo delectaret nos oratio, ipsum oratiõis genus. Qua in par te primum est, ut habeat oratio motꝰ aĩo rum, colloquia psonarũ, consilia euẽtusq; rerum inopinatos. Quæ quidem quáquã ad res pertinere possint uideri, ex oratiõe tamen capiunt, quod delectant. Argumẽ to est, ꝙ eadem hæc magna ex parte si uideamus, non mõ non delectent, sed offendant. Idcirco in oratione, non tam res ipa, quàm mutatio orationis qua exprimũtur ista, uoluptati ẽ. Et quemadmodum in pictura, pleraq; gratissima sunt propter solam imitationem, nec tam res quàm ingenium miramur imitantis: sic cũ in oratione, personis sua pro cuiusq; natura conditioneq; uerba tribuũtur, & animorum affectuumq; omnium figura effingitur, idq; consequitur oratio, ut non dici, sed agi uideatur res: & inani quadam imagine audientis animus uelut medium se ipse intra actum iactionemq; rerũ constituit, id qm̃ fit orationis uirtute, non rerum natura,

Quarõne ipsum oratiõis genus delectet.

idcirco est etiã oroni iure tribuẽdũ. Cuius quidem grãe capacissimũ est oĩm poema. Quia enim non rẽ sequtur oro, sed uoluptati oronis res aptatur, utq; maxĩe placitura sunt, sic oĩa finguntur, idcirco summa ẽ ei captãdæ uenustatis istius in oro ne libertas. Proxima est historia, seuerior tñ & cõtractioris frontis, ut quã illæsa ueritate ludere oporteat. Ciuilis etiã oro in narratiõibus, sæpe etiã & in argumẽtãdũ uel ueris psonis uel fictis affectꝰ suaq; uerba tribuit, & nõ paꝛ hac oronis grãe sibi indulget. Ne in dialogis qdẽ philosophi expertes huius laudis fuere. Est apud Platonẽ uidere, tã diligẽter effictas differẽtes psonas, ut nõ Platonis, sed psonæ: nõ uerba audire, sed uultus intueri uideaꝛis. In his, in qbus ipsa philosophi loqtur pſona, aut si q̃ sunt quæ posita sunt extra actꝰ reꝛ, extraq; affectus, exiguus relinqtur istis locꝰ. Hocq; p̃cipue hac in pte, cũ ipsi disserẽtis psonæ tribuitur oro, delectat, qd & in alis oĩbus gñibus, quæ diximus, gratissimũ est, si boni emineant dicẽtis in orone mores, hoc est, si nõ sit de se arrogans, si de alĩs modesta oro, si benignũ cãdidũq; de

rebus proferat iudicium. In primisq; placet simplicitas illa, omnia in melius flectētis. Iuuat tamen interim libertas dicentis, sine aliena contumelia, quid sentiat. Harumq; rerum, sicut omniū in dicendo uirtutum obseruātissimus fuit ubiq; Cicero. Sunt & præter hæc in oratione quæ delectant, quæ propria sunt orationis, sententiæ graues, acutæ, nouæ, expectatæ, dicta facete, amare, salse, prudenter. Ornamenta etiam omnia uerborū, sententiarum, & compositionis. Sed hæc eloquendi ratione continentur, & idcirco ab his, qui huius rei præcepta tradiderunt, expetenda.

¶Scholia in caput quartum.

TAmetsi ut alio docuimus loco.) Libri secundi capite decimoquarto. ¶ Delectatio, ut diximus, quia permotio est cognitiuæ uirtutis.) Superioris libro dictū hoc fuit. Delectare est tale aliquid adhibere, cuius sensu atq; perceptione is qui accipit, gaudet. Vel, est aliqd facere, quod sit sensui eius qui id percipit accōmodatū. ¶ Et reliqui suo quisq; obiecto.) Quæ sint obiecta singulorum sensuum, dictū nobis est libri primi capite undecimo. ¶ Quorū tamen maxime sunt liberalia, quæ oculorū auriūq; studia morātur.) Pulchrū me hercules hac de re caput est

Voluptas gustus et tact⁹ turpissima.

apud Aulum Gellium lib. decimonono: Quinq;, inqt, sunt hominũ sensus, quos græci ἀισθήσεις appellãt, p quos uoluptas animo aut corpori quæri uidetur, gustus, tactus, odoratus, uisus, auditus. Ex his omnibus quæ immodica uoluptas capitur, ea turpis atq; improba existimatur. Sed enim quæ nimia ex gustu atq; tactu est, ea uoluptas sicuti sapientes uiri censuerunt, omnium rerum fœdissima est. Eosq; maxime, q duabus istis beluinis uoluptatibus sese dediderunt, grauissimi uitij uocabulis græci appellãt ἀκολάστους uel ἀκρατεῖς. Nos eos uel incõtinẽtes dicimus uel intemperãtes. ἀκολάστους enim si interpretari coactius uelis, nimis id uerbũ insolens erit. Istæ autẽ uoluptates duæ gustus atque tactus. i. libidines in cibos atq; in Venerem prodigæ, sola sunt hoĩbus communes cum bestijs: & idcirco in pecudũ ferorumq; animalium numero habetur, quisquis est his beluinis uoluptatibus præuinctus. Et paulopost: Quis igitur habens aliquid humani pudoris, uoluptatibus istis duabus coeundi atq; comedẽdi, q̃ sunt hoĩ cũ sue atq; asino cões, gaudeat?

Socratis uerbum.

Socrates quidem dicebat multos homines propterea uelle uiuere, ut ederent & biberent: sese bibere atq; esse, ut uiueret.

Hippocrates de coitu.

Hippocrates autem diuina uir scientia, de coitu uenereo ita existimabat, partem esse quandam morbi teterrimi, quem nostri comitialem dixêre. Nanque ipsius uerba hæc traduntur, συνοσίαν εἶναι μικρὰν ἐπιληψίαν

Plumbeo pede.

¶ Plumbeo, quod aiunt, pede) Hoc est, quasi suspenso

ac minus firmo gressu, pedetētim, paulatim. Cicero quodā in loco frigidū argumentū plumbeum pugionē appellat. Quē eundē sensum habet & illud, plumbeo iugulare gladio. ¶ In cōcione) Ad populum, ad Quirites. ¶ Quā cōtra legem agrariā) Hæc est lex illa agraria, de qua toties mentio fit apud autores, quæq; oīm prope bellorum ciuiliū fons et origo fuit. Primus eā promulgauit Sp. Cassius regni affectator Secuti eū sunt multi, qui id ipsum fecēre. Verum maximos oīm motus hac in re excitarunt C. & Tiberius Gracchi. Occasio eius legis ferendæ fuit eiusmodi: Solebant Romani, quantum uicini agri hostibus ademissent, partim uenundare, partim redigere in publicum, & tenuioris fortunæ ciuibus modica pensione utendum locare. Sed posteaquam diuites, ita ut fit, augere eas pensiones cœpêre, & pauperes à conducendis agris excludere: lata lex est, qua supra quingenta agri iugera ciuis Romanus habere prohibebatur. Verū ea lex paucos admodū annos cōtra locupletes auxilio fuit. Ac principio qdē subornati sunt alij qdā, q in illorū usum agros cōducerēt. Deinde uelut abrogata iā lege, ipsi etiam suis editis noīb⁹ oīa occupare cœperūt. Cui tā inexpletæ diuitū auaritiæ, sæpe à tribunis plebis, cū maxīo reipub. motu obuiā iri cœptū, id quod tpe Ciceroīs fecisse et Rullū, facile ex ipsius Ciceroīs cōtra Rullū oroīne apparet. Nec eē q Gracchanas actiōes īprobet) Duo fuēre Gracchi Gracchi q̄rū hic facit mētionē Cicero, Cai⁹ et Tiberi⁹: qb⁹ tāta cura fuit rogādæ ferēdæq; legis agra Lexagraria.

riæ, ut perire maluerint ambo, quàm ab ea actione desistere. Et Tiberius quidem ductu P. Scipionis Nasicæ, Caius L. Opimij consulis ductu occisus est. Vitã utriusque scripsit Plutarchus.

¶ Copia breuitatecꝫ facilime aut offendi auditorem aut delectari. Quare non absre fore, si de his quoꝫ paucis agatur. Tum, quo modo copiose, quo modo breuiter dici possit. Quis utrobiꝫ seruandus modus. Et quibus breuitas, quibus hubertas orationis conueniat. Cap. V.

Hubertatem copiamq; orationis triplici rõne constare.

COpia uero & breuitas in dicendo, qm̃ præsertim istis inter cætera delectamus & offendimus, cõstantꝫ etiã in uẽtione ista, non alienum uidetur ab instituto nostro, paucis de his dicere. Constat autem orationis hubertas, uel qa pauca quidem, multis tamen eloquimur: uel quamuis paucis dicamus, congerimus tamen multa, atꝫ ut non magnitudine, aceruo tamen rerum tendimus oratiõ: uel quod affluentissimũ est, multa dicimus de multis. Si ostenderimus autem quomodo multa, & quõ multis dicatur, tria hæc cuiusmodi sint, facile erit perspectu. ¶ Multa dicuntur, & expositiõe & argumẽtatiõe. Expositione dicũt multa, cũ nõ satis habem⁹, summas tm̃ rerũ explicare, sed partes omnes prosequimur. Qui

Multa quõ dicamus expositione

dicit enim, Iuno oderat Troianos, nauigãte ex Sicilia Aenea classem eius disiecit uitempestatũ, quarum impulsu delatus ad Africam Aeneas, à Didone hospitio benignissime est acceptus. Hoc qui dicit, totũ primum Aeneidos librum complexus uidetur. Qui uolet aũt paulo huberius dicere, ille quidem causas odiorum, propter quas infensa Troianis erat Iuno, recensebit. Deinde, ut è Sicilia nauigarint, solicitatum à Iunone Aeolum, ut tempestatem classi immitteret. Non tamen ille preces Iunonis effinget, non pollicita Aeoli, nec quo pacto immissa sit Troianis aut iactauerit eos tempestas prosequetur: sufficiet tempestate disiectos fuisse demonstrare, atq; diuersos alium ab alio, ad littora portusq; africanos esse delatos. Nec Veneris ille querelas, nec Iouis responsa, quibus futurus rei Romanæ status explicatur, attinget. Post tẽpestatẽ, refectis corporibus atq; confirmatis animis sociorum benigno alloquio Aeneæ, tum ut explorandorum locorum gratia profectus sit Achate comitatus, Carthaginẽq; puenerit: cuius urbis cõdendæ causam, & Didonis casus,

breuius qui dicit explicabit suis uerbis: q̃ ut describēda Venere, & querelis Aeneæ, iactatisq; hinc inde uerbis eius, effingat. Deinde, ut in templo Ilionea & socios reginæ implorantes fidem, ne littoribus arcerentur, agnouerit, agnoscēdumq; se eis & reginæ præbuerit. Nihil hic ad ordinē rex pertinuerint res Troianæ, pictura in templo expressæ: nihil Didonis pulchritudo, aut tēpli forma descripta: nihil reliqua multa, quæ ut ornandis rebus immēsum, ita cognoscendis nullum attulerint momentū. Poeta ēm acerrimi ingenij iudiciq;, non magni sane putauit, q fuerint casus, aut ordo rerū Aeneæ, quæ etiā uix tenuis ad ipm puenerat fama: sed sumpta illius persona, uoluit tāq; in speculo quodā uarietatē rex hūanarū uitamq; & mores hoīm spectandos ꝓponere. Quæ cuncta, ut maiore uoluptate cōmendaret, late fudit, quo oronis rexq; decorē & gratiā, quæ in angustioribus delitescunt, in ipsa amplitudine per oēs posset numeros explicare. Quin & hæc ipsa multo poterunt effusius dici. Nam in causis odiox recēsendis, singulæ causæ lōgissimax narrationū

Præcipuus scopus Aeneidos Vergilianæ.

sunt capaces. Et quod postea dr: Vix è cõ spectu Siculæ telluris in altũ Vela dabãt: hic & quæ sit Sicilia describi põt, & quæ fuerint manẽdi ibi rursusq; discedẽdi causæ, & apparatus discessionis, & iã ipsa experimetur nauigatio. Sic uidemus in plũs narrandis, tm̃ quæ acies cui cesserit, & q̃rum partiũ eques pedesue alterius pfligauerit equitem aut peditẽ. Singulorũ rara fit aut perq̃ breuis mentio, nisi imperatorum, aut eorũ qui ordines ducunt. idcirco in angustum pugnæ apud eos colligũtur. Apud poetas, singulæ pugnæ singula sæpe implent uolumina. Qm̃ non exercituum solum, sed singulorum hominũ casus effingunt, quo magis uarietate & reb⁹ sub aspectu ponendis delectent. Sed & singulorum casus quantum possint extendi, Aeneæ & Turni apud Vergiliũ, Polynicis & Eteoclis apud Statiũ, facile declarat descriptio. ¶ Dicimus uero argumentando multa, & quando propositam quæstionem in multas quæstiones diducimus, & quæstiones numerosis colligimus argumentationibus, argumentationesq; alijs super alias probationibus confirmamus:

Argumẽtatione quõ multa dicamus.

etsi quid exponendum in argumentatione, non contēti caput rei annotasse, totum ordinē eius recensemus, Vt qui probet, uirtutis nomen etiā improbitati ueerandum esse, qm̄ piratæ fama Scipionis adducti, Liternū ubi exulabat, profecti sint: & cum cōspexissent eum, abierint rursus. Id qui iam uolet eo pacto, quo superius oñdi, ulterius exponere, & ubi sit Liternū, & q̄re illic exulauerit Scipio, dicet: & in reliquo expositiōis ordine, Scipioni piratisq̄ suam dabit, si uidebitur, oronē. ¶ Multū aūt dicimus una de re. i. quoties libuit, circa unam rem hæremus, quodq̄ paucis dici potuit, idipsum late spargimus. Idq̄ tribus illis maxime fit modis, qbus diximus rem unam in multa diduci, diuisione, partitione, & dinumeratione: quæ quid sint, suo loco diximus. Ergo si quis uolet dicere, uirtutē Ciceroni rēpu. tractanti aptissimam esse, uirtutem diuidet, proq̄ ea religionē, pietatē, iustitiā, fortitudinē, magnanimitatē, cōstantiā, tēperantiā, modestiā, prudētiam, fidē, & reliquas uirtutis species ponere pōt: pro republica partes eius, ut sunt patres, & plebs, inopes, poten

Quō pauca multis dicantur

tes,pauperes,diuites.Deinde Ciceronem per adiacentia,aut actus, aut effecta dinumerabimus:ut quifacundus sit,q doctus, qui nouus hō,q consularis, q causas agat, & quotidie in iudicijs concionibusq uersetur , quæq reliqua sunt huius generis. Possunt igitur hæc omnia, uel inter se cōiungi, & unumquodq unicuiq, put est cuiusq naturæ maxime consentaneum, aptari:uel sic, ut integra cū diductorū numero cōponantur: ut primum diuisa uirtute,& manentibus reliquis dicamus,certum est religionem,pietatē,iustitiam,fortitudinem,& cæteras quas diximus uirtutum species,necessarias esse Ciceroni tractanti rempub. Deinde rursus dispertita repub. nec quenq dubitatur, quin Ciceroni,q inter patritios,plebeios,potentes, inopes,& reliquas reipub. partes uersetur, opus sit habere uirtutē.Post hæc,dinumeratis his quæ Ciceroni adsunt: non enim fieri posse,ut qui facundus,doctus, & hō nouus,honoribus functus,quæq reliqua huiusmodi sunt,rempublicā administret, ut id recte faciat sine uirtute.Probationū habent ista faciem,possuntq probationes

esse, si quod primum ē propositum, tanq̄ dubium accipiatur: nunc tñ non in eū adhibentur usum. Alioqui quo minus ociosa & supina uideantur, non inepte probationes aliquæ interspargerent. Possumus itaq̄ hoc pacto, cū usum fuerit, unā pluresue res in oratione positas spargere, & & unāquanq̄ nō uno solū, sed tribus illis quos diximus explicare modis. Quæ quidem ꝓpositū respicientibus exemplū, cū tentatu factuq̄ haud eē difficilia credā, nihil ē necesse suis exemplis indicari.

Alia rō multis dicendi, magis rhetorica.

¶ Est & alia ratio dicendi copiose, quæ fit, cum unam eandemq̄ rem iterū atq̄ iterū enumeratis dicimus uerbis. Quō plerunq̄ uidemus apud Ciceronē, nō singula modo uerba, quod crebrum est uidere apud autores, sed totos locos repetitos, in eis pſertim orationibus, quas iunior edidit, q̄ ætate, sicut semper alioqui, sic tū præcipue, omnis affluentiæ cultusq̄ in dicendo cupidus extitit. Sed hæc eloquendi, non inueniendi præceptis comprehenduntur, & diuersa sunt idcirco à nostro instituto.

Breuitas in expositione.

¶ Breuitatis ratio facilior est. Quarū ēm rerum collectione copia paratur, earum

rursus prætermissiõe breuitatẽ cõsequemur. Cõtraria em̃ (ut in uulgato uerbo) cõtrarijs oriũtur causis. ¶ Breues erimus in exponendo qdẽ, si trita oĩbus breuitatis sequemur præcepta, hoc est, si rem nõ à primis utiq; initijs, sed solũ quatenus instituto nostro sufficit ordiamur. Aeneas utiq; apud Vergilium narraturus insidias Græcorũ, non labores periculaq; bellorum quibus perfuncti erant, recẽset: sed protinus cœpit: fracti bello fatisq; repulsi. Deinde, ut in reliquo decursu expositionis, qcquid ad rẽ nostram nõ pertinet, p̃termittamus, cuiusmodi est: Dixit & multa alia, quæ nunc nõ est narrandi locus. Et dixit quæ ad rẽ pertinere putabat. Et respondit quæ sibi uisum est. Quæ moderatio plerisq; nostra ætate studia tractantibus usq; adeo deest, ut non solũ uelint qcquid de re dici possit, exequi, sed etiã cuiuscunq; ulla parte potest inferri mentio, id undique quæsitum accersant, & quanquam diuersa, quamuis repugnantia proposito suo, uiribus detorta tamen incucent: ex quo iam in friuolis plerisq; & leuissimis quoq; rebus, nullus scribendorũ

De breuitate in exponendo præceptũ primum.

Secundũ.

Tertium

uoluminũ neq; modus neq; finis fit. Post hæc, si non singulas rerum particulas dicendo prosequemur, sed satis habebimus summas & uelut fastigia rerum perstringere. Cuius rei cum multa sunt apud autores exempla, cuiusmodi est apud Vergiliũ: Punica regna uides, Tyrios & Agænoris urbem: & tota fundatæ Carthaginis explicatio, quæ sequitur. Item in quinto: Interea Aeneas urbem designat aratro, Sortiturq; domos, hic Ilion, hæc loca Troiæ: Et reliqua. Sic apud Terentium: Placuit, despondi, hic nuptijs dictus est dies. Tũ p̃cipue poterunt istud oñdere argumenta comœdiarum, quæ paucissimis uersiculis, totum fabulæ complexũ continent. Et declamationum themata, quæ cũ breuia admodum sint, uerbosis exponuntur plerunq; in declamatione narrationibus. Sic & apd̃ scriptores reȝ, crebro uidem⁹ copiose fuseq; res dictas ab alijs, rursus ab alijs in paucissima uerba cõtractas. Postremo, si quid uel ex p̃cedentibus aut sequẽtibus satis põt percipi, ut id ne dicamus quidẽ. Qd̃ solet aũt adhĩci, ne bis eandem rẽ dicamus, id cui p̃cipiendũ est, ignarũ

Præceptum 4.

esse quid sit breuitas, oportere credã. Ex sequentibus p̃cedentia intelliguntur, ut apud Vergilium in quinto: Gaudet regno Troianus Acestes. Ex eo, qđ quidem nõ dixit poeta, satis perspicitur, imperio Acestæ subdidisse urbem recens conditã, & depositos in eo Troianos. Sic apud Terentium in Andria, ex eo quod dixit Crito, Eius morte ad me lege redierunt bona: nec mortuam eam esse, nec cognatam sibi p̃dixerat, utrunq; tñ ex eo colligitur. Ex p̃cedentibus, ut quoties mandata, consilia, causasue explicuimus, quibus uel ordo sequentium rerum, uel uis facile perspicitur, quale est in Phormione Terentij: Est parasitus quidam Phormio, & quæ sequuntur. Deinde subĵcit: Ego te cognatum dicam, & tibi scribam dicam. Non dicit, hoc dixisse Phormionem, quod ip̃m ex figura uerborũ facile perspicitur. Sed hoc quidem prioris loci exemplum est. Quod aũt huius ẽ loci, postq̃ totũ ordinẽ consilĳ recensuit, deinde rem ipsam, quæ hoc pacto gesta est, cũ posset hinc cognoscí, solum dixit, Persuasit homini, factũ ẽ, uentũ est, uincimur, duxit. ¶ Argumẽta

In argumentãdo breuitas.

tionum breuitas in eo posita est, si primũ uel recidamus multitudinem quæstionũ, uel quæ si fusius tenderẽtur, quæstiones futuræ erant, eæ breuiter argumentationum specie colliguntur. Tũ si quas sumimus quæstiões, q̃ paucissimis argumẽtatiõibus cõfirmemus. Sed ne argumentatiões qdẽ late fusęcq; colligamus, ueẏ nõ nunq̃ pro tota argumẽtatione solã ponamus propositionẽ. ut: Quid repetã exustas Erycino in littore classes? Quid tẽpestatũ regẽ, uẽtosq; furẽtes Aeolia excitos? Singulæ argumẽtationes singulis ppositiõibus explicantur. Qñq; singulis propeuerbis dẽsamus argumẽta. Vt apd eũdẽ autorẽ: Quin natã egregio gño, dignisq; hymenæis Des pr̃, & pacẽ hãc æterno fœdere firmes. Pro eo qd dicere ĩstituit, ut natã daret Aeneæ, inqt, natã egregio gño: argumentũ est. Idcirco enim colligitur dandã eam esse Aeneæ, qm̃ sit egregius gener. Sic quod subdidit: dignisq; hymenæis: q̃q̃ id priori prope sit idem. Sic etiã, Des pr̃, & curã filiæ, & potestatem uno nomine collegit. Sic quod postremum posuit: & pacem hanc æterno fœdere firmes, Bre-

uius adhuc est, quod Dido inquit, cū causam quare coniugium auersaretur dixisset, subiecit: Huic uni forsan potui succūbere culpæ. Cū uellet mollire faciē amoris sui, huic uni dixit, quasi iustior esset sibi uenia hac in parte, quæ nulli alteri delicto locum esset datura. Et culpæ dixit, nō peccato, non crimini. Nec tñ dixit admissurā se: sed, potui inquit, & forsan, & succūbere: ut non factura ipsa, sed amoris impetu uictum iri uideretur. Hoc itaq; pacto cōsequemur, ut qñq; q̄uis multa, breuiter tamē dicamus. Nec cm̄ fieri poterit, ut hac densitate stipemus argumenta, si uelimus singula eis, quos superius dixi, modis dilatandi, id est, uel diuisione, uel partitiōe, uel dinumeratione, diffundere. Breuitas igitur his rebus maxime constat. ¶ Magni est & uel præcipui in dicendo iudicij opus, quis sit orationis commodissimus mod⁹, & quo fere sit breuitas copiaq; claudenda. Nec sane res est, quam facile præceptis comprehēderis: quoniam autores quorum obseruatio primam edēdorum præceptorum uiam aperuit, non eundem omnes in dicendo statuere modum:

Quis modus inter copiā humbertatēq; seruādus.

cum alijs plena & quodam affluentiæ im-
petu rapta probetur oratio: alijs astricta
& arguta, & neruis magis q̃ carne cõmen
data eloquentia, placeat. Quoq; difficilius
sit hæc in alterutram partẽ uel damnare
uel laudare, duo maximi omnis æui in di
cendo uiri effecere, Demosthenes & Cice
ro, quoꝝ uter fuerit eloquentiæ laude pri
or, magna fuit sp, eritq; cõtentio inter utri
usq; doctos linguæ, cũ quisq; uelut patriã
hanc laudem, nõ sine magnis atq; dijudi-
catu difficilibus asserat causis. Cũ ergo De
mosthenes breuitatis fuerit amantior, Ci
cero copiæ: & (ut Quintiliani iudicio hui-
à me sententiæ repellam inuidiam) illi ni
hil possit detrahi, huic nihil adijci, nõ erit
utiq; facile inter dissentientia tantoꝝ uiro
rum iudicia, utrũ sit potius, inuenire. Si
quis tñ certã aliquã & uelut pfinitam po
stulet legẽ, haud inuenio qd rectius ei re-
spondeat, q̃ medium illud, qd̃ inter nimi
um parumq; est, quod modũ uocãt, id ut
in omni re, sic in hac etiam optimum esse.
A qua si quis alterutram in partẽ aberrae
bit, minus quidẽ erit mea sententia culpã-
dus, qui in id quod plus, q̃ quod minus é,

deflexerit. Nã q minus dicet, aut nõ intel
liget satis, aut nõ satis pbabit: dicẽtisq; cul
pa, rei dãno de q̃ dr̃, luet. At si plus dicat,
q̃nq̃ dicẽti forte sit qđ obr̃ci possit, nullo
tñ id rei uel intelligẽtiæ uel fidei detrimẽ
to constabit. Satius itaq; fuerit sp, uel fasti
diri potius dicentem, q̃ rem parũ proba-
ri. Modus aũt quem dicimus sequendum
esse, ex instituto dicentis maxime definiẽ
dus erit. Pro cuiusq; enim destinatione, ut
uel docere, uel mouere, uel delectare cu-
pit, optimus putandus erit eẽ modus, quo
poterit quiduis horũ consequi, qui dicit.
Ergo in rerum auditorumq; discrimine,
tota huius rei posita est ratio. Partẽ tñ nõ-
nullã sibi uendicabit qui dicet. In his itaq;
rebus, in quibus credentem fingimus au-
ditorem, docendiq; tm̃ dicimus causa, ut
in rebus gestis explicandis, tradenda rerũ
natura, artium p̃ceptis docendis, reliqsq;
id genus, quæ prope expositione tradun-
tur, breuitas fere gratissima est, quoniam
id quæritur solũ, ut intelligat qui audit.
At cum res est cũ aduersario, qui peruin-
cendus est oratione, uiribus est opus, quæ
plerunque mora plus, q̃ impetu ualent.

Quouſq; nõ ꝓbauerimus ergo, qđ ſumus aggreſſi probare, quatenus tñ rei materia ꝓbationem accipit, non uidebimur legitimam dictionis impleuiſſe menſurã. Quicquid autẽ ſuperabit, id huic inſtituto putabimus ſuperuacuum. Mouendi (quoniam, ut ſæpe iamdiximus, non eſt alius motus, q̃ uehemens quædam ꝓbatio) idem modus eſt, qui docendi. Delectationi latius plerunq; indulgetur. Vnde fit, ut quæ poterãt perſæpe pauciſſimis abſolui, poſtquam occupauit aures audiẽdi uoluptas, noſtræ oblectatiõi largiſſima demus atq; expetamus tempora, cum rebus alioquin q̃uis anguſta ſufficerent. Ex eiſdem cauſis quas diximus uenit, ut doctis, prudentib. grauibus uiris, ſeueris auditoribus, breuior oratio paretur. Facilius enim, uel docẽtur, uel uolunt uideri diſcere: minuſq; affectibus uel dicendi illecebris, obnoxios ſe ꝓbent. Populus atq; omnis promiſcua multitudo, omni copia, impetu, ſplendore q̃ dicendi eſt demulcendus. Idcirco ad illos cuncti pandunt eloquentiæ ſinus. Nec ſane eſt ulla maior eloquentiæ fax, quæue acriores ſubiiciat dicenti ſtimulos,

Apud quos ſit breuiter aut copioſe dicẽdũ.

q̃ latissima audientium corona. Eis autẽ qui dicunt, magnanimis quidem, & acribus, & indoctis, siue sint tales, siue affectẽt uideri tales, aptior est breuis dictio. Quoniã magnanimi natura sunt imperiosi, fidemq̃ non tam orationi, q̃ personæ deberi putant. Et principes singula uerba sua uelut legem accipi uolunt, ut quos sæpe q̃is pauca grauent uerba, & qui solis nutibus suis deberi obsequiũ credant. Vñ & in Græco prouerbio est, dominos seruis suis monosyllabos esse. Acres, magis urgere uidentur breuitate. Indocti non habẽt, unde copiam parent. Ergo quamuis persæpe multa sint eis dicenda, singulis tamẽ breuitas magis conuenerit, ut quanquam longa, accelerata tamen dictio uideatur. Contra humilioribus, sedatis, prudentibus, doctis, sectãda magis est hubertas. Hi sunt enim, qui uidentur & uelle posse rẽ quamlibet exacte docere: & non solum quod sit unumquodq̃, oñdere, sed rõnẽ quare ita sit oñdere debere. Sic rebus etiã perplexis, dubijs, numerosis, grandibus, adhibẽda ẽ copia. Tenues uero, & nullius

Quibus breuitas, quibus hubertas in dicẽdo cõueniat.

Quibus in rebus & quibus orationis

partibus breuitas aut copia cõueniat.

mometi,aptæq; &simplices, breuiter dicẽ tur.Breuiter em̃ possunt doceri.In partibus oronis,siqdẽ argumẽtatione constet oro,longior expediet dictio,ut quæ fidẽ sit maiori labore factura. Expositioni in uniuersum breuitas est aptior,quanq̃ expediant nõnunq̃ etiã in suo gñe narrationes huberiores, ut sicubi res repetẽda altius, uel pʃertim si sit inserẽdus acrior affectus,si quẽadmodũ solet, retinẽdus uoluptate sit auditor. Oĩs tñ in suo gñe expositio,debet argumẽtatiõe breuior esse. De exordio & cõclusiõe cũ re deliberandũ est,& cũ oronis etiã magnitudine: sic ut meminerimus partes eas, & uelut accessiões oronis eẽ,nec rei docẽdæ, sed auditoris cõciliandi causa paratas. Facilius itaq; qs copia in eis q̃ breuitate peccauerit.Nisi tñ pʃens rex cõditio, latiorẽ etiã in his partibus dictionẽ poposcerit:tunc utilitati nimiæ cedẽt pcepta, quæ in hoc præcipiũtur solum, qm̃ credũtur utilia. Quòd si cõtrarium res ipsa tulerit, sicut in omni uita solemus,sic in oone, nõ qđ alias,q̃q̃ sæpe,laudatũ:sed quod nũc,q̃uis in pñtia solũ, fuerit optimũ sequemur.

SCHOLIA IN CAPVT V.

COpia uerò & breuitas.) Fit hoc sæpenumerò apud autores, ut casus quispiam, interpositò relatiuo, quasi absolutè ac sine uerbo ponatur. Cicero ad Trebatium familiarium epistolarum libro septimo: Cn. Octauius tuus familiaris, summo genere natus, terræ filius, is me quia scit tuum familiarem esse, crebrò ad cœnam inuitat: adhuc non potuit perducere, sed mihi tamen gratum est. Idem in secunda Philippica: Agrum Campanum, qui cum de uectigalibus eximebatur, ut militibus daretur, tamẽ infligi magnũ reipub. uulnus arbitrabamur, hunc tu compransoribus tuis & colluſoribus diuidebas. Rursus in Verrem: Nam quis hoc non intelligit, istum absolutũ dijs hominibusq; inuitis, eum ex manibus populi Romani eripi nullo modò posse? Verum in hisce omnibus idẽ casus repetitur, ac proinde usitatior est locutio, & apud Ciceronem frequens. Rarius est quod hic fecit Rodolphus, à quo hi nominatiui, copia & breuitas, ita in principio orationis ponuntur, ut nullum prorsus uerbum accedat, ad quod ullo modo referri queant. Quod ut apud alios quoq; interim fieri, temerè ego negare non ausim, ita sanè quàm rarum atq; inusitatum id esse, planius est, quàm ut quisquã possit ire inficias. Et ut semel dicam quod sentio, aut ego planè fallor opinione mea, aut hic quoq; unus est ex locis illis, quos si recognouisset Rodolphus, emũctiores proculdubio in lucem prodissent. ¶ Per omnes posset numeros.) Perfectißimè, absolutißimè. ¶ Quomã Pirate ad Scipionẽ.

tæ fama Scipionis adducti.) Hac de re ita legis apud Valerium Maximum, libro secundo, capite de maiestate: Ad Aphricanum eundem in Literna uilla se cõtinentem, complures prædonum duces uidendum eodem tempore forte confluxerunt. Quos cum ad uim faciendam uenire existimasset, præsidium domesticorum in tecto collocauit, eratq; in his repellendis & aĩo & apparatu occupatus. Quod ut prædones animaduerterunt, dimißis militibus, abiectisq; armis ianuæ appropinquant: & clara uoce nunciant Scipioni, nõ uitæ eius hostes, sed uirtutis admiratores uenisse, conspectum & cõgressum tanti uiri, quasi cæleste aliquod beneficium expetentes, proinde securum se nobis præstandum præbere ne grauaretur. Hæc postquam domestici Scipioni retulerunt, fores reserari cosq; intromitti iußit. Qui postes ianuæ tãq; aliquã religiosißimã arã sanctũq; templũ uenerati, cupidè Scipionis dextram apprehenderũt: ac diu oscułati, positis ante uestibulum donis, quæ deorum immortalium numini consecrari solent, læti, quia Scipionem uidere contigisset, ad lares proprias uenerunt. ¶ Vbi sit Liternum.) Strabo libro quinto id oppidũ esse ait Cãpaniæ, inter Sinuessam & Cumas, fluuiũq; eiusdem nominis præterfluere. ¶ Quare illic exulauerit Scipio.) De hoc lege T. Liuij de bello Macædonico & Asiatico librum octauum. ¶ Diuisione, partitione, dinumeratione.) Hæc quid sint explicatum est libri primi capite septimo & nono. Illud hoc loco obseruet lector, eandem esse, quam hic dinumerationem

Liternũ.

uocat Rodolphus, & quam illic enumerationē. ¶ Qui nouus homo.) Ita dicebantur, qui nullas demōstrare possent maiorum suorum imagines, aut illorū res gestas uirtutesq; iactare: sed sua ipsi uirtute ac industria honores essent adepti. Sic Iphicrates ille Athenienſis, obijciēte sibi quodam, quod nouus homo eēt, mei (inquit) generis splendor à me incipit, tui in te desinit. Et Cicero in Saluſtium: Ego, inquit, maioribus meis uirtute mea præluxi, ut si prius noti nō fuerint, à me accipiant initium memoriæ suæ: tu tuis, uitæ, quā turpiter egisti, magnas offudisti tenebras: ut etiā si fuerint egregij ciues, certè uenerint in obliuionem. Quare noli mihi antiquos uiros obiectare, satius est enī me meis rebus gestis florere, q̄ maiorum opiniōe niti: & ita uiuere, ut ego sim posteris meis nobilitatis initium & uirtutis exemplum. ¶ Aeneas itaq; apud Vergilium.) Secundo Aeneidos. ¶ Punica regna uides.) Verba sunt Veneris ad Aeneam, primo Aeneidos libro. Sic apud Terētiū: Placuit, despondi.) Simonis illius Terentiani uerba sunt, in Andria. ¶ Quid repetā exustas.) Sic Ven⁹ Aeneidos lib. decimo. ¶ Quin natam egregio genero.) Drācis oratoris uerba sunt, apud Vergilium libro undecimo. ¶ Quod Dido ait.) Aeneidos libro quarto. ¶ Demosthenes & Cicero.) De his Fa. Quintilianus libro decimo: Oratores uerò uel præcipuè, inquit, Latinam eloquentiam parem fa cere Græcæ possunt. Nam Ciceronem cuicunque eorum fortiter opposuerim. Nec ignoro, quātam mihi concitem pugnam, cū præsertim id non sit propositi,

Nouus hō

Iphicrates nouus homo.

Præstare sua uirtute florere, q̄ maiorū opinione niti.

Demosthenis & Ciceronis. comparatio.

ut eum Demosthenicomparē hoc tempore. Neq; enim attinet, cum Demosthenem in primis legendum, uel ediscendum potius putem. Quorum ego uirtutes pleraſq; arbitror ſimiles, conſilium, ordinem, diuidēdi, præparandi, probandi rationem, omnia deniq; quæ ſunt inuentionis. In eloquendo eſt aliqua diuerſitas, denſior ille, hic copioſior: ille concludit aſtrictius, hic latius pugnat: ille acumine ſemper, hic frequenter & pondere: illi nihil detrahi poſſet, huic nihil adijci: curæ plus in illo, in hoc naturæ. Salibus certè & commiſeratione, qui duo plurimum affectus ualent, uincimus. Et quæ ſequuntur. ¶ Quod modum uocant. Notū eſt illud Heſiodi μέτρον ἄριστον παντὸς: et Horatius: Eſt modus in rebus, ſunt certi deniq; fines. Quos ultra citraq; nequit conſiſtere rectum. Itē Pho cylides: μέτρον ἄριστον ἅπαντα. &c. ¶ Minus quidem erit mea ſententia culpandus.) His planè conſona ſunt, quæ habet Quintilianus libro quarto capite de narratione. Et rurſus libro duodecimo: Nō enim tam obeſt, inquit, audire ſuperuacua, quàm ignorare neceſſaria. Cicero tamen in oratore: In omnibusq; rebus (inquit) uidēdū eſt, quatenus. Etſi enim ſuus cuiq; modus eſt, tamē magis offendit nimium quàm parū. ¶ Nec ſanè eſt ulla maior eloquentiæ fax.) Quantū uim habeat in excitando oratore corona aſtātium, de ea re nonnihil attigimus libro primo. ¶ Dominos ſeruis ſuis monoſyllabos eſſe.) Solent enim domini imperioſiores rem indignam cenſere, ſi pluribus uerbis ſit utendū ad ſeruos. Atq; adeo dimidiatis interim ſe

Modus.

Plúsne an minus dicendo magis peccemus.

miplenis q̃; uerbis sat habent, si quid actũ uelint, significare. Quòd si quis paulo hebetior, non uel ex nutu uel ex duabus ad summum syllabis qd sibi Chremes ille suus uelit, statim intelligat, hui quæ tum ibi obiurgationes? quæ fulmina? quæ tonitrua? & quid nõ? Cælum ruere credas, & Iouem ipsum cum omni strepitu suo inde decidere. ¶ Tunc utilitati cedent præceptа.) Quid enim stultius, quid ineptius, quàm cũ dispendio causæ adhærere uelle præceptis? quæ in hoc modo sunt inuenta ut prosint, non etiam ut officiant. Porrò ad exactam totius huius capitis intelligentiã, plurimum momenti attulerint libri Erasmi de Copia, & quæ de narrandi breuitate præcipiunt rhetores.

DE DISPOSITIONE, AC PRIMVM eius orationis, quæ expositione constat.

¶Iam deinceps tractandum esse de dispositione Cæterum cum dispositio certum aliquem requirat ordinem, idcirco prius uidendum esse, quotuplex ordo sit rerum. Hunc q̃ triplicem esse, naturalẽ, arbitrarium, artificialem. Atq; ex his primum rursus, quatuor spectari modis, tempore, natura, positiõe & dignitate. Caput. VI.

DE ratione inueniendi, quam commodissimam crediderim, sit nobis hactenus dictum. Nec solum quibus è locis faciẽda esset, sed qua facilime uia nos ad inuentionẽ eius quod quaq; de re quæreretur perduceret, q̃ potui conatus sum apertissime tradere; dixiq;, quæcunque

utilia huic instituto, pro captu meo putaui, ut non optimo forsitan euentu, optima certe fide. Reliquum est, ut de dispositione pauca subiiciamus. Et sunt quidem pauca, quæ de ipsa dicantur. Nec enim res est, quæ constet ita multis præceptis. Aristoteles in rhetoricis ne attigit quidē hāc partem, in octauo topicorum perpauca tradidit. Nec multo plura Cicero & Quintilianus, quiq; alij de ea re dixere. Quo excusatius nobis fuerit, si breuius eā perstringamus. Quam quidem si præterissemus in totum, eam poteramus fortasse Quintiliani autoritate culpam tueri: q cum de diuisione, hoc est, de ratione controuersiarum in singula quæstionum capita diducendarū dixisset, copiosissimeq; esset hunc locum executus, de disponendi deinde arte, nullis perpetuis legibus statui credidit posse, sed consilium sumi ex præsenti rerum conditione. ¶Ego quēadmodū inueniēdi uiā, ita collocādi quæ inuēta sunt, formā etiā quandā eē puto. Quæ qdē ut uaria multiplexq; sit, neq; in uniuersum demōstrari queat: dicētur tñ ea, quæ creberrime conueniet facere.

Iam deinceps de dispositione esse agendum.

Esse utiq; aliquā disponendi rationem

Extra quæ si qd res ferat, qđ faciendũ sit, idq; ab his quæ dicta sunt discrepet, eoꝝ tñ collatiõe quæ plurimũ obseruauimꝰ, ꝑsenti quoq; usui aliqđ succurret cõsiliũ. Vtq; int̃ sana numerãtur morboꝝ remedia, quæ sanitatis tpe alioqn pſæpe essent mala: sic int̃ ꝑcepta putabitur, si qd sit qđ legẽ ꝑceptoꝝ fugiat, in eo quoq; ordinẽ ꝑceptoꝝ uitasse. At difficile erit inuenire, qđ Quintilianus credidit inueniri nõ posse. Erit qdẽ difficile, poterit tñ fortaſse. Vtq; à nobis nõ positit, uel in hoc tñ conãdum, ut nostro errore alĩs causam demus felicius ĩstam tentandi. Cum sit aũt dispositio (ut Cicero inquit) distributio rerum, quæ demonstrat, quid quibus locis conueniat & collocandum sit: non abs re fuerit fortaſse uidere in primis, quotuplex sit ordo rerum, quem in disponendo sequamur. Is mihi triplex maxime uidetur. Aliæ sunt enim res quæ statutum quendam & certum inter se habent ordinem: ut annus prior ad annum sequentem. Aliæ uero sunt res, quæ uel nõ habent ordinem: uel quanq̃ posset earũ certus esse ordo aliqs, nos tñ nullũ se-

Obiectio

Responſio

Triplex rerum ordo, naturalis, arbitrarius artificialis.

quimur: sed solū utcūq; alia alīs aptissime ex dicendi occasione subtexi potest, proinde subiungitur. Quale est apud Liuium cū de Papyrio Cursore dicit, q; oēs hunc maxīe, si Alexander arma in Italiam uertisset, illi parē destinassent: hīc sumpta occasiōe, quærit, quis fuerit euentus futurus si bellum Romanis Alexander intulisset. Tertio loco est, cum rerum ordinem consulto turbamus: & quæ priores sunt, posteriore loco ponimus. Vt cum prius eēt dicere, quō capta fuerit Troia, deīn quō ex lōga nauigatiōe Aeneas ui tēpestatum tādem sit in Africam eiectus: quod postremum est, Vergilius primo libro narrat: deīn priora illa sequentibus duobus exequtur. Primus ordo naturalis ē. Secund⁹ arbitrarius (si ita uolumus) dici pōt. Tertius est, quē artificialē uocant. ¶ Et naturalis quidē ordo in quatuor istis positus ē, prout aliud alio prius posteriusue quadruplicitē dī. Est em̄ pri⁹ aliquid tpe: ut dies hesternus añ hodiernum, & hodiernus añ crastinum. Et aliud prius existendi necessitate, uel (ut aliter loquimur) prius natura, Id est autem huiusmodi, ut si hoc sit,

Naturalē ordinem quatuor modis spectari: tempore, natura, positione, dignatione.

nõ ideo necesse sit aliud existere: si aũt existat aliud, necesse sit hoc utiq; existere. Hoc ergo prius est, ut si sit aãl, non oportet idcirco hominem esse: sed si hõ est, consequens utiq; est & animal esse. Prius ergo animal est homine. Hoc pacto prius ẽ genus speciebus, partes toto, causæ euentis, subiectum adiacentibus suis. Dicũtur & alia alijs priora positione, ut per fretũ Gaditanum in orientem nauiganti, prior est Hispania q̃ Gallia: & hæc prior q̃ Italia, post quã Peloponesus sequtur. Sic contrarium dirigenti cursum, prior q̃ Italia Peloponesus erit: & deinceps ut antea quodq; fuit prius, ita nunc fiet posterius. Sic & per hoïs euntí mẽbra, primum, si descẽdarit, caput erit, postremi pedes: sic ascendenti, primi pedes erunt, caput ultimum: mediorum uero sic unumquodq; prius erit, ut huius uel illius ordinis primo fuerit propius. Postremo dicitur prius, qđ est dignatione præstantius. Sic prior est consul prætore, & tribuno prætor, & aurũ prius argẽto, & argentũ orichalco dicimus. Conuertimus tamẽ interim, & ab infimo ordinem ducimus: primũq;

nō quod optimum, sed quod uilissimum facimus. sic in magistratibus quæsturā primam, postremam dictaturā, & in metallis plumbum primum, aurum postremum numeramus. Nisi tamen hunc ordinē malimus non naturalem, sed artificialē potius uideri. Plerunq; autem fit, ut id quod alia ratione prius dicitur, alia sit posterius. Vt tempore quidem pueritia prior est quàm iuuenta, æstimatione tamen & dignitate pueritiam iuuenta præcedit. Fieri itaque potest, ut ordo qui alia ratione non naturalis esset, alio tamē captu secundum naturam sit institutus.

¶Scholia in caput sextum.

IN octauo topicorum perpauca tradidit.) Aristoteles topicorum lib. octauo, non in uniuersum de ordine ac dispositione tractat orationis cuiusq;, sed de ea sola, quæ conuenit certaminibus ac cōstictibus istis scholasticis, aut ubi alioqui uiua uoce disceptatio fit. ¶Nec multo plura Cicero & Quintilianus.) Quintilianus de dispositiōe agit lib. 7. Quo in loco inter alia multa dicit & hæc: Quapropter totus hic liber seruiat dispositiōi, quæ quidem si certa aliqua uia tradi in oēs materias ullo mō posset, non tā paucis contigisset. Et paulopost: Sed meminerimus, inqt, ipsam dispositionem plerunque utilitate mutari, nec eandem semper primam quæstionem ex utraq; parte

tractandam. ¶De disponendi deinde arte.) Hic locus Quintiliani est institutionū li. 7. ¶Cum sit autē dispositio, ut Cicero inquit, distributio rerum.) Sic fermè & Quintilianus: Dispositio est utilis rerū ac partiū in loco distributio. Et alio quodā loco: Dispositio est rerum q̄optimo ordine collocatio. In rhetoricis ad Hærenniū finitur hoc modo: Dispositio est, per quā illa quæ inuenimus, in ordinem redigimus, ut certo quicq; loco pronūcietur. ¶Quale est apud Liuium, cū de Papyrio Cursore dicit.) Locus is quē designat Rodolphus, est primæ decados libro nono. ¶Prout aliud alio prius posteriúsue quadrupliciter dicitur.) Hæc eadem ferè Aristoteles in ijs quæ uocant postprædicamenta. Quanquā is quintum significatum addit, quo id prius dicitur, quod tametsi simul est tempore, tamen alterius causa est. Verbi gratia. Tempore non præcedit diem solis ortus, tamen quia causa diei est, idcirco prior esse dicitur. ¶Fretū Gaditanū.) Quod iuxta Gades ē in Hispania. ¶Postq̄ Peloponesus.) De hac libri secundi capite decimo.

Dispositio quid.

¶Historiographis & poetis, dum res exponūt, seruandum esse ordinem temporum. Quāquam nō aburrisq; eodem modo id fiat. Cap. VII.

Historiographis & poētis quis ordo spectādus

ORdinis ergo hæc sunt discrimina. Dicamus iam, quis ordo cui orationis generi conueniat, priusq; de ea quæ argumētatiōe cō stat. Quæ igitur expositionem habet oratio, siquidē rerū gestarū ordinem aliquem

decursumq; recenset, naturalem temporum sequitur ordinem. Idq; nedum seuerior & fidem captās lectorꝭ historia, sed lætius etiam liberiusq; poema, ut qđ oble ctandis solum auribus sit destinatum. Est tñ differentia poeticæ dispositionis ab historica, uel maxima, q̄ poeta solum quantum ad ipsius, hoc est, ad narrantis personam pertinet, in speciem sequitur temporum ordinē: quantum aūt est ex rerum gestarū natura, plerunq; pturbat eas atq; a mediis orditur rebus. Deinde quæ primæ fuerant, eaꝭ posterius personæ colore alicuius, aut alio quouis commento infert mentionē. Sic Vergilius (ut notissimo utamur exēplo) ab nauigatione Aeneæ, qua in Africam tempestatibus delatus ē, initiū facit, quæ fuit circa finē erroris eius, Troiæ captiuitatē & labores eos, quibus septimū ad id annū, circūmaria ia ctatus, ipse Aeneas, secūdo deinde tertioq; libro narrat. Quibus in reb⁹ si sequamur colorē narrandi poetæ, naturalis quidē est ordo: prius enim erat, ut Aeneas tēpestate appelleret in Africā, q̄ Troiæ excidium erroresq; suos Didoni narraret. Sin

Quo distent dispositio poetica & historica.

uero res ipsas respicimus,nõ psonas,quibus dat orationẽ poeta, iam uidemus cõtrarium naturali .i. artificialem ordinem esse. Prius em̃ necesse fuit capi Troiam,& Aeneã labores longæ nauigationis illius euoluisse,q̃ ex Sicilia in Africam ueniret. Proindequoq; artificialem hũc uocamus ordinẽ. Simile ẽ in cõœdia atq; tragœdia. Si intuemur em̃ faciẽ rerũ, quæ deducuntur in actum, quæq; psonarũ imitatione exprimuntur,naturalis uidetur ordo. At totũ uero fabulæ cõplexum respiciẽti, cũ psæpe ab his quæ circa finẽ eius sunt,incipiant scriptores:& quæ priora sunt, psonarum uerbis per occasionem explicent: quæq; prima sunt, ea ultimis q̃q; iungãtur:ut in Andria Terentij,simul naufragium Phanniæ aperit,& nuptiæ Pamphili Glycerijq; cõfiunt. Hæc qui uideat, facile est cognitu,arte autoris hunc ordinẽ,non rerum natura constare. Facilime autem hoc poemati cõtingit,in quo actus sunt& psonæ,qđ δραματικὸν Græci uocãt. Q̃m paratũ fere ẽ,quálibet orationẽ dare psonæ. Qua commoditate fit,ut persæpe dialogi quoq; lasciuiãt, & in quoduis undecunq;

libuit deflectant pſertim ñ qui paulo læti ores ſunt. Cuiꝰ rei apud Græcos quidem cum alios multos, tũ in primis apud Luci anum eſt uidere expreſſa plurimas in for mas exempla. Heroico carmini nõ eſt tan ta copia huius rei. Ergo & perſonæ quidẽ ordinem reuocant nõnunq̃, iam pictura res exprimuntur: iam uates, manes, oracu la, & pterita cõmemorant, & longe poſt uentura pdicunt. Danda tñ his oĩbus in hac libertate eſt opa, ut ſi non rerum quõ eæ geſtæ ſunt, tempoꝝ tñ, quibus, ſub alie nis perſonis ſaluus ſit ordo. Hiſtoriæ, cuiꝰ prima laus eſt ueritas, naturalis tm̃ ordo conuenit, ne ſi figmentis iſtis aurium gra tiam captet, fidem perdat. Ergo ſi forte hi ſtorico narrandæ res eſſent Aeneæ, non il le incipiet inde, unde Vergilius eſt orſus. Sed ſi uolet utique Troiæ excidium nar ratione ſua complecti, ab ea faciet initiũ. Deinde ſequẽtur errores Aeneæ: hæcq̃ſu is, non Aeneæ uerbis erunt dicenda. Tũ de niq̃ dicet, quo pacto ĩ Africæ littora ſit ui tẽpeſtatis eiectus. Iã ſi qua fiet mentio uer borũ Didonis, qbus illa Troiæ, Aeneæq̃ caſus ab ipſo pcontata ſit, ſatis erit dixiſſe,

Hiſtoricis q ſeruandus ordo.

omnia Aeneã illi recenſuiſſe, & urbis ultimam noctẽ, & pericula quib⁹ iactatus ſit. Nec ſolum erit hic ordo ſeruandus in ratiõe tempor⁹, ſed etiã eo mõ prioris, quo diximus cauſam priorẽ eſſe euentis, & reliquis etiã fere modis prioris. Nã & cauſæ rerum conſiliaq; prius explicant. & ſi cubi inſignium uiror⁹ mentio interuenerit, deſcribuntur naturæ moresq; eorum, quoniam & ipſi ſicuti autores geſtoresq; rerum, natura præcedũt eas. Iam in locorum regionumq; ſitu deſcribendo, diligẽter poſitionem eor⁹ ſequatur oportet: & orationem uelut per loca circunferenti ſibi, ut primum quodq; occurrit, ſic aptiſſime primũ dicetur. ¶ Quod ſi plures res, & nullo inter ſe deuinctas ordine tractet hiſtoria, ut cũ geſta eodẽ tpe plura deſcribet bella, quæ q̃uis ſimul gerunt, ſimul tñ narrari nequeunt: in his fere ſcriptoris arbitrio ſteterit, quas res priores, quas deinde explicare uolet: conſuletq; præcipue rerum notitiæ, & quo pacto poterunt illæ commodiſſime cognoſci, eum tradendarum faciet ordinem. Sic Liuius, quando res ſecundo bello Punico & in Italia & in

Hiſpania, aliſq; etiam locis nonnunquã uno tempore geſtas ſcribit, ſi quãdo Hiſpaniẽſes res ſumat ſcribendas, longiore nonnũquam tractu proſequitur eas (ſicubi uero uiſum fuerit) quanquam & interea aliæ fuerint aliſs geſtæ locis: quo minus conciſa interim & interrupta mentio rerum, altera cognitioni alterius obſtet. Sic Cornelius Tacitus, egregius in primis (ſi quid ego intelligo) autor hiſtoriæ, lõgiores in Batauis res geſtas, & alio item loco multorum annorum in Britãnia bello coniungit: tum rurſus ad aliarũ rerum, quas abrupit, ordinẽ reuertitur.

¶ Scholia in caput ſeptimum.

QVæ hoc capite citantur ex Vergilio & Terentio, ea omnia ſunt nota uel pueris. Quæ ex Liuio & Tacito afferuntur, ea quemadmodum hoc loco paucis explicari uerbis haud quaquã poſſunt, ita ab eo, qui illorum libros cœperit euoluere, citra negociũ intelligi queunt. Quocirca nihil uideo quod hic remorari nos debeat, præſertim cũ quæ de poemate dramatico, & de ueritate cuſtodienda hiſtoriographis, dicenda erant, ea explicata à nobis ſint ſuperioris libri capite quarto & decimoſexto. Itaq; his miſſis, eorũ quæ ſequuntur explicationem aggrediemur, mõ unum illud his addiderimus: circa finem

capitis huius tã in scripto illo quo usi sumus, quàm in Louanien. exemplari, eandem planè esse lectionẽ, quam in his nostris. Verum enimuero si quid in me ineſt iudicij, si quid omnino mutari fas est, ausim contendere, uerba hæc: sicubi uero uisum fuerit: redundare, ac proinde expungenda esse. Quod num recte an secus ita uisum sit mihi, secum expendat lector.

¶In tradendis artibus, primum refellendas esse sententias eorum, qui contra quàm nos senserint. Deinde à generalioribus semp ad specialiora progrediendum. Cap. VIII.

Quis ordo seruãdus ĩ tradendis artibus.

IN tradendis artibus quæ maxime cõueniat disposition, unus ex oĩbus Aristoteles libris suis exactissime uidetur effinxisse, uir cum omni ingenij laude multũ, tum nescio an ordine rerum plurimum admirandus. Quoniam autem hoc est positũ cuiusq; docentis, ut ex notiorum contemplatione, ignotiora scrutetur (q solus est ordo nobis discẽdi) horumq; & aliorum ad alia collatione constantẽ quãdam faciat de rebus fidem: nequit autem fides ulla de re fieri, nisi si qua contraria sit accepta mentibus persuasio, ea prius euellatur: primum est ergo, ut si quis dixerit aliquid ea de re, quam tractamus, aliter atq; nobis uidetur, illius expugne-

Nõ cuiusuis assertio refellenda.

mus ſententiam: ſi modo is ſit, cuius mentio iure habeatur. Nam temeraria cuiuſq; aſſertione permoueri, ineptum eſt. Vt autem ſecuritatis hoc eſt, contẽnere leuiora: ita modeſtiæ præbet ſpeciem, diſſimulaſſe eos, quorum uſu eſt opinioneq; cuncto rum recepta autoritas: aut quibus alioqui debetur ea ueneratio, ut contradictione illorum magis ſimus irritaturi audiẽtium aĩos, q̃ nobis adiuncturi. Sed hæc iudicij ſunt magis. Qd ordinis eſt, hoc ſufficiet dixiſſe, maxime naturale eẽ, ut anteq; noſtra confirmemus, amoliamur aduerſa. Deinde cum nr̃a explicauimus, à gñalioribus, qm̃ notiora ſunt, ſp ducẽduserit ordo. Deinde per ſpecies eundum. Et hæ ip̃æ ſpecies rurſus fortaſſe, ſi tam late pateant, genera fient, inq; alias erunt ſpecies diducẽdæ. Singula ergo, ut primum quodq; ſumimus, ſic erunt deinde tractanda, ut dicat: quæ ſit ſubſtãtia eorum, quod definiendo fit: ſi tamen eiuſmodi res ſit, ut ſit definiẽda. notiores enim ſunt nonnũquam, q̃ ut hac indigeant cura. Tum quæ partes ſint rei, dicendum: ſi ſint ea natura, ut poſſint

aliquæ earum fieri partes. Hic ea, quæ p-
prie naturæ cuiuſq; adiacent, dicent, hoc
eſt, uis illa, qua agit & patit, & ea ipſa quæ
agit quæq; patit, & quæ reliqua ſubſtãtiã
rei circũſtant. Illud tñ meminerim⁹, ſolũ
de re q̃q; dicẽdũ, id qđ eo loco, quo de re
dicimus, intra cõplexũ rei ueniet, ea rõne
q̃ ipſam tractamus. Nã qde tuenda ſanita
te hoĩs, doctrinã inſtituet, dicet ille qdẽde
hoĩe, non tñ utiq; dicẽda ſibi ſumet omĩa,
quæ tractari de hoĩe poſſunt, nec quid ſit
mẽs hoĩs, nec quæ ſint officia uitæ ad uir-
tutẽ ducẽtia, necquo pacto paretur homi
ni eloquentia. Pertinent hæc quidẽ ad ho
minem omĩa, ſed nõ ea rõne, qua ſibi hic
eum aſſumpſit, id eſt, qua ſanitatem tueri
poteſt. Adeoq; fortaſſe non defuerit Ari-
ſtoteli, qui cauilletur, quod in libris quos
de phyſico auditu inſcripſit, de loco dixe
rit & uacuo. Quoniam his libris de eo qđ
mouetur in cõmune diſſeruerit, ad cuius
tractatum, locum & uacuum non uideri
pertinere: ſed his potius libris debuiſſe de
eo dici, quibus de eo quod ad locum mo-
uetur diſſerit, q de cælo & mundo uocan
tur. Sed datur fere iuſta libertas hæc ma-

Notatio.

gnis ingenijs, ut quemadmodũ locuplẽtes patresfamilias in domib⁹ suis aliquid licentius citra reprehensionem instituunt, ita & doctissimi uiri indulgeãt quãdoque animis suis, satisq; rationis sit, illis ita placuisse.

¶Scholia in caput octauum.

ADeoq; fortasse non defuerit Aristoteli, qui caueilletur.) Recte illud, cauilletur. Nam Aristoteles huius ordinis ac disputationis suæ causam non plane futilem affert initio tertij libri physicorum.

¶Satisq; rationis sit, illis ita placuisse.) Quemadmodum dicere solebant auditores Pythagoræ, αὐτὸς ἔφα ipse dixit.

¶Quis ordo seruãdus ijs, qui res uarias multiplicesq;, nec ulla certa ratione cohærẽtes describunt. Cap. IX.

Dispositio in rebus multiplicibus.

AT cum uariæ multiplicesq; res in unum quoddã iungentur corpus, quale est, qui historiam animalium, aut plantarum, aut totius etiam rerũ naturæ (quemadmodum Plinius) cõplexi sunt, quale qui facta dictaue claror̃ uiror̃ memorabilia, quale q̃ multiplicẽ & nõ unius corporis rer̃ cõmemorationem cõtexunt: his aut p̃ species rer̃ dispositio instituitur, reddũturq; cũcta suis gñibus, quẽ

admodũ Plínio à cælo ordiẽti, deíde deſcẽ dẽti in terras eiuſq; naturá in cõe reddẽti, tũ p partes regionesq; oẽs ꝓſequẽti, deiñ aíantia & ínaía oía p ſuas diuiſa differen-tías, explicãti. Sic Valerius Maximus res memorabíles, p uirtutũ officiorumq; hu manorũ gña diſpartiuit. Hoc pacto medí ci, morboꝝ faciũt ordínẽ, ex partibus hu maní corpís, & à capitead pedes deducũt. ¶Eſt etiã in quibuſdã non líbeꝝ mõ uide re, & quẽ arbitrariũ díximus ordínẽ, ſed ad res plane ſolutũ & oís ꝓſus ordinis ex pertẽ. Vt apud Ouidiũ in metamorphoſi: q in ſumma qdẽ reꝝ deductione, tẽporũ quãdã ſeruat imagínẽ: ueꝝ in fabulaꝝ or díne, qñ diuerſiſſimæ ſunt, nec facile ĩ or-dínẽ redigí poſſunt, líbertate illa, & (ut dí cã) poetico luſu figurarũ oĩm utitur, quí buſcunque tranſitio ad connectendas res fieri poteſt, quo commiſſuram quandam rerum nequaquam inter ſe cohærentium aſſequatur. Diſpoſitiõis itaq; loco in iſtis, eſt rerum contextus: nexasq; eas & qui-dem diligentiſſime, ordinatas autem dice re nõ poſſis. Símiliter Cornelius Tacitus in deſcríptione morum Germaniæ, cum

dixiſſet non eſſe Germanis aurũ & argentum, tandem ſubiecit, ne ferrũ quidem ſupereſt, ſicut ex genere telorum colligitur. Ex cuius uerbi, hoc eſt, telorum mentiõe, ad arma inſtitutionẽq; rei militaris quæ apud Germanos eſt, delabitur. Deinde cũ in fœminarum mentionem, q̃ hæ ſpectatrices etiam, teſtesq; pugnantibus adhibeantur, poſtq; dicat uenerationem haberi pleriſq; earum, non adulatione, nec tanq̃ faciant deas, hinc continuo ſubdit, deorũ maxime Mercuriũ colunt: moremq; religionum hinc ſumpta occaſione, proſequitur. Abrumpit tñ nonnunq̃ hanc texturã, ne nimia & q̃inde leuior affectatio deprehendi poſſit. Eſt quidem hoc ordinis genus accommodatiſſimum hiſtoriæ, cuius narrationem uolubilem & nuſquam inſiſtentem eſſe conuenit, qđ non efficeret, ſi certis finibus diſtincta cõciſaq; eſſet, & ſingulæ partes ſuis eẽnt diſcretæ ſpatijs: nũc adeo ſunt nexa omnia, ut ſemel propemodum incipere, ſemel deſinere uideatur. Quod ſi eadem hæc tractentur, non ab hiſtorico, ſed à laudatore, uel qui alias quõlibet diſputantis p̃ ſe ſpeciẽ ferat, is ea di-

ſtinguat digeratq; per ſpecies: dicatq; primum, quæ natura regionis, quæ forma hoīm, deinde, qs cultus erga diuina, q̄les bello, quales pace, cū publice, tū priuatim frugalitate uitæ, ſeueritate matrimonioꝝ, cultu liberorū: qua erga principes uenerratione, erga populares æquabilitate, erga hoſpites beneuolentia, erga oēs fide, reliquaq; uel ad hunc modū uel aliū quēlibet, dum tñ appareat ordinē certum ſequm, dicereq; unamquāq; rem non eo loco quo ſit oblata, ſed quo ſit ab initio diſpoſita atq; deſtinata. Libera tñ & hæc ipſa diſponēdi ratio ē, uel ꝓpter hoc, q̄ ad nullam unā ordinis legē pōt allīgari. Quiſq; enim ōdinem qui ſibi uiſus ē inſtituit: nec rerum naturam, ſed animum ſuū ſequit.

¶ Scholia in caput nonum.

QVi hiſtoriam animalium.) Vt Ariſtoteles. ¶ Aut plātarum.) Vt Theophraſtus. ¶ Qui facta dictáue clarorum uirorum.) Vt Valerius Maximus, & in apophthegmatis Plutarchus.

¶ Quam diſpoſitionem eſſe conueniat in expoſitione oratoria. Cap. X.

Diſpoſitio expoſitionis oratoriæ

LIbera ferè eſt etiam oratoria expoſitio ea, quam diximus alterius rei do

cendæ gratia parari solere: hactenus tñ li-
bera, ut ordo eius nõ ex dicentis uolupta-
te, sed causæ utilitate nascatur. Quoties tñ
res ipsa non obstabit, tempoꝝ ordo fuerit
aptissimus. Quod si primæ narratiõis par
tes asperiores fuerint, fauorabiliores reli-
quæ, nõ ab re fortasse sit, eis quæ benigni⁹
accipient, occupare aĩos, & ad priora de-
inde figura aliqua reuerti. Autsi forte festi
nabit auditor, quo languẽti adhuc animo
eius morem geramus, optimum fuerit ab
eis incipere, quibus notitia causa contine-
tur. At ubi excitat⁹ fuerit, incaluerintq; au
res eius oratione, tum si qua fuerint altius
repetẽda, ut sæpe solent: p̃cedunt em̃ ple-
raq; causam longius, qbus præcipuus fa-
uor, maximaq; eius cõtinent momenta, ea
cum quæstiones explicabimus, quibus a-
ptissime iungi poterunt, tum erunt inse-
renda. Quã quidẽ rẽ utilẽ esse facilius ẽ ra
tiõe colligere, q̃ autoꝝ exẽplis. Qm̃ rect⁹
ille melior utiq; est ordo q̃ iste necessitate
detortus. Qui mandat aũt literis actionẽ,
quæ sunt optima, ea scribẽdo maxime cu
pit exprimere, ne si aliter faciat, nõ audito
ris ĩportunitas, q̃ ex scriptis cognosci non

Poteſt,defendenda in ea,ſed ſua ipſius inſcitia culpãda uideaẽ.Iam uero partimur interim narrationẽ,& id qđ alio loco utilius dici poterit,reſeruamus: ut in declamatione,quæ Gemini languentes inſcribitur,Quintilianusfacit.Cum enim ordo mortis quo alter ex geminis in alterius ſalutem occiſus dr̃,plurimum inuidiæ reo mouere potuiſſet, ad epilogũ maluit differre eum, q̃ uehementiori affectui hic aptior eſſet locus.Cicero item pro Cluentio,cũ prioris cauſæ narrationi,quæ iudicij̃ corrupti erat,cõtinuo mortẽ Oppianici,& quæſtiones de eo habitas ſubiungere potuiſſet, maluit differre eam ad proprium cauſæ ſuæ tractatum,quæ ea de re peragebatur.Contra uero matris odium quod proprium illius erat cauſæ,cuiq̃ nihil negocij̃ cũ cauſa corrupti iudicij̃ erat, id tñ primum putauit narrãdum. Eratq̃ alioquí tpis ordine primum: quod quãq̃ non fuiſſet primum, tamẽ narrandum fuiſſe contenderim:quoniam matris,qua tota cauſa maxime preme batur, detrahenda ante omnia fuit autoritas. Itaq̃ quanq̃ pars narrationis uideri põt, quẽadmodũ

In diuerſa loca quando q; diſtribui narrationẽ.

Annotatio in orationem pro Cluentio.

& est utiq; narratio, usum tñ & affectuñ ꝑpemodũ eius partis exordiñ ꝑbet, q̃ ad= uersariorũ odio, nobis beneuolentiã cõci liamus. Eiusdẽ etiã prudentiæ cõsiliñq; est q; nõ nudũ rez ordinẽ cõtinua narratiõe cõplectitur, sed subinde erũpit in affect⁹, & q̃busdã uelut digressionis aut indigna= tionis causa, uẽtis cõturbat. Cuiusmodi ẽ à principio statim: Nã Sassia mater huius Habiti (mater em̃ à me nois causa, tametsi in hunc hostili odio & crudelitate est, ma ter inquam appellabitur) & quæ sequun tur. Deinde non ita multo post: O mulie= ris scelus incredibile: & reliqua item. Tũ in fine huius partis effusius: Iam initium quod huic cum matre fuerit simultatis, audistis. Sic & in Oppianici crimini bus recensendis, post nuptias Sassiæ & Oppi= anici: Sentio, inquit, iudices uos pro ue= stra humanitate his tantis sceleribus bre= uiter à me demonstratis uehementer esse cõmotos. Et paulo post iterum de Auria fratris uxore prægnante sublata. Rursus maiore copia post Scamandri Fabriciñq; condemnationem de ratione iudiciñ cor= rupti, cum uelut aditũ aperit, ut id non à

Cluentio, sed ab Oppianico doceat esse corruptum. Videmus itaq; hac narrandi diligentia artificioq; sic iaci ab eo fundamenta causæ, ut si etiam nullas deinde subiiceret probationes, nihil tamen ferè plus iudex desideraturꝰ uideretur. Quod aũt ordinis est, temporũ rectus hac tota narratione seruatus est decursus: quod autem artis hic est in disponendo, id in eo est, quoniam subinde contextus eius interrumpitur: quod quidem sæpius, q̃ ut temporum ordo turbetur, in hoc genere narrandi contingere solet.

¶ Scholia in caput decimum.

Nihil ineſt in hoc capite, q̃ explicato ſit opus, præterquã quæ ex Quintiliani Geminis languentibus, & Ciceronis pro Cluentio oratione affe runtur. Verum ea eiuſmodi ſunt, ut niſi omnibus fer mè illorum uerbis aſſcriptis, hoc loco ſatis explicari non queant. Quod cum nimis quàm lõgum foret, & libri illorũ uulgo in manibus habeantur, rectius qui uolet inde petierit. Innuit præterea Rodolphus, orationes oratorũ aliter nonnunquã ſcriptas eſſe quàm dictas. Cuius rei quodã in loco facit mentionem & Fabius. Et Aſconius Pædianus Ciceronem id pro Milone feciſſe teſtatur. *Oratiões rhetorũ aliter nõ nunq̃ ſcribi q̃ dici.*

DE DISPOSITIONE EIVS ORAtionis quæ argumentatione conſtat.

¶Obiter quomodo disponendæ sint ipsæ orationis partes, quæ sunt exordium, narratio, cõfirmatio, epilogus. Caput. XI.

Quis ordo seruãdus argumentãti.

ALiam diximus rationem esse disponendæ orationis eius, quæ cõstat argumentatione, q̃les sunt scholasticæ cõtentiones, ciuiliumq; rerum controuersiæ, & quæcunq; demum repugnanti auditori sunt approbandæ. In quibus uidendũ erit quis sit ordo quæstionum inter se, quis itẽ in singulis quæstionibus argumentationum, tum quis partium argumẽtationis cuiusq;. ¶Erit fortasse, qui partium orationis disponendarum oblitum me putet, credatq; hanc ante alia explicandam fuisse rationem. Nec id sane me latebat, nec pterrisse m, si ulla huius rei crederem tradẽda esse p̃cepta, aut esset alius ordo earum, q̃ quo numerari solent, quiq; ex usu earũ colligitur, & quẽ ipsis pene p̃ferunt noibus, hoc est, ut primum sit proœmiũ, hinc narratio, tum confirmatio, postremus epilogus. Nam quoties id est orationis genus, ut aliquæ partium istarum sint ei superuacuæ, tum cum desint, nihil est quod de earum ordine dicatur. ¶Illud uero neces-

Partes orationis quo ordine collocandæ.

fitatis potius, q̃ præcepti fuerit, quoties uel occupatio auditoris uel temporis angustia cogit nos, ut specie festinationis, fastidium audientis fallamus, incipiamusq; à narratione: tum uelut digressione quadam, quæ fueramus ante narrationem dicturi, dicamus ante confirmationẽ, subiiciamusq; narrationi proœmiũ. ¶Vt tñ non inutiliter huius loci tractatum attigerimus, illud interi admoneamus, nõ solũ in initio dictionis, proœmiũ usum uenire: sed in medio quoq; orationis decursu, sicubi uel noua quæstio tractet, uel locus aspior, solere præmuniri ea, & aliquo qd proœmiũ uicẽ habeat, aures placari. Quẽadmodum in oratione pro Cluentio, cui modo sum usus exemplis, Cicero de censoria nota dicturus: & paulopost, cũ Cluentium lege defendere uellet, & ostendere lege corrupti iudicij tantum iudicem, non etiam eum qui ad corrumpendũ coisset, teneri. Sic pro Murena Catoni respõsurus, plurimis uerbis contendit à iudicibus, ut Catonis autoritatem aduersus reum, propiudicio ne accipiant. Scio istud à rhetoribus tum προλήψιν, id est, præsum

Quando quæ & in media oratione ulenda sint esse proœmio.

ptionem, tum præmunitionẽ uocari, numerariq; à quibusdam inter figuras sententiarum. Quod siue hoc siue procœmiũ noĩe uocetur, non magni referre crediderim, dummodo constet tamẽ eundẽ esse usum eius, ex eisdem duci rebus, ex quibus procœmium petitur. Quod tñ cur non ita uocent, nõ uideo qd sit causæ. Nam cũ & narrationẽ p̃cedere argumentatio possit, cuiusmodi sunt quæstiones, quæ pro Milone tractantur ante narrationem: & epilogus in media dictione fiat, ut in Verrem de Philodami supplicio, & de Nauarchorum item, Ciceronem uidem⁹ fecisse: cur nõ etiam & procœmiũ & nouum quoddã principium mediæ inseratur dictioni, si p̃sertim noua tractetur quæstio, uel locus aliqs qui curã eam postulet, & in quo magna causæ momenta uersentur? Id aũt qd solet de narratione p̃cipi, ut ea cõfirmationẽ p̃cedat, sic accipiendum est, ut eius quæstionis cuius narratio est, p̃cedat confirmationem. Quod si quæstionem eam, alias necesse sit quæstiones præcedere, nimirũ necesse erit priores quoq; cõfirmatiões earũ explicari. Quemadmodũ eo in

Quo sensu confirmationẽ semper præcedat narratio

loco, de quo iam diximus, pro Milone factum uidemus. Cum ẽm narratio quæstionis eius esset propria, q̃ insidias struxisse Clodium probare uoluit, quid attinebat narrari, nisi p̃batũ ante foret, insidiatorẽ & latronẽ iuste occidi, & nihil neq; à senatu, neq; à Cn. Pompeio cõtra Milonem esse p̃iudicatũ? Similiter pro Cluentio in quæstione ueneficij, nullo usu ea quæ ad exitũ p̃tinebant Oppianici, superiori narrationi subnectebantur, quanq̃ rerũ continuus esset ordo, ergo ad propriũ quæstionis suæ tractatum illam reseruauit orator. Quin etiam in hac ipsa quæstione, cũ ex priore orationis parte nota iam essent Oppianici crimina, argumentatiões quæ ex causis personisq; ducebantur, p̃posuit narrationi. At cũ ex re ipsa & tormentorũ ratione, quibus aduersarij cõtra Cluentiũ utebãtur, cõfutandi essent: tum demũ, qm̃ ea continebantur narratione, subiecit illã, simulq; iudicum consuluit tædio, qui longã iam orationẽ audiẽdo defessi, si rursus narrare fuisset orsus, qm̃ lõgius adhuc dicturum credere poterant, offensiores fuissent, At cum in media rerum uelut spatia,

ipsos argumentando rapuisset, quanquã tum narraret, apparebat tamẽ eum rem paucis, id quod fecit, esse absoluturum. Sed de partibus orationis hæc obiter admonuisse sufficiat, nũc ergo quod institu imus prosequamur.

SCHOLIA IN CAPVT XI.

Lex Sempronia seu Cornelia de sicarijs & ueneficijs.

Cicero de censoria nota dicturus.) Cn. Lẽtulus & L. Gellius censores, notarant Cluentium, quasi is iudicium illud corrupisset, quo damnatus fuerat Oppianicus. Qua de re uerba facturꝰ Cicero, primum aures placat, ac uelut aditum sibi munit ad aures iudicum, ut uidere est in ipsa pro Cluentio oratione. ¶ Cum Cluentiũ lege defendere uellet.) Lex erat, primũ dicta Sempronia, deinde Cornelia de sicarijs & ueneficijs, quæ lex præter alia multa, & de eius capite quæri iubebat, qui cum aut senator esset, aut magistratum gessisset, aut tribunus militum legionibus quatuor primus fuisset, tamen coisset, conuenisset, eõ sensisset, falsumue testimonium dixisset, ut quis iudicio publico damnaretur. Hac ergo lege Cicero defensurus equitem Romanum Cluentium, quasi is ea lege non teneretur, mira quadam arte inuidiam huius defensionis, primum à Cluentio, deinde à se etiam ipse repellit. Cuius rei ansam ei præbuerat T. Accius accusator: qui inter accusandũ delatus huc erat, ut diceret iniqßimè acturũ Ciceronẽ, si legis præsidio Clu

entiũ defenderet: quãdo æquissimũ foret, oẽs ijsdẽ teneri legibus: quod illius axioma, manibus (quod aiũt) pedibusq; reiecit Cicero. Quod aũt addit Rodolphus, lege corrupti iudicij solũ teneri iudicẽ, nõ etiã eũ qui ad corrũpẽdũ coiisset: ei dicto plane refragãtur ipsa legis uerba, id quod facilè aũaduertet is, qsquis ipsam legerit Ciceronis pro Cluẽtio orõnẽ, cuius disputatio huc spectat, legẽ hãc Sẽproniã pertinere ad magistratus, senatores, & ad eos qui primis quatuor legionibus fuissent tribuni militum: at Cluentium nihil horum omnium esse, sed tantum Romanum equitem: proinde hac lege postulari illum non posse. Plura qui uolet, legat iureconsultos pandectorum libro duodecimo, ad legem Corneliam de sicarijs & ueneficis. Quorum uerba aliquot asscripsimus libri superioris capite decimo. ¶Sic pro Murena Catoni respõsurus.) Murenam consulem designatum, lege Calphurnia de ambitu reum fecerant Seruius Sulpitius & M. Cato, is qui Vticæ ipse sibi mortem consciuit. Hunc ergo Murenam defensurus Cicero, postea quam Seruio respondisset, deinde respõsurus Catoni, Venio nunc, inquit, ad M. Catonem, quod est firmamentum ac robur totius accusatiõis: qui tamẽ ita grauis est accusator & uehemens, ut multo magis eius autoritatem quàm criminationem pertimescã: In quo ego accusatore, iudices, primũ illud deprecabor, ne quid L. Murenæ dignitas illius, ne qd expectatio tribunat⁹, ne qd totius uitæ splẽdor et grauitas noceat, denique ne ea soli huic obsint bona M. Catonis, Murenæ causa.

quæ ille adeptus est, ut multis prodesse posset. Bis consul fuerat P. Africanus, & duos terrores huius imperij Carthaginem Numantiamq; deleuerat, cum accusauit L. Cottam. Erat in eo summa eloquentia, summa fides, summa integritas: autoritas tanta, quãta in imperio Populi Romani, quod illius opera tenebatur. Sæpe hoc maiores natu dicere audiui, hanc accusatoris eximiã dignitatẽ plurimũ L. Cottæ profuisse. Nolucrunt sapiẽtissimi homines, qui tum rem illam iudicabant, ita quẽquam cadere in iudicio, ut nimijs aduersarij uiribus abiectus uideretur. Quid Sergium Galbam? nam traditum memoriæ est: nónne proauo tuo fortissimo atq; florẽtissimo uiro M. Catoni, incũbenti ad eius pernicie, populus Romanus eripuit? Sẽper in hac ciuitate nimis magnis accusatorum opibus, & populus uniuersus, & sapientes ac multum in posterum prospicientes iudices restiterunt. Nolo accusator in iudicium potentiam afferat, non uim maiorem aliquam, nõ autoritatem excellentem, non nimiam gratiam. Valeant hæc omnia ad salutem innocentiũ, ad opẽ impotentũ, ad auxiliũ calamitosorum. In periculo uerò & in pnicie ciuiũ repudiẽtur. Nã si quis hoc fortè dicet, Catonẽ descẽsurũ ad accusandũ nõ fuisse, nisi prius de causa iudicasset, iniquã legẽ iudices & miserã cõditionẽ instituet periculis hoĭm: si existimabit iudiciũ accusatoris in reũ, pro aliquo præiudicio ualere oportere. Scio istud à rhetoribus τῦ προλη ψιν. i. præsumptionẽ.) Quint. li. nono. Mire uero in causis, inqt, ualet præsũptio, q̃ πρόλη ψις

dicitur: cum id quod obijci potest, occupamus. Id neq; in alijs partibus rarum est, & præcipuè proœmio conuenit. Sed quanquam generis unius, diuersas tamen species habet. Est enim quædã præmunitio, qualis est Ciceronis contra Q. Cæcilium, quòd ad accusandum descendat, qui semper defenderat. Quædam cõfessio: ut pro Rabirio Posthumo, quẽ sua quoq; sententia reprehendendum fatetur, quòd pecuniam regi crediderit. Quædam prædictio: ut, Dicam enim, nõ augendi criminis gratia. Quædam emendatio: ut, Rogo ignoscatis mihi, si longius sum euectus. Frequẽtissima præparatio: cum pluribus uerbis, uel qua re facturi quid simus, uel quare fecerimus, dici solet.

¶ Cuiusmodi sunt quæstiões, quæ pro Milone tractãtur ante narrationem.) Tres sunt quæstiones, quas discutit Cicero in oratione Miloniana antequam narrat. Prima, ecquid ei fas sit intueri lucem, qui hominẽ quoquo modo à se occisum fateatur. Altera, de præiudicio facto à senatu. Tertia, de Pompeij præiudicio.

¶ Et in Verrem de Philodami supplicio.) Hic Philodamus ciuis Lampsacenus fuit, cuius filiã quomodo per uim contenderit uiolare Verres, & quo deinde modo patrem ipsum unà cum filio, iniquissimo iudicio damnandum occidendumq; curarit, tertia in Verrem actione explicat Cicero. Philodamus.

¶ Et de Nauarchorum item.) De horum longè miserrimo casu supplicioq;, multa Cicero in Verrem actione septima.

¶ Similiter pro Cluẽtio.) Hãc causam iã semel iterũq; attigimus: estq; hic locus eiusmodi, ut intelligi plenè nõ queat,

nisi perlecta oratiõe tota. ¶Quin etiã in hac ipsa quæstiõe, cũ ex priore oratiõis parte nota iam essent Oppianici crimina, argumentationes quæ ex causis personisq; ducebãtur, præposuit narratiõi.) Sic quidem nobis legendum uidetur, etiãsi exẽplaria habebant ad hũc modũ. Quin etiam in hac ipsa quæstione, cum ex primæ orationis parte, notæ iã essent Oppianici duæ utiq; personæ, &c. Quæ lectio si cui magis probabitur, liberũ ei per me quidem erit sequi quod uolet. Scripto exemplari, quãobrẽ hac utiq; parte minus esset habendũ fidei, illud cum primis mihi uidebatur esse sat causæ, quod qui hanc partẽ descripserat, neq; enĩ ab Rodolpho scripta erat, is hoc loco aliquãtum spatij reliquerat uacuũ, cui post ab alio quopiã quædã ex his uerbis quæ recensuimus erãt inserta. Accedebat huc, quod ubi prior ille librarius, quisqs tandẽ is fuit, non ex primæ (quẽadmodum certis indicijs poterat deprehendi) sed ex priore oratiõis parte, scriptum reliquerat: ibi hic posterior, paucis literis immutatis, priore illud in primæ transformarat. Vt taceam interim, & alia quædam hoc loco in eo exemplari deprauata sic esse, ut omnino dissimulari non queãt. Quod genus est, quòd prope calcẽ capitis legitur oportebat, ubi ab Rodolpho, nõ oportebat, sed apparebat scriptum fuisse, negari haud potest.

¶Quo ordine in oratione ea, quæ argumentatione constat, ipsæ inter se disponendæ sint quæstiones. Caput XII.

QVæstiones quæ ueniunt in oſonem (qm̃ de earum diſpoſitiõe primum dicere, ordo propoſitus nos admonet) eæ qñq; ſunt prorſus diuerſæ, neq; ab aliquo capite deſcendunt: Vt oĩa in Verrẽ repetundarum crimina. Singula em̃ ſuam capiũt quæſtionẽ: quæ ſuis tabulis, teſtimoñijs, decretis, argumentis confirmantur. Nec redigitur alia ad aliam: qñquidẽ una quæuis p ſe, repetundarum crimẽ, in quo ſumma iudicij uerſatur, continet. Tale eſt cum quæritur à philoſophis, an materia diſtinguatur à q̃tate, & habeat ſine illa partẽ diſcretam à parte. Vtrumuis enim horum per ſe quæri põt, ut alterum de altero negetur aut affirmet. Aliæ ſunt quæſtiones, multæ quidẽ, ſed ab una deſcẽdẽtes origine, quẽadmodum ſecundo libro demonſtrauimus multas ab una deduci quæſtiões, diximusq; naſci alias ex uerbis ipſis quæſtiõis, alias in uerbis incluſas eẽ, alias ex conditione quadã accipi. Quæ oĩa cuiuſmodi ſint, illic explicata ſunt à nobis ¶ Quoties igitur ueniẽt in oſonẽ diuerſæ quæſtiones, ipſisq; (ut diximus) fontibus diſcretæ, ſiquidẽ nihil alteri explican

Quæſtionum, alias prorſus eſſe diuerſas alias ex una aliqua generali q̃ſtione deſcendere.

Ordinem arbitrariũ ſeruãdum eſſe in quæſti

onibus, quarũ altera nihil faciat ad explicandam alteram.

dæ ab altera afferet, liberrime utiq; de qua uolemus primũ disserere. Nisi sit grauior aliqua, quæ plus ad explicandũ poscat laboris, & reliquæ uel ad dicẽdũ tenuiores sint, uel ad approbandũ faciliores, tum recenti adhuc & nulla audiendi molestia fatigato auditori rectissime obijciet ea, cuius difficultas alacres requirat aures: maxime, q minoribus postea & uelut appendicibus, uel fessus etiam benignius intendet. Deinde q pronior erit in ista fides, cũ dicentis autoritas maioribus approbandis fuerit confirmata. Cum fuerit em̃ animis accepta ex oratione priore persuasio, incipiemus deinde non dictioni mõ credere, sed hoi. ¶ At cum quæstionis alterius fides, alteri quæstioni innixa quõlibet ẽ, de ea quæ astruendæ alterius in se cõtinet momenta, prius est dicendũ. Vt si quæra à prisca philosophia, an sit animus humanus immortalis, fitq; summũ hoĩs bonũ uirtus: ei quidem qui ueteris Academiæ uoluisset esse, id quod prius est, pri⁹ explicandũ fuisset, immortalẽ esse animũ: deinde, quod iam hinc probari aliqua ex parte põt, uirtutẽ esse summũ bonũ, qm̃ ma-

Interquæstiones quarũ altera alteri innititur, eas esse principio explicãdas, é quibus cæteræ dependẽt

hētibus post mortē animis, multū uideat nostra interesse, recte secusue uitā peregisse. Contra uero cū dixisset Epicureus, nō uirtutē sed uoluptatē summū esse bonū, pmagno ad id sibi fuisset adiumento, docere cū corporibus interire animos. Ideo ēm stultissimum uideret, splendida uirtutum noīa sectari: cumq; morsupra cerui cem immineret, ultro nos p̄mori, & exiguis his uitæ bonis fraudare nosmetipos in uita. Huic ergo idem fuisset ordo seruādus. At Stoico, qui cū uirtutē nō summū mō bonum, sed solum putaret, attñ credebat interire animam, qñq; quidem simul cum corpore, qñq; ut post corpus maneret, tandem & dissipari tñ atq; emori, libera fuisset ei ratio, utrum harum quæstionum præponere maluisset: aut si quis eligendus ordo, prius de uirtute dixisset, tū de interitu animi, ne de illo prædixisse, sequentis de uirtute orationis detraheret fidei. Hinc & in ciuilibus causis uidemus quæstiones eas, quæ magis ad inuidiam reorum quàm ad summam iudicij pertinebant, quia ab eis firmari causa, non eæ firmari à causa uidebantur, &

Notatio de causis forensib⁹

ab accusatoribus p̄ positas esse, & à patrono prius eē cōfutatas. Vt in Murenæ causa, solutius eum in Asia uersatum esse saltasseq̄. Pauciora qdem hæc. At in Cæliū tam multa, ut longe maxima pars patrocinij sit de criminibus, quæ sunt extra causam. Ergo cū sint adiumēta causæ ista, prius à Cicerone deliniuntur. Pro Cluentio contra, qm̄ crimina, defensa corrupti iudicij causa, liquide poterant uideri ab accusatorum odio profecta, ista autem confutata nihil iudicij corrupti causam adiuuissent, idcirco Cicero in finē ea coniecit oīonis. ¶ Cum uero ab una prima quæstiōe, multas diducimus alias quæstiones, quod plerique diuisionē rhetorū uocarunt (quā utilē quidē añ oīa neruisatq̄ ossibus controuersiæ inueniēdis Quintilianus rectissime simul & eruditissime dixit) tum hæc obseruanda dispositiōis erit rō, ut primas eas ponamus quæstiones, quæ ex ipsis nascunt uerbis. Proximas, quæ inclusæ sunt in uerbis. Postremas, quæ ex conditionibus accedunt. Quod ita est accipiendum, si rerum de quibus quæritur sit ea natura, ut possint ex eis oīa hæc quæstionum ge-

Quæ primum ponendæ inter quæstiōes eas q̄ ex eadē generali quæstiōe descēdūt.

nera deduci. Quod si res ipsæ aliquod horum generum non admittēt, in eis tamē quæ susc̄ipient, præscriptus ordo sequendus erit: primumq; quæstiones eas quæ nascuntur ex uerbis, quæcunq; demum erunt, rectissime excutiemus, antequam sequentium generum attingamus quæstiones. Hæ sunt enim quæstiones, quib⁹ an sit aliquid, quæritur: quas ueluti in p̄sumpto necesse est esse, priusquam quicquam ulla de re quærere possimus. Deinde per singula uerba quæ continentur quæstione, ducimus ordinem quæstionum. Primum quidem earum, quæ uerbis inclusæ sunt, ut quæq; maxime generalis est, sic primam facimus. Post sequuntur quæ minus late patent, sic, ut postrema sit, quæ contractissima. Tum conditionales subduntur, quas & ipsas quoq; per generales specialesq; diuidimus singulatim. Conditionalium uero inter se, non facile est dare certam ullam dispositionis legem, nisi sit in eis quæstio, quæ possit alīq; quæstiōi firmamēti aliqd afferre, quēadmodū p̄diximꝰ, ea sp prius erit tractāda. Qd si nō sit, tū primā facimus quæ-

stionem aliquã, quæ maiore ui mentẽ auditoris occupet: postremã uero, quæ ad ꝑbandũ plurimũ possit: in mediũ, qđ solet in agmine fieri, debiliores recipiuntur.

Exemplũ de dispoñdis quæstionibus ex una principalinatis.

¶ Sumamus exẽplũ paulo liberius, quo facilius possimus hæc oĩa una quæstione complecti. Quæramus sit ne inter laudes Achillis numerãdũ, ꝙ Pẽthesilea ad Troiã occiderit. Primũ ẽ, fuerit ne Achilles, fuerit ne Troia, fuerit ne Penthesilea. Nã quæ de Amazonibus Troiaq; dicũtur, nõ defuerũt autores, q uetustatis hæc cõmenta potius, q̃ ueritatis monumẽta putauerint: utq; nõ oĩno, maxima tñ ex parte scriptorũ libertate cõstare. Deinde iam ẽ, an occiderit Achilles Penthesileã, an occiderit ad Troiã. Hinc seqtur iã id qđ quæsitũ ẽ initio, an sit inter laudes ei ducẽdũ. Certũ est, aduersarijs nõ posse de hoc ullo pacto cõuenire, nisi cõuenerit priº de illis q̃ priora sunt. Ergo si qd illoꝝ est, qđ in dubiũ uocare uelimus, necesse est ꝑcedat id tractatũ huius quæstionis, de qua summa cõtẽtiõis ẽ. Et hæ qdẽ quæstiões in uerbis sunt. Post hæc inclusas uerbis tractamus, in qbus fere obseruatũ est apud autores,

ut ex ordine proinde unūquodq; uerbū ut primū est, p oēsquæstiones explicēt: generales primū, deinde cōditionales. Mihi rectissime ordo ex occidēdi uerbo incipere uidebitur: ut, an fuerit cuiusq; offendere aliquē: deinde, an occidere: post, an occidere Penthesileā. Quā p cōditiones iam diuidimus, an occidere mulierē, an mulierē armis cōspicuā, an nobilitate memorabilē, an auxiliū iure ferentē patriæ, amico regi, afflictæ fortunæ. Iā an ne fuerint hæc Achillis, cuius generalē quæstionem p̄posuimus, cū diximus, an fuerit cuiusq;. Ergo & ip̄m p cōditiones diuidemus: an occidere hanc fœminā fuerit uiri fortis, an Græci, an præstantissimi inter eos, an his maioribus orti, an hoc pacto instituti. Postremo iam sequtur (qa multū interest excuses tm̄ aliquod factum, an laudem ex facto uindices) an sit propter ista laudandus. ¶Nec hæc eō pertinent, quo credā has omnes quæstiones, uel & alias multo plures, quæ ex quæstione ista possunt deduci, excutiendas esse dicenti: sed ut in eis quas uisum fuerit, quásque expediet explicare differentem, ostendamus hube- Notatio.

rius in hac copia, quis faciendus sit ordo.

Alia nota tio.

¶Non est, ꝙ putem⁹, solũ principio quæstionum, quæ ex diuisione nascuntur, habendam disponendi rationem, quinetiam & singulæ quæstiões rursum diuisione disponuntur. In declamatione quæ Mathematicus inscribitur apud Quintilianum, quoniã tota prope controuersia ex eo pendet, quod fingitur in themate, mathematicum prædixisse, uirũ fortẽ, deinde parricidã fore, qui nasceretur: quæstio cõditionalis est, an satis magna cã uolũtariæ mortis, sit prædictio mathematici. Quod si doceatur ueum dixisse, satis utiq; magna erit causa, hocq; est in quod probaturus incũbit. Præmittit tamen quæstionem, an etiã si falsum dixerit, ipsa tñ denũciatio tãti sceleris debeat satis eẽ causæ cõsciscẽdæ mortis. Post hanc iam sequitur, an uerum dixerit. Id autem obtineri non põt, nisi ante probetur, artem esse mathematicã, Quod ex duabus pendet quæstionibus, an fidem motu res humanæ regantur: &, an possit is humano deprehẽdi ingenio. Quæ cum utraque docuisset, tum colligit, & hunc mathematicũ uerũ dixisse: idq; multis ar-

gumẽtatiõibus puincit. Cicero similiť in ſecunda Philippica, cũ reſpõdet Antonio obiȷcienti ſibi ingratitudinẽ, neceſſe erat, ſi debebat cõuinci ingratitudinis, ut acceꝑiſſet aliquid ab Antonio. Deinde, ut qđ acceꝑiſſet, beneficiũ eẽt. Poſtremum, illũ gratiam non habuiſſe Antonio. Hunc itaque ordinẽ ſequitur. At beneficio (inqt) ſum uſus tuo. Quo? Negat ſcilicet. Dicit tamen id ſꝑ præ ſe tuliſſe. Subiȷcit deinde: Sed quo bñficio? q̃ me Brunduſiȷ nõ occideris? Docet id, quod acceperit, beneficium nõ eſſe. Poſtremo, ſed ſit beneficiũ, qñ quidem maius à latrone accipi nullũ potuit, in quo potes me dicere ingratũ? Sic etiam continuo poſt de literis ſuis, cũ eas recitaſſe reprehendit, primum coarguit inhumanitatem eius, qui literas ullas recitãdas putet. Deinde, q̃s ſi ſuas eẽ neget Cicero, ꝓbare nequeat illius eẽ. Demũ, utagnoſcat eas, ſicuti facit, nihil eẽ in eis, quod accuſare poſſit Antonius. Quiſquis uiderit iſta, diligenterq̃ perſpexerit, facile cognoſcet, quo modo cuncta hæc uelut gradib⁹ quibuſdam ducantur: utq̃ peruenirí ad ſe quẽtia niſi ꝑ priora nõ poſſit, ſi mõ ea quæ

priora sunt, dicēda credamus. Adeoq; prioribus adiuuantur sequentia, ut q̄uis priora forte satis constanter teneri non possint, sequentiū tñ integra plerunq; maneat fides. Mutatur tñ hic ordo quæstionū, ut eiusdē gñis quæstionū alia, alijs in causis fit dispositio. Vt pro Murena, de criminibus quæ extra causam erant, primū dixit Cicero, qm̄ leuia & inania nullius q; momenti erant, ut subleuatis illis atq; cōtemptis, totius accusationis autoritatem ponduscq; primo auditu uideretur subleuasse. Vnde tāq̄ ex illa fiducia erupit, ut diceret: Bene habet, iacta sunt fundamenta defensionis. Pro Plancio, qm̄ in dignitatis comparatione præcipua causæ illius uis ex accusatoris opinione nixa erat, inq; eam uehementissime (quod ex Ciceronis defensione perspicere licet) incubuerat. tractat ergo Cicero primam hanc partem: à qua cum deiecisset eū, quod difficile non erat, à tota deiecisse causa uideretur. Añ oīa em̄ curādum est, ut initio firmum aliquid & quod bene sperare auditorem de tota causa faciat, ponatur. Credendum q; non sine ratione iactari ab omnibus, principium

Præscriptam dispositionē quæstionū quandoq; mutari.

cuiusque rei potissimam esse partem. Eui tatur interim perspicuus ille & nimium diligens ordo, quo ars magis in occulto sit, minusq; suspecta sit auditori dictio, quæ non ex dicentis astu, sed ex re nata ui deatur. Non quòd non optimus sit ad rẽ quanq; dicendã, ordo exactissimus, quando & decor etiam præcipuus orationi, quemadmodum rebus omnibus ex ordine accedit. Sed sicut in uita, qui animorum: sic in oratione, qui aurium gratiam cupit, nõ quæ rectissima sequtur, sed quæ persuasioni alienæ accõmodatissima.

Nimia ordinis perspicuitas uitanda.

¶ Scholia in caput duodecimum.

VT omnia *in Verrem repetundarum crimina. Lege repetundarum qui tenerentur, explicauimus prius. Quod ad hunc attinet locũ, cũ C. Sacerdos prætor in Sicilia fuisset, succesit ei in prætura Ca. Verres, qui cum prouinciam eam obtinuisset triennium, & multa ibi libidinose, auare, crudeliterq; egisset, tandem aliquando succedente ei Metello, Romam reuersus, repetundarum à Siculis postulatus est. Qui omnes præter Syracusanos & Mamertinos, M. Tullium illo tempore florentem defensionibus amicorum, ad accusandum Verrem descendere compulerunt, propterea quòd hunc iampridem necessitudine quadam sibi deuinctũ haberent, ut qui*

In caput 10. lib. 2. Verris causa.

quæstor prætoris Sex. Peducei in insula ea fuisset, & cum inde discederet, multa eis oratione ea, quam Libybei habuerat, benignè esset pollicitus. Hac ergo Siculorum causa suscepta, multis criminibus accusauit Verrem Cicero, quorum pleraq; tam diuersa separataq; fuere, ut nullum alteri probando accommodari posset, sed suis singula essent quæstionibus explicanda. ¶ Quemadmodũ secundo libro demonstrauimus.) Capite undecimo. ¶ Vt si quæratur à prisca philoso-

Animus an immortalis.

phia.) A priscis philosophis. ¶ Sit ne animus humanus immortalis.) De animi immortalitate uariæ fuerunt philosophorum sententiæ. Plato immortalem facit. Epicurei statim ut à corpore separatur, interire eum confirmant: Stoici, manere quidem eum aliquam diu, uerum post tamen dissipari atq; in nihilum redigi. Frequens est in huius rei mentione Cicero, qui, ubicunq; sese offert occasio, Platonis sententiæ libens

Academia.

subscribit. ¶ Qui ueteris Academiæ.) Academia locꝰ erat iuxta Athenas, ubi disputare ac docere solebat Plato: Vnde dicti sunt Academici, quorum etsi nomẽ unum, tamen duplex sententia fuit. Vnde & duplex facta est Academia, una uetus, altera noua, quemadmodum explicatum à nobis est libro secundo. ¶ Virtutem esse summum bonum.) Quam sententiam Stoicorum diximus iam asseri à Ciceroñe Tusculana quinta, in paradoxis, & expendi etiam in libris de finibus. ¶ Voluptatem summum bonum esse.) Ea sententia Epicuri fuit, quam apud Ciceronem primo libro de finibus defendit Torquatus. ¶ Vt in Murenæ cau

ſa, ſolutius eũ in Aſia uerſatũ eſſe, ſaltaſſéq;.) Obiecerãt enim Cato & Sulpitius Murenæ Aſiã, & præterea ſaltatorem eum Cato appellarat: quæ duo crimina diluit Cicero, priuſquam ad reliquas duas accuſationis partes progrediatur. ¶ At in M. Cæliũ tã multa.) Nam cũ auri à Clodia accepti & ueneficij eſſet accuſatus Cælius, tã multa præter hæc obiecta illi fuere, ut uel minimam Ciceronianæ orationis partẽ occupent ea, de quibus erat conſtitutum iudiciũ. ¶ Quã utilem quidem ante oĩa neruis atq; oſſibus cõtrouerſiæ inueniendis Quintilianus rectißimè ſimul & eruditißimè dixit.) Libro ſeptimo. ¶ Quæ ex ipſis naſcuntur uerbis.) Quæ quæſtiones ex uerbis ipſis naſcantur, quæue ex ijs quæ uerbis incluſa ſunt, de his lege libri ſecundi caput undecimum. ¶ Quod Pẽtheſileam ad Troiam occiderit.) Hæc Pentheſilea regina Amazonum fuit, cõſanguinea earundẽ reginæ Hippolytes, quã ſuperius diximus occiſam fuiſſe ab Hercule. Qua peremptа, Pentheſilea exul cum ſuis, Priamo cõtra Græcos auxilio uenit, in eoq; bello ab Achille occiſa ẽ. Sic ferè Diodorus. ¶ In declamatione quæ Mathematicus inſcribitur.) Eius declamatiõis argumentum eſt eiuſmodi: Vir fortis optet præmium quod uolet. Qui cauſas uoluntariæ mortis in ſenatu non reddiderit, inſepultus abijciatur. Quidam de partu uxoris mathematicũ cõſuluit. Is reſpõdit, uirũ fortẽ futurũ q naſceretur, deinde parricidã. Cũ adoleuiſſet qui erat natus, bello patriæ fortiter fecit, reddit cauſas uoluntariæ mortis, pater cõtradicit. ¶ Cicero

Pentheſilea.

Hippolyte.

similiter in secunda Philippica.) Verba Ciceronis habent ad hunc modum: At beneficio sum usus tuo. Quo? Quãquã illud ipsum quod cõmemoras, semper præ me tuli. Malui me tibi debere confiteri, q̃ cuiquã minus prudenti non satis gratus uideri. Sed quo beneficio? Quòd me Brunduſij non occideris? Quẽ ipse uictor, qui tibi, ut tute gloriari solebas, detulerat ex latronibus suis principatũ, saluũ esse uoluisset, in Italiam ire iußisset, cum tu occideres? Fac potuisse. Quod est aliud P. C. beneficium latronum, nisi ut cõmemorare possint, ijs se uitam dedisse, quibus nõ ademerint? Quod si esset beneficium, nunquam ij qui illum interfecerũt, à quo erãt seruati, tantã essent gloriam consecuti. Quale autem beneficium est, quod te abstinueris à nefario scelere? Qua in re non tam iucundum uideri mihi debuit, nõ interfectũ à te: quàm miserum, id te impune facere potuisse. Sed sit beneficium, quandoquidem maius à latrone accipi nullum potuit: in quo me potes dicere ingratum? An de interitu reipub. queri non debui, ne in te ingratus uiderer? &c. ¶ Sic etiam continuo post de literis suis.) At etiam literas, inquit, quas me sibi misisse diceret, recitauit homo, & humanitatis expers, & uitæ communis ignarus. Quis enim unquam, qui paulum mõ bonorum consuetudinẽ nosset, literas ad se ab amico missas, offensione aliqua interposita, in medium protulit, palamq; recitauit? Quid hoc est aliud, quàm tollere è uita, uitæ societatem? tollere amicorũ collo quia absentium? Quàm multa loca solent esse in epi-

ſtolis, quæ prolata ſi ſint, inepta eſſe uideãtur. Quàm multa ſeria, neq; tamen ullo mõ diuulganda. Sit hoc inhumanitatis tuæ, ſtultitiam incredibilem uidete. Quid habes quod mihi opponas hõ diſerte, ut Muſtelæ Thamiſio & Tironi Numiſio uideris. Qui cũ hoc ipſo tempore ſtent cum gladijs in conſpectu ſenatus, ego quoq; te diſertum putabo, ſi oſtenderis, quo mõ ſis eos inter ſicarios defenſurus. Sed quid oppones tandem? Si negem me unquam iſtas literas ad te miſiſſe, quo me teſte cõuinces? An chirographo, in quo habes ſcientiam quæſtuoſam? Qui poßis? ſunt enim librarij manu. Iam inuideo magiſtro tuo, qui te tanta mercede, quantam iam proferam, nihil ſapere docuit. Quid eſt minus, non dico oratoris, ſed hominis, q̃ obijcere aduerſario, quod ille ſi uerbo negarit, longiꝰ progredi non poßit qui obiecerit? At ego non nego, teq; in iſto ipſo conuinco, non inhumanitatis ſolũ, ſed etiã amẽtiæ. Quod enĩ uerbũ in iſtis literis eſt nõ plenum humanitatis, officij, beneuolentiæ? Et quæ ſequũtur. Porrò de Murenæ & Plãcij cauſa nõ eſt cur hoc loco qcq̃ dicamus, cũ antea de utraq; dixerim.

¶ Argumentationum, quibus ſingulæ quæſtiones cõfirmant, q̃ debeat eſſe diſpoſitio. Cap. XIII.

ARgumẽtationum diſpoſitio in eis, quæ ἐπιδεικτικὰ Græci, Cicero demõſtratiua uocauit: quæ uidelicet ad oſtẽtationem tantum uoluptatemq; audientium differuntur, ex arbitrio ferè pẽdet eius, qui dicit, abundeq; ſatis fecit, ſi deco-

rem, cuius solius est cura sibi, dispositione consequitur. Huiusmodi sunt laudationes, uituperationes, & panegyricorũ plerique, q̃ ex laudatione in suadẽdi quãdã imaginẽ nõnũq̃ descẽdũt. Qm̃ aũt laudãtur bona, uituperanť cõtraria: in hoĩq̃dẽ laudamus aĩ bona, ut scías, ut uirtutes. Corporis uero & fortunæ bona laudamus dupliciter, uel quia bonorum animi sunt indicia: ut uires, qa continentiæ signũ sunt: opes, quia frugalitatis. Vel qa bñ fit usus, ut opibus ad liberalitatem, uiríbꝰ ad fortitudinem. Contraria quoq̃ interpretatione uituperamus hæc ipsa, & horũ contraria. Per se enim, nec bona sunt nec mala: sed ex eius qui habet, ingenio accipiũt nomen. In reliquis rebus laudamꝰ utilitatem, quam præbent nobis: & ea præcipue pte bona cẽsemus, qua prosunt. Sic deum patrem, rectorem rerum nostrarum, custodem, protectorem, datorem, uitæ prosperitatis, quietis, omniumq̃ quæ felicium expectantur uotis, fontẽ originemq̃ laudamus. Deinde similitudine laudũ nostrarum: fortunæ quidem, quod nulli obnoxius sit; corporis, q̃ malorum omnium

In genere demãstrativo non itamagni referre, q̃ præcedãt argumentationes & quæ sequantur.

Laudis materia.

quæ in nos incurrunt sit expers: animi humanarumq; uirtutũ, unde iustum eũ, clementem, longanimem, propicium, sapiẽtem dicimus. Eadem ratione in equis, ex usu nro, gestandi arãdiq; cõmoda narrantur: quantum bello, quantum pace nobis præstent. Tum quod alacritate ad periculà, fide aduersus ueteres dños, patientia laborum, mansuetudine, obsequioq; uirtutes nostras referunt. Ita in corporis bonis, robur, uelocitas, decor. Ita ĩ fortunæ, sunt ornamenta, phaleræ, frena, cultus, & à maxima quaq; fortuna maxima cura eis adhibita. Similiter, non apes modo, sicut copiosissime Vergilius: nec psitaci, ut Ouidi⁹, ut Statius: sed inanima quoq;, sicut urbes, portus, regiões, arbores, plantæ, lapidesq; laudantur. Sic Plinius terrã laudat, q; propter exímia merita cognomẽ indidimus ei maternæ uenerationis. Vtilitas hæc ei⁹ est: Iam mitem, benignam, indulgentem, & usus mortalium semper ancillã uocat. Iam uenena nostri misertã instituisse putat. Imitatio quædam est hæc hũanæ probitatis. Nec ego sum nescius, istæ figurate dici, proprie eñ qui possent. Ideo & imi-

tationē dicimus. Hoc tñ constat, qđ initio
proposui, similitudine quadā uirtutis ista
laudari, cū sint re uera lōgissime ab ea re-
mota. Sed de laude, q̄q̄ nō nr̄ negocij nūc
ea sit, hæc uelut in trāscursu nō inutile fu-
erit attigisse. Late patet enim laus, & oīm
ciuiliū quæstionū ratio prope ex eo fonte
descendit. In iudicijs em̄, qd æquū, qd ini-
quum sit: in consilijs, quid expediat aut no
ceat, quæ cūcta utilitatis honestatisq̄ fine
metimur. Quis autem nō uideat hæc oīa
cum laudatione eē cōiuncta? Sed tñ lauda-
tio ex dicentis destinatione in aliud trāsit
nomē. Laudationē uerotūc proprie signa-
mus hoc noīe, cū laudamus rē nullum ali-
um in usum, nisi ut laudemus. In hoc ita q̄
ofonis genere, qm̄ p̄cipue uoluptatē ad-
mirationemq̄ sectamur audientiū, quæ
non contingit nisi magnis quibusdā recē-
sendis, quæ persæpe cum fidei etiā pericu-
lo petunt: aut minoribus in eum modum
extollēdis, ut magna uideant: sic ergo nō-
nunq̄ instituitur dispositio, ut argumen-
tationib⁹ alia sup alia increscētibus uelut
gradibus qbusdā augeatur oratio. Qualis
est apud Ciceronē laus clemētiæ Cæsaris,

Laus ī uarios usus patet.

In demonstratiuo genere disponendarum argumentationū præceptum I.

M.Marcellum restituentis.Et ad Quirites item laus beneficij P.R.quo ipse ē ab exilio reductus.Quæ quō fiant, superius diximus.At in eaꝝ reꝝ laudib⁹ recēsendis, quarum ipsa sibi sufficit magnitudo:ut in Pompeij laudatione pro lege Manilia, in uituperatione M.Antonij,L.Pisonis,cæteroꝝq;,nihil est necesse seruare hāc extruēdaꝝ argumētationū legē. Sed aut dispartim⁹ bona p sua genera,sic, ut de fortunæ bonis,de corporis,tum de uirtutibus dicamus,singulasq; similiter prosequmur,ut qcqd fecit ad unāquanq; uirtutū ptinēs, id ad eā redigamus.Aut uitā totā,ut nat⁹ ut educatus est,ut sese gessit,p tēpoꝝ ordinem digerimus. Aut ipsi nobis distributionē quandā effingimus, quod pro lege Manilia in laudando Pompeio Cicero fecit.Quod fuit quidem faciendū sibi, quoniam pura laus non fuit eo loco proposita, sed in suasionem uertebatur laudatio,nec Pompeium bonum uirum tunc probare uoluit, sed utilissimum imperatorem,in quo dixit quatuor illa esse oportere,scientiam rei militaris,uirtutē,auctoritatē,felicitatē. Aut si multa sint argumē

Secūdum.

Secundum

Tertium.

Quartū.

Quintum

præceptū

ta laudis, quorum magna alia, alia leuiora sint, ne uel leuiora in unum cõgesta locũ, exilitate sua uim orationis infringãt, uel eam maiora supra modum tollant, ordinem quem arbitrarium supra uocauim⁹ sequimur. Ita⁹ ut maiorum robore, leuiorum fulciatur debilitas: & rursus tenuitate leuiorum, impetus maiorum tẽperetur, miscemus ea, iungimus⁹ incredibilia probabilibus, splendida obscuris, insignia ignotis, ꝓpria cum his quæ sunt aliorum cõmunia: ut hac mistura, cõcinnatio quædam & æquabilitas accedat orationi: ¶ In eis uero generibus, quæ fidẽ solã quærunt, fidei quo⁹ est ante oĩa accõmodanda dispositio. i. quẽadmodũ de quæstionibus diximus, si sint argumentationes, quæ solum prodesse causæ possint: sed ex quarum assueratione reliqs argumentationibus aliqua parte ueniat fides, ut eas alĩs præponamus. Sic Cicero pro Milone in ea quæstione cuius sæpe iam meminimus, qua disputat, an possit ullus ab altero occidi iure: primum opponit aduersariꝰ M. Horatium, qui sororem occidit, absolutus⁹q; est P. R. sententia. In quo uelut

Quis argumentationũ ordo in genere deliberatiuo & iudiciali.

nascentis rei Romanæ exemplo, legesq;, & testimoniũ ex fabulis quæsitum, innixa sunt. Similiter Quintilianus in Mathematico, cum probare uult mathematicũ dixisse uerum, postq̃ probauit sideribus regi res humanas, & eorũ uim posse ab hoĩbus comprehendi, primũ argumentũ ponit ipsam mathematici constantiam in respõdendo: qui cum ea, quibus merito credere consulens eum patet non debuerit, tamen nihil texerit: sed omnia sine dissimulatione protulerit, pendet utiq; præcipue quæstionis istius fides ex mathematico. Quemadmodũ in futurorũ oĩm prædictione, nulla re magis credimus, q̃ eius scientia fideq;, qui prædicit. Recte ergo hoc argumẽtum tanq̃ firmamentũ, primum fecit. ¶ Præter hæc, si non sit hæc in argumẽtis ordinis causa, tñ proxima ratio erit, ut aliquid quod apud audiẽtiũ animos multum habiturum sit uirium, hoc primũ locemus: deinde debiliora in medium recipiamus: postremum faciamus id, quod arctissime auditorem teneat: quoniam eorũ ut proxima, sic est efficacissima memoria. Quintilian⁹ itaq; in Milite Mariano, in pri

ma quæstione, quã fecit, an licuerit eũ qui uim inferret occidere, primã confessionẽ causæ aduersario extorsit. Non (inqt) me hercule possum tenere, quo minus in accusatorẽ dolor meus prorũpat. Quid dicis? Tu si tribunus esses, hoc fecisses? si miles, hoc tulisses? Nihil fere potuit efficacius dici pro causa, q̃ quo uel impudentissimus etiam aduersarius cogeretur secundum reum pronũciare. In fine uero quæstionis id posuit, quod q̃is non admodum fidẽ causæ, tñ quod maiꝰ est, apud iudicis aĩm, potentissimum eẽ debuit. Itaq; cum inuasisset luxuriam nobilitatis, quam maxime studebat se ueritate uirtutibusq; p̃mere C. Marius, subiecit ĩ fine: Dij profecto magnitudinem tuam curant imperator ac dirigunt, qui tibi sup cæteras laudes attulerunt tã honestæ sententiæ occasionem. Qd miles fortiter fecit, si absoluis, tuũ exẽplũ est. ¶ In affectibus (quod & aĩ diximus) crescere sp debet oratio, & quẽadmodum inter argumẽtationes ea, quæ affectus est capacissima, sic in ipso affectu quod potentissimum, recte ponetur postremum. Cum enim sua sponte citissime

Ordo argumentationũ in mouẽdis affectibꝰ.

arescãt lachrymæ, turpe est eas dicentis frigore ficcari. Quod ut lachrymis, sic in omi affectu necesse est euenire, quoties is q dicit, ꝓpositis efficacioribꝰ & acrius in aim penetrãtibus, ad leuiora deinde uelut destituta omibus oratione deflectit.

¶Scholia in caput decimumtertium.

QVæ ἐπιδεικτικὰ Græci, Cicero demonstra uocauit.) Tria, quemadmodũ & supra attigimus, causarum sunt genera, demonstratiuũ, deliberatiuũ, iudiciale. Demonstratiuũ uocant, quod in laudando uituperandoq; uersatur. Deliberatiuum, quod in suadendo aut dissuadendo, hortando, dehortandoue cõsistit. Iudiciale, quo accusamus aut defendimus, petimus aut abnuimus. Ergo quod ad hũc attinet locum, id quod Latini, Ciceronẽ in rhetoricis secuti, uocant genus demonstratiuũ, Græcis ἐπιδεικτικὸν dicitur. De quo hunc in modũ Quintilianus libro. iij. Est igitur (inquit) ut dixi, unum genus, quo laus & uituperatio continetur: sed est appellatum à meliore parte laudatiuũ. Idem alij demonstratiuũ uocant. Vtrunq; nomen ex græco creditur fluxisse, nã & ἐγκωμιαστικὸν & ἐπιδεικτικὸν dicũt. Sed mihi ἐπιδεικτικὸν non tam demonstrationis uim habere, quàm ostentatiõis uidetur, & multũ ab illo encomiastico differre. Nam ut continet laudatiuum in se genus, ita non intra hoc solum consistit. An quisquã ne

Tria causarum genera.

Genus demonstratiuum.

gauerit, panegyricos ἐπιδεικτικοὺς esse? Atqui formam suadendi habent, & plerunq; de utilitatibus Græciæ loquuntur: ut causarum genera tria sint, sed ea tum in negocijs, tum in ostentatiõe posita. Nisi forte non ex Græco mutuantes demõstratiuum uocant, uerum id sequuntur, quòd laus & uituperatio quale sit quicq;, demõstrant. ¶Et panegyricorum plerisq;.) πανήγυρις, laudem, festum, mercatum, conuentum significat. Hinc λόγοι πανηγυρικοὶ, hoc est, oratiões, quæ in laudem cuiuspiam, aut alioqui in conuentu populi, non tam utilitatis, quàm demulcendarum auriũ uoluptatisq; gratia apud Græcos dici solebant. Etiã si nonnunquam (ut iam ex Quintiliano ostendimus) et suadendi habebant formam, & de utilitatibus Græciæ loquebantur, id quod nec Rodolphus dißimulat. ¶Quoniam autem laudantur bona.) De his Fabius Quintilianus libro tertio capite nono: & M. Cicero cum multis alijs in locis, tum etiam in partitionibus. ¶Tũ quod alacritate ad pericula, fide aduersus ueteres dominos.) De hac equorum laude & amore aduersum dominos, multa legere est apud Plinium libro octauo, capite quadrageßimosecundo. ¶Nõ apes modo sicut copioßißimè Vergilius.) Quarto georgicõn. ¶Nec psitaci, ut Ouidius, ut Statius.) Ouidius secundo libro elegiarum deplorat simul ac laudat psitacũ mortuum. Idem facit Statius ad Meliorem, libro secundo syluarum. ¶Sic Plinius terram laudat.) Libri secundi capite sexageßimoquinto. ¶Qualis est apud Ciceronem laus clemẽtiæ.) De hoc supra, huius libri

Panegyris.
Panegyrici.

capite tertio. ¶ Et ad Quirites.) In oratiõe qua gratas egit populo Romano, q̃ se ab exilio reuocassent. ¶ Quæ quõ fiant, superius diximus.) Huius lib. cap. tertio. ¶ Vt in Pompeij laudatiõe pro lege Manilia.) Manilius tribunus plebis legẽ rogarat, qua Cn. Pompeio decerneretur bellum Mithridaticum. Eam legẽ dissuasêre summi uiri ac principes ciuitatis Catulus ac Hortensius, suasit Cicero: & quidem ita suasit, ut bonam totius orationis partem destinarit recensendis laudibus Pompeij, cuius laudationis mentionẽ hic facit Rodolphus. ¶ In uituperatione M. Antonij.) In quem plenis, quod aiunt, uelis inuehitur Cicero Philippica secunda. ¶ Et L. Pisonis.) Hic ẽ ille L. Piso, qui cũ Gabinio consul erat id tẽporis, quo in exiliũ actus est Cicero, qui cũ postea senatus autoritate, ac populi iussu esset restitutus in patriam, orationem habuit in senatu de prouincijs consularibus: idq; ea oratiõe effecit, ut ambo COSS. Piso inquã & Gabinius à prouincijs reuocarentur. Quare uehemẽter offensus Piso, de insectatiõe Ciceronis questus est in senatu, grauiterq; in illum inuectus, maximè fidutia Cæsaris generi sui, q tũ Gallias obtinebat. Ergo huic respõsurus Cicero, ita cũ retaliat, ut grauissima ei in senatu obijciat, crimina, omniq; cũ genere uituperatiõis proscindat. Atq; hæc ẽ uituperatio illa Pisonis, cuius meminit hoc loco Agricola. ¶ In eis uerò generibus, quæ fidẽ solã q̃runt.) Quorũ hic est finis, ut uera credantur esse quæ dicũtur, ut ẽ genus deliberatiuũ & iudiciale. ¶ Quẽadmodũ de q̃stionibus diximus.) Capite

Lex Manilia.

L. Piso.

proximo. ¶Opponit aduersarijs M. Horatium.) Hic qua arte amißis duobus fratribus, tres illos Curiatios, deinde & sororem ipse suam occiderit, narrat T. Liuius libro primo ab urbe condita. ¶ Leges q̃.) Duodecim uidelicet tabularum: quæ furem nocturnũ quoquo modo, diurnum autem si se telo defendißet, impunè finebant interfici. ¶ Et testimonium ex fabulis quæsitum.) Ait enim, non sine causa fictis fabulis doctißimos homines memoriæ prodidisse, eũ Orestem, qui patris sui Agamemnonis ulciscendi causa, matrem Clytemnestrã necauisset, uariatis hominum sententijs, sapientißimæ deæ Palladis sententia liberatum. ¶ Præter hæc si non hæc sit in argumentis ordinis causa.) Hoc ipsum Fabius libro quinto, capite de usu argumentorum: & Cicero item non uno in loco docet, nẽpe firmißima argumẽta in principio & fine locãda esse, debiliora uelut in mediũ agmẽ recipiẽda. ¶ In Milite Mariano.) Cuius declamationis iã semel iterũq; meminimus. ¶ In affectibus, quod et ante diximus.) Libri huius cap. 3. ¶ Cũ enim sua sp̃te arescant lachrymæ.) Sic Quintilianus libro 6. Nunq̃ tamẽ debet lõga esse miseratio, nec sine causa dictũ est, nihil facilius quã lachrymas inarescere. Nã cum etiã ueros dolores mitiget tẽpus, citius euanescat necesse est illa, quã dicẽdo effinximus imago: in qua si moramur, fatigatur lachrymis auditor, & requiescit, & ab illo quem cœperat impetu ad rationem redit. Nõ patiamur igitur frigescere hoc opus, & affectũ cũ ad summũ perduxerimus, relinquamus, neq; sp̃ere

Orestis fabula.

Lachrymas citò arescere.

mus fore, ut aliena quisquam diu ploret. Et in partitionibus Cicero: Cito enim, inquit, exarescit lachryma, præsertim in alienis malis.

¶Tametsi naturalis quidem partiũ argumẽtationis ordo is sit, ut propositiões semp p̃cedant, sequatur cõclusio: & in rõcinatiõe, primus locus cedat maiori, secundus minori, tertius cõclusioni, tñ ordinẽ hunc adeo anxie obseruandũ nõ esse, quin interdũ mutetur: ne dũ nimis theologice pro et cõtra uolumus arguere, in meras ĩcidamus ineptias.

Caput. XIIII.

Naturalis ordo partium argumentationis.

PArtes argumẽtationũ quã capiãt dispositionẽ, nõ est certis ullis cõprehẽdere p̃ceptis. Quæ sint aũt ptes argumentationis, ꝑximo libro satis multis executi sumus. Et naturalis quidẽ ordo est eaꝝ, ut p̃cedãt ꝓpositiões, deinde sequat̃ id, qđ ex eis efficit̃. In rõcinatione quoq̃, prima sit maior ꝓpositio, ꝑxima sit minor, postrema cõclusio. Sic in inductiõe, priores sunt spẽs aut ptes, q̃ genus aut totũ, qđ colligit̃ ex eis. Velle tñ hãc legẽ usq; q̃q; obseruare frigidæ prsus est & friuolæ cuiusdã nescio an curæ dicã, an cauillatiõis, certe infantiæ & fastidij. Infantiæ qdẽ, q; nihil põt aut min⁹ disertũ aut magis puerile uideri, q̃ oĩa

uelut puerum à magistro dictata ad unã certam legem formamq; dicere. Fastidij quoq;,quod necesse ẽ sequi eos, qui aures nulla unquam uarietate delicatissimã nr̃i partem tẽtant reficere. Varietas em̃,sicut rerũ oĩm,sic oronis p̃cipue leuat tædiũ. Multarũ adeo rerũ nobis gratia,nõ ex se, sed uel ex meliorũ etiam satietate uenit.Iã etiam pleræq; sunt argumẽtationes,quarum tota uis aut duabus propositionibus citra cõclusionẽ explicat̃,aut altera ꝓpositionũ pro tota ponitur rõcinatione.Quæ qualia sint,suo loco demonstrauimus.Feras tñ utcunq; leuioribus in rebus hanc ludicram uerborũ iaculationem, in quibus solum os instruitur,& inanes inter disputandũ circulorũ clamores petũtur.At in eis rebus,quæ non ideo tm̃ dicũtur, ut dicantur,sed ut aĩos nr̃os subintrent & emẽdent,quæq;uitijs eradendis ex intimis mẽtiũ nr̃arũ sedibus adhibentur.i.quæ moralis philosophiæ uocam⁹,si hac leuitate intra primas subsistant aures, inania profecto,inania tm̃,irritaq; uerba fundent.Maioribus ergo uirib⁹ instructã oronem & plenioribus eam ferri uelis oportet.Auer

tẽdus em̃ est ab eis quæ placẽt, quæq; multo tpe probauit animus, & ipse sibi (ut ita dicã) est auferẽdus. Nec tã docẽdus, ut sciat meliora, q̃ cogẽdus, ut uelit. A qua facultate, quantum ablit confracta illa & spinosa argumentandi rõ, non est certiore signo colligere, q̃ q; ea posteaquã philosophoꝝ scholas ingressa est, moralis ista quã uere philosophiam dicimus, è scholis prsus excessit. Veterum certe neminem nisi Stoicorum horridissimum quẽq;, sic dissentiuisse inuenias, nec id ubiq; tamen. Et si quis paulo lætiore fuit ingenio, huius etiam sectæ uictus est dignitate, & splendidius aliquid dicere concupiuit. Aristoteles certe, Plato, & quorum interea in philosophia paribus laudib⁹ eloquẽtia eruditioq; celebratur, rarissime putauerunt utendũ sibi nudis illis & expressis ratiocinationibus, quod ex libris eorum facile perspectu est. At nr̃i seculi philosophis, si, quæritur & arguitur primo & secundo, & no tandum quarto aut quinto, & consequentia tenet in baroco, & reliqs id genus ineptias, demas, destitutos prorsus & nihil quod dicant habituros uidebis. Nec hæc

Hæc legant silicernia ista, quibus nihil placet nisi arguitur et replicatur.

Quibus floscul is lasciuiãt philosophiæ tatis nostræ.

eo dico, ꝙ ea putẽ esse cõtẽnẽda. Discí em illa ab incipientibus in scholis, & quidem exactissima cura, uelim, & exerceri quoꝙ sed adeo, ut intra scholam maneant. A grauiorum uero reꝝ tractatu, doctiorumq́ uirorum disputatione: ante oĩa, cũ posteritati erudiendæ res literis mandantur, crediderim maxime hanc leuẽ ineptamq́ dicendi scrupulositatem remotã esse debere. Nunc autem cum sint omnia in leuissimas etiam digesta quæstiones, & cuilibet quæstioni, uelut statutus lege quadã argumẽtationũ & notandorũ debeatur numerus, implentur ingentia uolumina librorum, & totis paginis dicuntur, quæ singulis interdũ uersibus poterant absolui. Eꝙdem argumentationem in oratiõe cõtro uersa, censeo necessariã esse, tanq̃ neruos sine quibus ea subsistere nõ possit. Sed quẽ admodum deforme nõ mõ sit corpus, sed nec speciem quidẽ habeat corpis, in quo soli sint omniq́ carne nudati nerui: sic nec orationis aut faciem aut nomen iure habebunt horridæ istæ, & una perpetua specie cõpositæ argumentatiões. Apud Græ

cos quidē in prouerbio fuit, ut dicerent, egregia de lente, quoties minor res maiorem in modū tolleretur. Quanto nūc rectius hi notabuntur, cū puerilibus etiam nugis diuina ptractēt? Vertendæ sunt igitur formæ argumētationū, & ptes earū uariæ collocatiōe disponendæ. Nec tñ adeo uitandus ordo rectus, ut credamus nō interdū ratiocinationē totā proferendā, qđ & Quintilianus fecit in ea declamatione, quæ inscribitur Ignominiosus cōtra tres rogationes: Ergo (inqt) si & ignominiosum uult eē eū q ter cōtradixerit nec tenuerit, & hic contradixit ter nec tenuit, quō nō sit ignominiosus, inuenire pfecto non poterit. Sic & Cicero cū multis in locis, tū pro M. Cælio: Si qua nō nupta mulier (inquit) domū patefaceret oīm cupiditati: et reliqua multa, quæ subiicit in eā sententiā quorū oīm hæc uis est: Nemo poterit dici adulter, qui cum muliere oīm cupiditati expositā coire consueuit. Hoc apertum ē maiorem propositionem esse ratiocinationis. Addere deinde debeat minorē: Clodia aūt talis mulier est. Variauit id dicēdi figura, & in eius locū interrogat eā, fateaē

Interdū & tota rōcinatione, & naturali ordine collocata uendū eē.

ne talem esse se, an neget. Post ad utranq; partem cõcludit, si neget se talem esse, ne debere qdem uideri à M. Cælio petulãtius quicq̃ cum ea factũ: sin fateat, nõ id uideri ex p̃cedentium ꝓpositionũ ꝓbatione adulteriũ. At in eadem oratiõe paulo ante cõuertit ꝓrsus totũ rõcinationis ordinem Cicero, primamq; cõclusionẽ ponit: In M. Cælio nulla luxuries reperitur, nulli sumptus, nullum æs alienum, nulla cõuiuiorũ & lustrorũ libido, quæq; sequũtur. Hoc est em̃, quod probandum est. Deinde cum subdit: Audistis antea cum accusaret: minorem ꝓpositiõem facit, quæ est, Cælium summa eloquẽtiæ studiorũq; cura teneri. Postremo maiorẽ addit: Atq; scitote iudices, eas cupiditates quæ obiiciuntur Cælio, atq; hæc studia de quibus disputo, non facile in eodem homine eẽ posse. Vt sit rõcinatio: Nõ possunt in eo, in quo est summus studiorũ amor, esse & prauæ cupiditates: in Cælio ẽ summus studiorum amor, non possunt ergo in eo esse prauæ cupiditates. Interim ponitur altera ex ꝓpositiõibus tantũ. Vel maior, ut Quintilianus in Mathematico:

Exemplũ ordinis in rõcinatione inuersi.

Alteram tãtum ex propositi

Ei (inquit) tantum debet mors negari, de quo non sufficit hoc pœnæ genus, ut se ipse potius occidat. Hanc propositionem probat. Deinde quod assumpturus, & hoc uidelicet, quod ex eis conclusurus: ego uero talis nõ sum, nõ ergo debet mihi mors negari: ea uelut in ꝓpositiõe illa satis intellecta ꝑtermisit. Interim ꝓponit minor, ut in eadẽ declamatione: Quid ꝙ me futurũ dixit parricidã? Rõcinatio qui dẽ talis sit opter: Quisqs ꝑdictus parricida ẽ, debet mori: ego ꝑdictus sum parricida, debeo ergo mori. Est ergo qđ ꝓponit minor ꝓpositio: qđ sequtur, ẽ cõfirmatio maioris, debere mori eũ qsqs parricida ꝑdictus ẽ, qđ q̃q̃ posset uniuersalit pronũciari, orator singularit & tãq̃ de hoc uno pronũciat. Qm̃ (ut priore libro dixi) uniuersales propositiões remotiores esse, & minus arcte ꝓmere rẽ ꝑsentem uidẽtur.

onib⁹ ponit totius rõcinationis loco

¶Scholia in caput decimumquartum.

PRoximo libro satis multis executi sumus.) Libri secundi capite 14. ¶ Qui aures nulla unquã uarietate, delicatissimam nostri partem, tentant refi cere.) Quis enim, inquit ille, est auribus usqueadeo patiẽtibus, uti uel paulisper ferat oratiõnẽ ubiq; sui similẽ? Tantã ubiq; uim habet uarietas, ut nihil oĩno

Varietas q̃ placeat auribus.

tam nitidum sit, quod nõ squalere uideatur citra huius commendationem. Gaudet ipsa natura uel in primis uarietate, quæ in tam immensa rerum turba nihil usquam reliquit, quod non admirabili quodam uarietatis artificio depinxerit. Et sicut oculi diuersarũ aspectu rerum magis detinentur, ita semper animus circũspectat, in quod se uelut nouum intendat. Cui si cuncta sui similia occurrant undiq;, tædio protinus auertitur. Et Quintilianus: Ars porrò, inquit, uariandi cum gratiam præbet ac renouat aures, tum dicentem ipsum laboris mutatione reficit: ut standi, ambulandi, sedendi, iacendi, uices sunt, nihilq; eorũ pati unum diu possumus. ¶ Quæ qualia sint, suo loco demonstrauimus.) Libri secundi capite decimonono. ¶ In quibus solum os instruitur.) In quibus id agitur solum, ut dicendi usum paremus. ¶ Et inanes inter disputandum circulorum clamores petuntur.) Vbi hoc unum quæritur, ut qui nos disputãtes undequaq; circunstant, ij nobis applaudant, & placere sibi ea quæ dicuntur à nobis, plausu ipso ac clamore testentur. ¶ Et ipse sibi, ut ita dicam, est auferendus.) Ita, inquit afficiẽdus animus est, ut non is sibi esse uideatur, qui adhuc fuit: utq; probet ea quæ auersatus est hactenus: & auersetur, quæ hucusq; probauit. ¶ Egregia de lente.) Eundem propemodum sensum habet cũ eo, quod legitur apud Gellium τὸ ἓν φακῇ μύρον, in lente unguentum. ¶ Quoniam ut priore libro dixi.) Libri secũdi capite decimoquarto.

Egregia de lente.

¶De cautionibus aliquot inter argumentandum obseruandis ei, qui aduersarium uelit conuincere.

Caput XV.

Cautio obseruanda argumentanti

POssent ista extendi, multiplexq; horũ forma proferri ex autoribus. Sed lõgum id est, & nisi alioqui multa cura quis, legendis, explicandis, perspiciendisq; scriptoribus ista cognouerit, frustra docebit. Nam neque dici omnia possunt: & ex eorum quæ diximus collatione, facile quis reliqua cognoscet. Illud tamen adiecisse uelim. Quod si qua sit propositio, uel aliquid propositionis simile, in quo maius quæstionis momentum sit positum, rectissime aliquando antequam id aggredi mur, quod eo conficere uolemus, in antecessum apud auditores est deponendũ, & tanquam aliud agamus explicandum. Minus enim suspectum tunc erit, cũ quare dicat nõ apparebit: credeturq; facilius, & securos aiõs blandius subibit. Sicut minus timẽtur arma, quorũ nõ intelligitur usus. Inde cum possederit mentẽ paratam semel, fidem tunc quoq; pferet, cũ utendum erit eo. Fauet em̃ quisq; persuasioni

suæ, nemoq; uel sibi ipse libēter errorem suū fatetur. Credimusq; multa, non quia uera uideantur, sed quia credimus. Hmōi est apud Ciceronem illa expositionis matris Cluentij inuidia, quæ quanq; præcipue ueneficij crimini defendendo conueniat, tñ si, cum illud defendendū erat, primum poneretur, poterat tam dubia sicut crimen uideri. Huc pertinent altius repetitæ narrationum p̄parationes. Et in altercationibus quidem p̄cipuus est obseruationis istius usus. Ideoq; si qua sunt, quæ plus sint allatura confirmandæ intentioni nostræ, non sunt utiq; protinus cū eo constringenda. Tergiuersabitur enim & effugia quæret aduersarius, inuitusq; se in laqueum, quem prospexerit, dabit. Ergo dimouēda sunt hæc ab eo, quod efficere uolumus, & altius repetenda, & multitudine similium propositionū, quas sibi periculo daturus sit aduersarius, obruenda. Quæ cuiusmodi sint, ex Platonis dialogis nō est difficile p̄spicere. Sed nos interim aliquo exemplo quod dicimus, indicem⁹: Demus Academicum probare uolētem Epicure⁹ quisquis sine uirtute sit, eū esse

infelicem. nõ ſumet ſſle tantũmodo, uirtutem eẽ ſummũ bonum: id enim nihilo ꝓbabilius eſt, q̃ id quod intendebatur: nec id etiam unde iſtud deducitur, uirtutis curam maxime naturalem eſſe homini. Altius igitur ordietur. Quæret, ecquid fateatur animam corpore meliorem eẽ? Sed hoc quoq; muniendum eſt Socratica inductione. Quærendum eſt, an aurigã curru, & naue gubernatorem, & dominum domo, & principem popularibus, & in uniuerſum quod imperet præſtantius eẽ putet eo, qđ paret, an & animi impio putet corp⁹ regi. Quæ ſi cõcedat, neceſſe erit cõcedat, animum corpore potiorẽ eſſe. Quod ubi conſtare cœpit, ſequatur hinc, ꝓpria animi bona proprijs corporis bonis eẽ potiora. Quod ſi docuerimus hinc, propriam animi uirtutem, ꝓpriam corporis uoluptatem eſſe: cõſtabit uirtutem eſſe meliorẽ uoluptate. Qđ ipm erit fortaſſe quærẽdũ. Exlõginquo rogabit itaq;, putet ne eiſdẽ gaudere corp⁹ & aim⁹ qđ nimiꝝ negabit. Nam & multa poſcit corpus, quæ nec indulgẽda illi credit Epicurus, Ergo hoꝝ aduerſus animus, q̃ negat

ea corpi, gaudet. Sic & aĩo multa placent, quæ corp⁹ auersat. Cũ gaudeãt aũt diuersis, uoluptas corpis erit: qđ aũt uoluptati cõtrariũ sit, nõ inuenimus, nisi uirtutẽ. Ea ptinebit igit ad aĩm. Hæc ergo bona utriusq; erũt. Qđ si est propriũ aĩ bonũ uirt⁹, erit & summũ bonũ: cũ demõstratũ sit ante, meliora eẽ quæ ad aĩm, q̃ quæ ad corp⁹ ptineant. Cũ em̃ nõ sint alia ppria hois, q̃ quæ sunt animi & corpis bona (nã fortunæ bona solũ dicũtur, qa ĩstis deseruiunt) ergo animi bona, qm̃ meliora sunt, summa sint oportet. Et iã hæc qdẽ cũ sint uirtutes, necesse est q sine eis sit, eẽ cũ summo malo, quod uitiũ erit. Atqui qsqs cũ summo malo ẽ, infelix est. Ergo iã efficitur qđ intendimus, qsqs est sine uirtute, infelix ẽ. Quod si à pximis cœpissemus, & inde digrederemur ad lõgius posita, insolentior aduersarius negaret oĩa, neq; puenire nos ad aliqd fineret unq̃, qđ ipse cõfiteretur. At cũ ea ponim⁹, quæ distãt multũ, neq; fere qcq̃ negocij uidẽtur habere cũ eo, qđ proponimus facilius dat aduersarius tãq̃ nihil ad se ptinẽs. Vñ datur cõfessum nobis aliqd arripe, in quo pedẽ (qđ dici solet) figamus, ad qđ si alio puenirem⁹ or

dine, negaret id ipsum aduersarius, ne uinculis argumẽtationũ uinceretur, & aliqd cõfiteret, ex quo cõtra ipsum regredi possemus. ¶ Sed quẽadmodũ à summo quodam cacumine petito initio, ad id postremum, quod probare destinamus delabimur: sic licebit è contrario, & hoc ipsum qd̃ intendimus primũ facere, & id adhibita argumẽtatiõe cõfirmare, hancq; ipsam argumentationẽ rursus alia astruere, donec ueniamus ad aliqd tandẽ, qd̃ inficiari aduersarius nõ possit. ¶ Similiter etiã poterimus, cũ negauerit intẽtionẽ aduersarius, proponere aliqd, qd̃ etiã diuersum uideatur à proposito, qd̃ det aduersarius. Id cũ fecerit, tũ ductu eo quẽ obliquũ priore libro diximus, ex cõtradicẽte intẽtiõis cõtradicẽs eius qd̃ aduersarius dedit colligere. Qd̃ quõ fiat, suo loco nobis ẽ dictũ. ¶ Huius tñ admonitũ altercatorẽ uelim, ut sciat quã potissimũ ex istis disponendi rõnẽ sequat, duas fere in altercatiõe figuras eẽ orõnis. Aut em̃ interrogãtes, & aduersarij sñias pcontando elicientes differimus: aut asseueramus, & nostrarum argumentationũ cõstantia, in nostrã sñiam eũ

Cautio præcedẽti cõtraria.

Duæ in altercatiõe figuræ.

trãsire cogimus. Primum genus est, ut cũ quærimus, sit ne uirtus proprium animi opus. Quod si dederit aduersarius, rursus quærimus, ẽ ne opus cuiusq; bonũ ipsius? Deinde si id quoq; deẽ, tũ quæritur, sit ne animꝰ optima pars nostri? Post hæc, sit ne optimum, qđ optimo bonũ est? Hæc etiã cum data fuerint, tũ relinquet, utiq; optimum. i. summũ bonũ esse uirtutẽ. Scdm genus est, cũ dicimus, Virtus est summũ bonum. Idq; probamus, ẽ enim bonũ animi nr̃i, q est p̃stantissimũq ꝺ in nobis est. Qđ sit aũt animi bonum uirtus, id rursus docemus, qm̃ propriũ opus est ipsius: reliquaq; ad hunc modũ assueramus, donec ueniamus ad postremũ aliquid, qđ p̃bationẽ nõ habet opus. Cũ possit aũt duci ordo ille propositionũ, autà primis atq; cõfessis ad intentionem, aut ab intẽtione ad prima & concessa, per utranq; figuram: apta tamẽ est interrogatio priori ordini, estq; genus ipsum differendi tutius atque modestius, & plurium laqueorum aduersus aduersarium capax. Nam si interrogãti aliqui non det aduersarius, potest inde sine dedecore referre pedẽ, qđ assueranti

turpe fuisset, repulsum se & frustra conatũ facenti. Assueueratio uerò grauior ẽ atq; instantior, & ordini ab intentione ad confessa ducendo aptior. Vrget enim aduersarium, & nõ illius consensu, sed uiribus quæ uoluit, extorquet. Sed rẽ subeẽ oportet eiusmodi, quam ab inuito nos aduersario confidamus exprimere posse. Quæ si nõ fit, satius erit interrogationes experiri. Socrates itaq; apud Platonem, ut q ni hil scire se affirmaret, nihilq; habere, qđ tanq; p sua sententia diceret: interrogatione sp est usus, omnemq; omnibus in locis disputatiõem ex aduersariorum dictis instituit. Et sicut maximorum omnis æui uirorum in philosophia cõsensu, primæ tribuuntur Platoni: sic omnem altercationũ ratiõem artemq; summo ingenio pariq; cura & acumine in dialogis expressit. Quanquã nõ destiterit eum Aristoteles incessere, tanq; copia effusum, nouitatis cupidũ, eloquendo tumidum, orationis ostentatorem. Fama tamẽ pro Platone stetit, & sicut multorum fauore Aristoteles æquauit primum: sic maximorum iudicio, Plato hunc proximum quidem, sed infra se ta-

Socratis in disputãdo prõcessus.

Platonis laus.

Quintiliani liber altercationum.

men, sicut omnes, reliquit. Quintilianus autē, sicut declamationū, sic altercationum quoq; ꝑpriū cōdidit uolumē, qđ in nras ꝓuenit manus, egregiū qdē, sicut sunt illius uiri oīa. Plato tñ, q̄uis sint etiā insignes uiroꝝ utriusq; linguæ dialogi, in q̄uis uarios usus mihi sufficere uideꝰ exēplo. ¶ Vt ergo quæ ad dispositionē ptinent in summā quandā redigamus, opus ē in primis, quisqs bene disponere uolet: ut totā inuētionis suæ syluā, hoc est, oīa quæcunq; dicturus est, uelut conspectui suo subiiciat. Tum quid in animo auditoris efficere uelit, diligenter expendat. Deinde res ipsas, reꝝq; partes, & uim naturamq; singularē, omnia & inter se conferat, & cū ꝑceptis oīa. Tum non difficulter uidebit, ubi temporū sequenda ratio, ubi p̄species res digerenda, & qbusdam uelut limitibus singula discernēda: ubi aliud ex alio, ut qđq; proximum aptissimū mue fuerit, ducendū. Tum qd tribuendū uoluptati, quō uictoriæ certaminiq; seruiendū, qs quæstionum ordo, quis argumentationum, quis propositionum seruandus. ¶ Est autem diligenti, multaq; cura tractanda dispositio

Summa dictorum de dispositione.

Dispositionis laus.

tio, quãdo uerã hæc pars ingenij laudem mereť. Sicut enim opes fortunæ munere imprudẽtibus pſæpe cõtingũt: recte autẽ miniſtrare eas, circũſpecti conſultiq; uiri ẽ propriũ: ſic inuẽtionis copia indomitis prope nõnunq; & inſanis dať ingenijs, decor diſpoſitiõis & ordo, arte iudicioq; formatur. Quorum ut illud naturæ felicioris, ſic hoc cultioris doctrinæ ſignũ ẽ. Præparãda qdẽ utraq;, iſtud tñ iuſtius laudes.

¶Scholia in caput decimumquintum.

FAuet enim quiſq; perſuaſioni ſuæ.) Suum, inquiunt, cuiq; pulchrũ, ſumusq; φίλαυτοι adeo καὶ φιλόνικοι omnes, ut nõnunquã in manifeſtis etiam erratis nobis blandiamur, ac ne à nobis quidem ipſi uinci uelimus. Quis autem neſcit, hodie multa, etiam apud magnos quoſdam theologos, maximis uociferationibus idcirco defendi, non quòd ſint uera, ſed quòd aut nobis, aut ijs quorum doctrinã profitemur, aliquando talia uiſa ſint. ¶Nemoq; uel ſibi ipſe libẽter errorem ſuum fatetur.) Tantum abeſt, inquit, ut apud alios libenter fateamur errorem noſtrũ, ut nobis etiam ipſis ægre eum fateri ſoleamus. ¶In quo pedem quod dici ſolet figamus.) Ductum uideri põt à bobus aut equis currũ aratrúmue trahẽtibus. Nam ut illis firmiori opus eſt ſolo, quo pedem firment: ita diſputantem, ſolidum firmumq; aliquid habere oportet, quo ceu fulcimento ac baſi tota diſputatio ni-

tatur. Notum uel pueris est prouerbiũ illud Hieronymianum: Bos lassus fortius pedem fugit. Verum id alienius est ab hoc loco. Quem obliquũ priore libro diximus.) Libri superioris capite 14. ¶Et sicut maximorum omnis æui uirorum in philosophia cõsensu, primæ tribuuntur Platoni.) Id uel ex Cicerone cõstare potest, qui Aristotelem ita principem philosophorum appellare solet, ut Platonem tamen semper excipiat. Vt prima Tusculana: Aristoteles, inquit, longe omnibus (Platonem semper excipio) præstans & ingenio & diligẽtia, cũ quatuor illa nota genera esset complexus. &c. ¶Plato hunc proximum quidem.) Verbis magis quàm sensu, his simile est illud Ciceronis in Bruto: Duobus igitur summis Crasso & Antonio, L. Philippus proximus accedebat, sed longo interuallo, proximus tamen. Et hunc æmulatus Vergilius: Longo, sed proximus, interuallo. ¶Quintiliani autem, sicut declamationum, sic altercationum quoq; proprium uolumen reliquit, quod in nostras peruenit manus.) Demiror ego, cũ nihil fermè tã obrutum fuerit hactenus, quin id nostra hac tempestate in lucẽ prodeat, qui fiat, ut hoc Fabij altercationum opus nõdum usquam excusum sit. Nam extare ipsum adhuc, id uel inde colligi potest, quòd Rodolphus sibi id usum testatur, neq; ueri simile est, intra tãtillum temporis intercidere potuisse. Quod autem ad uolumen attinet declamationũ, hoc an Quintiliani sit, uideo uerti in dubiũ. Sunt enim qui aiant, sunt qui negent. Verũ nihil ad hunc locũ. ¶Vt totam in-

Quintiliani libri altercationum.

uentionis suæ sylua.) Materiã rudem, impolitamq́;, et adhuc indigestã. ¶ *Et quibusdam uelut limitibus.) Ductum à discretione, distinctioneq́; agrorum. Porrò quæ hoc capite ab Rodolpho tractantur, eadem ferè cum alijs quibusdam præcipit Aristoteles, octauo topicorum.*

¶ Parum utilitatis allatura esse hactenus tradita præcepta, nisi usus qui in oñi re plurimum potest accedat. Deinde cur legendi autores, & quomodo imitãdi. Postremo, quibus rebus liceat cõsequi illud, ut expedite, copiose, atque ex tempore etiam quauis de re proposita dicere possimus.

Caput XVI.

Vsum oĩ in re plurimum p osse.

VEllem equidem, ut quæcunq́; de dispositione hactenus dixi, adeo & quæcunq́; de tota inuentione, cui disponendi sub iecimus partes, tam aperte potuissent dici à nobis, ut nihil fuisset præterea requirendum. Fecissem, ut quemadmodũ nũc fides nostra candido fortasse lectori excusata erit, sic tum fuisset facultas laudata. lã uero, præterq́; ꝙ ingenij nobis perq́; tenuis utiq́; uena est, & apte dicendi aperteq́; uires exiguæ, rerũ fortasse natura obstat, quo minus sola præceptiõe & artis ratiõe demonstrãda, possint ista plene perfecteq́; tradi. Quod quidem in oñibus, quæ usus actionisq́; causa docẽtur, euenire uidem⁹:

ut nisi fuerint longa consuetudine, & exercitatione multa firmata, futuri potius tẽporis in agendis rebus spem, q̃ in p̃sentia
Pictor. subsidiũ præstẽt. Ita & pictor quãuis multa uel legerit uel audierit de figurarũ rõne: & quo lineaꝝ ductu eminẽtia, quo reducta, quo directa in aspectum, & ab oculis, subsidentia, ipsaq; uelut in se delitescentia: quoq; transuersa ítẽ & totã ostendentia magnitudinem suam exprimẽda sint: quæ luminũ, quæ umbraꝝ uis, quãta oculorum uarietas, materia, mixtura: q̃ multiplex in corporibus partium diuersitas, quæ forma, qs color cuiusq;, quæ oĩm inter se cõuẽtio (si audebimus latine sic dicere quod Græci σύμμετρίαν uocãt) quis earum ordo, nõ mõ ut nihil à natura distortum sit, sed ut dispositio eaꝝ motum quẽdam corporũ animorumq; repræsentet. Cuncta hæc quamuis à præceptore percepit, nisi tñ ipe admouerit tabulæ manũ, & multa tẽtauerit, multam operã spe p̃fectus pdiderit, multaq; suis fecerit improbanda: ne faciet quidẽ unq̃, quæ debeant aliqñ probari. Hoc idem in musicis cõtin
Musicus. git. Nihil profuerit multa illa, quæ de cõ

ficiendis muſicorũ p̃cipiuntur inſtrumẽ-
tis, q̃bus proportionibus ſingulæ naſcan-
tur: nihil quæ de uocum interuallis, quæ
de cõſonantibus & diſſonantibus, & quæ
q̃bus cõſonantiæ recte aut ſecus ſubnectã
tur, quæ tpm ſpatia ſint obſeruãda, q̃ mo
di: ſi nõ oĩa diligẽs meditatio aſſuefecerit,
firmauerit, indiderit, & prope in naturã
uerterit. Hoc in rebus ruſticis, hoc in bel
lis gerendis, in rep. adminiſtranda, in uni
uſcuiuſq; uita rite rectẽq; formanda eue-
nit, ut ſuperuacua ſit præceptio, quam nõ
fuerit induſtria diſcentis ſequuta. Quæcũ
q; enim diſcũtur operis gratia, præcipue
diſcuntur etiam ex opere. Nec ulla res ef-
ficaci⁹ recte nos docet facere, q̃ ut ſæpe fa-
ciamus. Qđ ſi contingit in aptioribus iſtis
& prope manuarijs artibus, ut difficilio-
res, & proinde ad percipiendum obſcu-
riores, ſed & inutiles uideantur, niſi uſus
acceſſerit: quanto minus erit mirandum,
in hac reconditiore arte, primam eius
frontem tractantibus, quædam obſcuri-
ora uideri, quæ tamen aperiet proferetq;
in lucem creber & diligens rerum tracta
tus. Quam ob cauſam nos etiam omnia

fusius diximus, q̃ solent, qui ista p̃cipiunt. Exemplis deinde omnia nõ impleuimus mõ, sed onerauimus etiã, ut quocũq; possemus mõ, cuncta quantũ in nobis erat, uelut in plano conspicuoq; poneremus. Et hæc ipa tñ qualiacunq;, & his quãtumuis meliora contenderim nõ magnopere ꝓfutura, nisi de arte fiat usus, & in opꝰ uerba uertant. Vsum duabus his in rebus fere accipio: scriptis autorum cuiusq; generis expendendis, & nostris deinde ad illorum exemplum quãtũ datur effingẽdis. Quoq; illud est ad artis perceptionẽ commodius, istud ad efficiendi facultatẽ efficacius. Sunt aũt reuoluendi autores, non in hoc solum, ut inuentionis acumen, dispositionis decorẽ, in omni rerũ orationisq; genere noscamus: sed communis rerũ humanarum sensus peritiaq; accipitur, & copia quædam orationis ad omnẽ usum paratur, unde semper uelut ex thesauro, uel proferamus ea quæ dispositimus, uel eorum similia effingamus. Præter hæc quoque exempla, sententiæ, diuerbia, & generalis quædam rerum oñium degustatio sumitur, & ad omnẽ orationis usum apta

Vsus quibus constet.

Cur euoluendi autores.

quædam ſupellex. Quibus fit, ut iucunda, faceta, grauis, erudita dicatur oſo. Vnde apud Platonẽ, Ariſtotelem, Ciceronem, Quintilianum, reliquoſq; quorum in illuſtri nomen eſt, omnium artium omniſq; humanitatis peritia elucet. Quã qdẽ eis q in populo maioreq; ciuiliũ negociorum turba uerſantur, uſus utcũq; & crebra audiendi experiendiq; conſuetudo ſuppeditat. Qui uero tecto & umbra gaudẽtes, intra ſtudiorum ſecreta ſe condiderunt, niſi ab eis qui in literas iſta miſerunt deprẽpſerint, non uideo unde ea conſequi poſſint. Legendũ eſt ergo autorum oẽ genus, cũ propter hæc quæ diximus, tũ propter ea quæ propria nr̃i ſunt negocij, ut collatis cum illorũ obſeruatione præceptis, & iſta explicatius intelligamus, & illorũ uirtutibus ex præceptionis rõne cognitis, incipiamus & nos ducibus illis proferre pedem, eorũ quoq; ſequi ueſtigia quos quã tumlibet de longinquo poſſe ſequi, in hac ſeculi noſtri deſidia, uel præcipuam arbitror laudem. Initio itaq; ſatis habebit, tractatas ab alijs, quos imitari uolet, quæſtiones etiam ipſe tractare, eademq; ferme di

Quõ dutorũ ſeq debeam⁹ ueſtigia.

cet quæ illi. Interim tñ ne nihil agat, ordi nẽ mutabit (si poterit quæstionũ, argumẽ tationũ, partiũq; argumẽtationis cuiusq;, uel oĩm horũ, uel quatenus res pmittet: ita tñ, ut speciẽ ordinis aliquã & ipse asse quatur. Tum uidebit, si qua quæstio aut ar gumentatio possit à se adhĩci eis, quas ille, cuius ductũ sequtur, sibi sumpsit. Hinc pau cis collectã argumentationẽ pluribus ex plicet. Quæ strictim breuiterq; dicta sunt ab alio, ipse copiose: quæ hubertim alius, ipse angustius dicat. Non qa sua meliora putet, sed ut hoc pacto, sicut pueri solent, proximis qbusq; apprehẽsis, ponere gra dũ discat. Post hæc quæstionẽ aliquã q̃ si milimam propositæ accipiat, inq; ea oẽm inuẽtionis dispositiõisq; rõnẽ, quã obser uatã in exẽplo uolet, quatenus põt, conse quat. Hinc eis quæ dicta sunt ab alĩs, con tradicere incipiet, aduersarĩq; tueri ptes. Qđ quidẽ liberius iam est. Multũ tñ iuua bitur inuentione partis diuersæ, cũ propo sitis illius argumentis, facilius admonebi tur, quid & ipse pro se dicere debeat. Li berrimum id & consummati roboris, cũ relicto (ut dicitur) nido uolare suo arbi-

tratu cœperit: & quacunq; libuit, arripit iter: ipse suo ductu inuenit, quæ dicenda sunt, disponitq; inuẽta: species iã suo iure, suo exẽplo facit. Quod ubi quatenus põt, contigerit, tum danda uentis uela, & non solũ id, ut bene, sed ut celeriter & sine cunctatione ista faciamus, conãdũ. Id assequemur, si primũ locos oẽs & oĩa p̃cepta firmiter affixa memoriæ habeamus: ut quotiescunq; libuerit, cuncta uelut uno intuitu sine cũctatiõe pspicere possimus. Deinde, si multo usu assuefecerimus aĩm, intentos sp̃ & apertos (ut sic dixerim) habere oculos, ut statim possit ex rebus p̃ loco rũ ordinẽ descriptis, cõsentientia discrepantiaq; eruere. Quibus rebus, si ullis alioqui, cõsequemur, ut expedite, copiose, subito, de oĩ re proposita dicere possimus. difficile id qdẽ & arduũ, nõ tñ maius, q̃ ut fieri possit. Ingẽs em̃, immẽsa, incredibilis ẽ uis mẽtis hũanæ, & cui nihil ꝑmodũ difficile sit, nisi qd̃ nõ uult. Qua ĩ re ut miracula trãseã, quæ uidi, surdũ à primis uitæ annis, & (qd̃ cõsequẽsẽ) mutũ, didicisse tñ, ut quæcunq; scriberet aliquis, intelligeret, & ipse quoq; tanquã loqui sciret;

Quõ non modo bene, sed & celeriter quauis de re dicere poßimus.

Quanta uis humani ingenij

omnia mentis suæ cogitata pscribere pos set: cæcos item per ingentia urbium spatia, non modo uicorum oim flexus ambages q̃, sed domuum singularum aditus & ostia sine errore permeare solitos: ea potius quæ quotidie fiunt uideamus, è quibus unum hoc suffecerit è multis, quod in eis qui musicis organis canunt, tm̃ põt animi uis præstare, ut manus pedes q̃ mẽbra rationis expertia, & sequẽtia alieni imperij nutũ, non uisos antea canendi modos propositos ex tempore psallant, & cum suũ quod q̃, & ab alterius partis diuersum officium motum q̃ faciat, omnia tamen in unum iungantur concẽtum: cum interea ipsa mens præter hæc libro intenta sit, in quo quod canit scriptum est, unde ministris illis membris, quod sequi debeant, depromit. Quod si potuit anim⁹ istud ob sequium alia docere membra, repugnantia etiam, & non nisi longo usu domanda: quanto facilius erit ei suum agere opus, & huius rei facultatem non modo imperare sibi, cum sit ei conatus expeditior, sed & perficere, quanto est uis sua corpis mẽbrorum efficacior,

SCHOLIA IN CAPVT XVI.

QVam græci συμμετρίαν uocant.) μέτρον Græcis mensuram ac modum esse, norunt uel pueri. Hinc fit συμμετρία, quam uulgus hodie commensurationem, Rodolphus conuentionem interpretatur. Budæus in placitis philosophorum, τὰς τῶν ἀριθμῶν συμμετρίας, interpretatur accõmodatas numerorum proportiones. ¶ Nisi tamen & ipse admouerit tabulæ manum.) Nisi & ipse pingere occeperit. ¶ Præter hæc quoq; exempla.) Exemplum diximus supra esse rem gestam, aut perinde ut gestã, quæ ad suadendum aliquid aut dissuadendum, ad laudandum uituperandũue adhibetur. ¶ Sententiæ.) Sententia est oratio ad mores & communem hominum uitã pertinens, ostendens q;, quid aut fiat in ea plerunque, aut fieri oporteat: Vt, Princeps qui uult omnia scire, necesse habet multa cognoscere. Necesse est multos timeat, quem multi timent. Feras, non culpes, quod mutari nõ potest. ¶ Diuerbia.) paræmiæ, prouerbia, adagia. Est autem paræmia, quemadmodum eam finit Erasmus, celebre dictum, scita quapiam nouitate insigne: Vt, Ego in portu nauigo. Quid cani cum balneo? Ignem gladio ne feces. ¶ Qui uerò tecto & umbra gaudentes.) Qui in foro & in hominum frequentia non uersantur, sed in eis delitescũt locis, quæ strepitu carent, ac proinde aptiora sunt studijs. ¶ Cũ relicto, ut dicitur, nido.) Ductum hoc est ab auibus, quæ postea quãdiu satis à parentibus in nido alitæ sunt, & uolandi, ut sic dixerim, artem seu modum edoctæ,

Exẽplum

Sentẽtia.

Diuerbiũ Paræmiæ

tandem aliquando nido relicto, suis ipsæ alis nitũtur. ¶Tum danda uentis uela.) Ductum à nauigantibus. ¶ Ingens enim, immensa, incredibilis est uis ingenii humani, & cui nihil propemodũ difficile sit, nisi quod nõ uult.) Sic M. Cicero ad Brutum: Magnum, inquit, opus omnino, & arduũ Brute conamur, sed nihil difficile amanti puto. Quocirca si qui facultatem hanc disserendi ceu difficilem ac arduam nimis perhorrescent ac desperabunt, hi primum (ut Quintiliani uerbis dicam) renunciẽt sibi, quanta sit homini generis uis, quàm potẽs efficiendi quæ uelit: cum maria trãsire, siderum cursus numerosq; cognoscere, mundum ipsum penè dimetiri, minores, sed difficiliores artes potuerint. Nil mortalibus arduum est: & dimidium facti, inquit idem autor, q cœpit, habet. Nihil tam est difficile, quin id labore ac industria uinci queat: nihil rursus tam facile, cui non succumbat inertia. Plura Quintilianus libro duodecimo circa finem.

PERORATIO.

ISta ferè sunt, quæ de parte illa dialectices, quam inueniendi uocant, arbitror potuisse dici. Nec me latet, hæc omnia, ut in breuem admodũ præceptorum summam arctarẽtur, perfacile fuisse. Sed ego (si quid poterũt ista prodesse) malui spatiosius ea dicere, & legentium etiam uti-

litati consulere (si qui erunt, qui legendis istis fructum aliquem cõsecuturos se credant) quàm per capita tantum rerum irẽ, uidererq; doctos potius quod didicissent admonere: quàm docendis differere, quid & qua uia deberent perscribere. Rectius itaq; credidi, cum possem quidem breuiora dicere, breuiore ducere itinere, sed eo aspero difficilíq; & impedito: longo potius flexu, sed læto magis & molliore, minusq; spinis obsito circumire. Nec ista dico, quia laudem huius meæ ratiõis captẽ, quã quidẽ cum ex oĩ ingenio meo, tũ ex hoc pſertim labore minime ausim sperare: sed quo mihi lectoris æquanimitatem conciliem, si sciuerit nõ mei facti hac in re, sed utilitatis profectusq; sui sequutum esse rationem. Quam si cõsequimur, boni consultum erit: sin minus, uoluimus tamen, conatumq; præstitimus, qui sicut plerisq; in rebus uel solº laudi sufficit, ita mihi eum non arroganter, ad ueniã sperauerim suffecturum.

BReuiore ducere itinere.) Sumptum ab imperatoribus ac ducibus exercituum. ¶ Qui sicut pleriſq; in rebus uel ſolus laudi ſufficit.) Sic Ouidius: Vt deſint uires, tamen eſt laudanda uoluntas. Et alius poeta: In magnis & uoluiſſe ſat eſt. Ac uolui ego quoq; ſtndioſis hiſce lucubratiunculis noſtris quoad poſſem prodeſſe. Quod ſi aliqua ex parte ſum conſecutus, ſatisfactum eſt uoto meo: ſin autem minus, tamen uolui certe, atq; conatum præſtiti, qui laudari à bonis ſolet, etiam cum non optimus eſt rei euentus.

FINIS.

A Cademia 712
Academia duplex 341
Academici negant quicquam sciri posse 14.17
Acatalepsia 17.341
Accidens 160
Accidentia 153.154
Accidentium genera quinque 154
Accusatores anseribus et canibus similes 211
Accusatorum mos 174
Accusatorum potētia nimia, reis nonnunquam saluti fuit 698
Acta quomodo scribi consueuerint 335
Actio proprie dicta semper finem aliquem respicit 105
Actionis quæstio 398
Actus quid 103
Actuum diuisiones quatuor 103.104
Actiuum genus poematis 306
Ad aliquid 221.222
Adiacentia 92
Adiacentia natiua 94. 101
Adiacentia quæ accedūt 94.100
Adiacentium diuersitas 92.94
Adiuncta 163
Adiuncta an ad solū pertineant oratorem. 135
Adiuncta quæ dicantur à Cicerone 136
Aequalitas 152
Aequalitas an sit de numero connexorum 151
Aeschinis in Demosthenē uerbum 20.209
Affectiones triplices 101
Affectus 535
Affectus duplices 641
Affectus interim ex personis, interim ex rebus, interim ex utrisq; ducūtur 622
Affectus omnis duo exigit 612
Affectus paulatim augēdi 624
Affectus qua ratione augeantur 625

Affectus qui maximã laudem attulerint oratoribus 614
Affectus quid 612
Affectus quomodo minuendi ac etiã tollendi 631
Affectus uehemẽtes cẽ oportet 624
Affectuum ortus 612
Affectuum tractãdorum ratio triplex 616
ἀιδιότις 646
ἀκαταληψία Academicorum 17 341
ἀκόλασος 646
ἀκρατής 646
Alexander 91
Amazones 425
Ambitus 409
Amphictyones 426
Amplificatio 300
An sit aliquid rectũ 424
Anacharsis 3
Anaxagoras 441
Anima 182
Animi partes 108
Aĩus an immortalis 712
Annibal capere Romam nequit 153. 175
Annus 144
Anseres custodes Capitolij 211
Antecedens 166
Antecedentium, cõsequentium & adiunctorũ nominibus quomodo utatur Rodolphus 160
Ante inuentam dialecticẽ quanquam disputatum sit, non tamen idcirco ipsa inutilis. 321
Antichthones 25
Antigenidas 280
Antipodes an sint 25
Antonius Musa 384
ἀπόφανσις 114
Appietas 366. 367
Applicita 135
Archimedes 274
Arethusa 138
Argumẽtandi ductus duplex 464. 474
Argumentandi duæ formæ perfectæ 243
Argumentãdi formæ duæ imperfectæ 456. 473
Argumẽtandi formæ per

fectæ & imperfectæ quo diſtent 458. 462. 474
Argumentandi formæ tã perfectæ quàm imperfectæ communiter ad rhetorem & ad dialecticũ pertinent 459
Argumẽtandi formis imperfectis quando utendum, & quando rurſum perfectis 463. 470. 474. 494. 495
Argumentatio 15. 435. 447. 452. 471
Argumentatio an in eam ueniat orationem qua affectus mouemus 295
Argumentatio & confirmatio idem 435
Argumentatio & expoſitio miſcentur 435
Argumentationes quomodo diſponẽdæ inter ſe 715
Argumẽtationis cuiuſq; partes quo ordine collocandæ 727
Argumentationum ſolutio duplex 497
Argumentum 15. 471
Argumentũ de quo dubites, uerti in quæſtionem 419
Argumentum καθ' ὑπόθεσιν 378. 388
Argumentum idem ad diuerſos poteſt referri locos 571
Ariſtides rhetor 412
Ariſtippus 340
Ariſtoteles aliter docuit ac ſcripſit 29. 30
Ariſtoteles in ore omnium 29. 37
Ariſtoteles obſcuritatis amans 29
Ariſtoteles quas enumerat quæſtiones, eas non tam quæſtiones, quã prolectamenta quæſtionum eſſe 356
Ariſtoteles quomodo ſiniuerit ſyllogiſmum, 486
Ariſtoteli non per omnia adhærendum 31
Ariſtotelis ad Alexãdrũ epiſtola 38

Aristotelis sententia de utilitate & materia dialectices 316. 328. 329
Aristotelis sententia refellitur. 323. 338
Aristotelis topica cur nõ usquequaq; satisfaciãt studiosis 31
Ars certior quàm natura 333
Ars Lulli 266. 280
Ars quid sit 282. 287
Artes non sunt inutiles, etiamsi qui id quod ars docet, citra artem fecere 321. 331
Artes paulatim inuentæ 334.
Artes quõ inuẽtæ 321
Artis dißimulatio 582
Asdrubal 175
Assertor 564
Assumptio 455. 472
Ateæ Scytharũ regis uerbum 17
Athenienses reprehensi à Demosthene 271
Attributa personarum et rerum 549. 553
Agendi seu amplificandi ratio duplex 626
Autores cur euoluendi et quomodo imitandi. 748
Axioma 114. 351
αὐτὸς ἔφα 684

B

BEllum peloponesiacum 408
Bene, inquit, bene, sed quo istud tuum tam bene? 25
Boethius de locis 36
Boethiꝰ quomodo discreuerit dialecticen à rhetorica 554
Boethius reprehenditur 155. 159. 343
Boethius defenditur 165. 168. 350
Bonæ deæ sacra 143
Bona duplicia 122. 123
Breuitas in oratione quo modo paranda 655
Breuitate magis peccatur quàm copia 668

C

CAesaris commentarij 536

C. Gracchus 647
Cambyſes 91
Canes capitolij cuſtodes 208. 211
Carneades 342
Caſſander 426
Caſus 84. 88
Catalepſis 493
Cato philoſophus ſtoicus 386
Cato quo argumento perſuaſerit delendam Carthaginem 385
Cato uxorem ſuam tradidit Hortenſio 386
Catonis de Cicerone uerbum 631. 635
Cauſa 439
Cauſa quid 117
Cauſæ unius unus per ſe effectus 130
Cauſarum genera 117
Cauſarum genera tria 396
Cauſarum locus copioſus 130
Caute exordiendum 517
Ce berum ab inferis extrahere 28. 37
Ciceronis epilogi 305
Ciceronis epilogus pro Milone 297
Ciceronis in ſtoicorũ paradoxa ſales 387
Ciceronis in Verrem iocꝰ 181
Cicero lapſus memoriæ 161
Ciceronis laus ex Iuuenale 210
Ciceröis opinio de adiunctis, antecedentibus, cõſequentibus 155. 164
Ciceronis quod fuerit inſtitutum in Tuſculanis quæſtionibus 422
Cicero reprehenditur 82. 346. 393
Cicero defenditur 353. 397
Ciceronis topica 35. 41
Ciceronis uita reprehenſa 18
Cimmerij 258
Circuli 274
Circunſtantiæ 382
Ciuitas quid 54. 55
Clades Cannenſis 591.

Cluentij causa 526
Codex 178
Cognata 116
Cognitiõis q̃stio 397.398
Coitus, paruus morbus comitialis 646
Color oratiõis 620
Comœdia sedatiores habet affectus 616
Cõparatio quomodo plura in uno cõiungat. 194
Comparatio seu cõparatorũ locus 191
Comparatione amplificamus dupliciter 626
Comperendinatio 412
Complexio quoddam argumentandi genus 603
Cõplexio syllogismi 472
Comprehensiones stoicorum 341
Conclusio 455.472
Conditionalia pronuncia ta 370
Confirmatio 535
Coniugata 84. 88
Coniugatorum usus non ita creber 85.90
Connexa 148
Connexa quo distent ab adiacentibus 149
Cõnexorũ diuisio 149.150
Connexorum pronuncia torum ueritas 370
Consentanea 20
Consequens 165
Cõstans asseueratio interim pro argumento est 440
Consultatio 374
Contingentia 168
Contradicentia 223
Contraria 223
Contrariae uæ uocet Cicero 221.232
Controuersia 374
Controuersiæ omnis tacita subest conditio 376 379. 385
Copia orationis quomodo paranda 648
Copulata pronũciata 369
Copulata pronũciata an dicenda sint hypothetica 370
Copulatorum pronunciatorum ueritas 370
Chrysogonus 181

Chrysippus 185
χθών 25
Curij paupertas 90
Cyrus 91

D

DE asini umbra certatur 632
Decorum 620
Definiendi leges generales 55
Definiẽdi lex unica 59
Definitio an semper constituenda ex genere & differentia 56
Definitio qd Ciceroni 56
Definitio quid sit 49
Definitionis inueniendæ præcepta 52
Delectare 295. 645 (637
Delectandi ratio duplex
Delectatio & ipsa duplex 638
Delectatio nunquam est finis orationis 300
Deliberatiua causa 396
Demonstratiuum causarum genus 396. 723
Demosthenes cane præceptore usus 213
Demosthenis dictum in Aeschinem 207
Demosthenis & Ciceronis cõparatio 660. 667
Demosthenis fabula 632
Demosthenis uita reprehensa 17. 18
Descriptio 51. 58
Descriptionis utilitas 600
Destinata 129. 132
Detectæ in iudicijs cicatrices 634
Dialectica an sit ars 282
Dialecticæ & rhetoricæ discrimen 339
Dialecticæ finis qui sit 289. 292
Dialecticæ instrumentum oratio 429
Dialecticæ materia quæstio 315
Dialecticæ nomen latinũ 281. 286
Dialecticæ nomen bifariã capitur 338
Dialecticæ officium an sit definire, diuidere &c. 331
Dialecticæ partes duæ, u-

na inueniendi, altera iu dicandi 21. 164. 260
Dialecticæ professores inepti 264
Dialecticæ usus indicandus ijs qui doceantur 276
Dialecticæ usus paucis notus 276
Dialectice necessaria formandis artibus. 322. 333
Dialectice non inutilis, quanquam quidam sine ea non peßime disputarunt 321. 332
Dialectice post alias artes inuenta 363
Dialectice pugnæ similis, rhetorice manui explicitæ 429. 437
Dialectice quatenus sibi subijciat omnia 315. 319
Dialectice quid sit 286
Dialectice quomodo doceat 290
Dialectice quomodo fallat 283
Dialecticē ad quæ utilem esse putauerit Aristoteles. 316. 329
Dialectices an sit explicare quid definitio, quid genus &c. 331
Dialectici ætatis nostræ proxime accedūt ad stultitiam Athenienſiū &c. 260. 272
Dialecticorū canones aliquot 463. 495
Dictata in scholis decantare 34. 41
Dies 144
Differentia 224
Differentia quando proprie hoc nomine uocetur 70
Differentia quid 50
Differentium diuisio 225
Differentiarum quanta laboremus penuria 50
Digrediendi ratio 640
Digreßione quomodo elabi contingat. 503
Dij boni quàm ridiculum habemus consulem 636
Dilemma 603
Diogenis in Aristippum uerbum 340

Diogenis in Platonem iocus 73. 75
Dionysii regia plena areolis mathematicorum 274
Disiunctorum pronunciatorum ueritas 370
Disiunctis pronunciatis tacita subest conditio 370. 381
Dispositio an possit ullis comprehendi præceptis 670
Dispositio in argumentatione 692
Dispositio in rebus multiplicibus 682
Dispositio historicorum & poetarum. 675
Dispositio quæ seruanda in tradēdis artibus 681
Dispositio qd sit 671.675
Dispositionis laus 743
Dispuratura 287
Dissertura 287
Dissimilitudo 153.206
Diuersa genere, specie, numero 239
Diues quis secundū Stoicos 505
Diuerbium 755
Diuidēdi ratio multiplex 62. 65
Diuidendi utilitas 62.68
Diuidendū ne semper per differētias oppositas 66
Diuisio & partitio quo distent 81
Diuisio quid 63
Diuisio uocis insignificata 69
Docemur rebus & uerbis 294
Docendi ratio duplex 13
Docere propriū munus orationis 1
Docere quid sit 293
Docilitas in exordio 531
Domini seruis monosylla bi 663. 668
Ductus argumētandi duplex 464. 474
Ductus rectus 464
Ductus obliquus 464
Ductus rectus ab obliquo quo distet 469.474

E

EAdē genere, specie,

numero 239
Ecphrasis ἔκφρασις 583.591
Effecta 128.132
Efficiens 118
Efficiẽtium cauſarum diuerſitas 118.121
Ego te conſulem putem, cum tu me non putes cõſularem? 192.198
Egregia de lente 730.731 734
εἰκότα 172.176
Elabendi ratio 499
Eleuandi ratio 502
Eloquentiæ laus 555
Eludere 680
ἐνάργεια 635
Enarratiuum poema 306
ἐνδελέχεια 106.109
ἐνέργεια 635
ἐντεύξεις 331
Enthymema 456 489
Enthymema quid Ariſtoteli 457.491
Enthymemaquid proprie apudrhetores 458
Enthymemati num ſemp altera propoſitionũ deſit 491
Enthymematis nomen qd proprie ſignificet 492
Entitas 366
Enumeratio in peroratione 531.535
Enumeratio quæ & inductio 453.473
Enumeratio quid ſit 67
Epilogus pro Milone 507
Epilogꝰ ſeu peroratio 535
ἑρμηνεία 351
Eſſentia 113.115
Etymologia 177
Euenta 128.132
Excidere 5
Exemplum non omne imperfecta inductio eſt 457.489
Exemplum quid 193.457 474. 489
ἕξις, i. habitus aut cõſuetudo 95.101
Exordio quæ faciẽda 520
Exordium quid 535
Exordium ſeu principiũ quo diſtet à peroratione 530

Expositio 13.435
Expositio, quæ & propositio maior 455.472
Expositio quomodo fiat probabilis & rei accõmodata 510
Expositioni qua fidem facere uelimus, necessaria duo 510
Expositionis principium quale 514
Expositionũ genera tria 506
Extremum maius 456. 475
Extremum minus 456. 475

F

FActio 287
Fames non docenda 415
Fauet quisq; persuasioni suæ 743
Fides oratiõi duobus cõtingit modis 442
Fides quæ fit argumentãdo, aut à sensibus, aut à mente proficiscitur 452
Figuræ syllogismorũ tres 494
Figura syllogismorũ tertia superuacua esse putatur 494.475
Finis 118
Finis agentis non continuo finis est actiõis 105
Finium diuersitas 122
Fines plures in re eadem 125
Forma & finis quandoq; idem 132
Forma quid 79.82
Formæ seu species 81.82
Formæ seu species quo distent à partibus 82
Francisci Philelphi iudicium de Quintiliano 367
Fundus factus populus q dicatur 564
Furẽ quatenus liceat occidere 726

G

GEneris finitionem quomodo reprehendat Vallensis 56
Genus quid 49

Genus quod ad inuentionem pertinet, argumentorũ, dicitur, quicquid deminus cõmuni in qd prædicatur, etiã si proprie non sit genus 62
Genus quomodo in quid prædicetur 360. 361
Genus quomodo finiat Cicero 57
Gnato Siculus 215
γραμμικαὶ ἀποδείξεις 274
Gracchi 647

H

Haematites 100
αἷμα 100
Helotæ 304
Heraclitus σκοτεινὸς dictus 37
Herodotus 525
Hippocratis sententia de coitu 646
Hippolyte 731
Hippolytus 181
Hispanitas 367
Historiæ lex 507. 523
Historiographis qui seruandus ordo 675
Hoc est patrẽ colere &c. 178. 181
Hoc mõ modulari oportet, illo nõ oportet, Verbũ Ismeniæ 304
Hoc scio, quòd nihil scio, uerbum Socratis. 17
Homo describitur per locos omnes 386
Homonyma 182
Homo unde dictus 592
Hora 144
Horatius ridentis præfert speciem 620
Humani ingenij quãta uis 751
Humanitas 182
Hypotheses num omnes & solæ pertineant ad rhetorem 382
Hypothesis est id ipsum quod quæstio conditionalis 384
Hypothetica pronuncianta quæ proprie dicãtur 370

I

Idem diuersa ratione

& causa & effectus dici potest 129
Inartificiales ne probati tiones sint, quæ ex pronunciatis, testimonijs, aut autoritate ducũtur 185
Indicia 176
Indis quibusdam sol mane ardentißimus 139
Indiuiduum 60
Inductio 453.477.490
Inductio an ex particularibus probare possit uniuersale 484
Inductio an necessario habeat interrogationes 482
Inductio duplex, perfecta & imperfecta 478
Inductioni an inserenda hæc particula, & sic de singulis &c. 485
Inductionis quatuor modi 479
Inæqualitas 153
In lente unguentũ 734
In pultem emungere qui fuerint soliti, ut alijs ab stinentibus, soli sese ipsi ingurgitarent 215
Ismenias Thebanus quomodo docuerit 304
Iudiciale causarũ genus 396
Iureconsultorum finitiones ac diuisiones quædam parũ aptæ 323.337
Iureconsultorum scriptæ actorum similia 323.335
Iureconsultis utilis dialectica 334
Iuris ciuilis cognitio nõ tam difficilis quàm putatur 333
Iuris diuisio 323.337
Ius quid sit 53
Ius quõ finiatur à Celso 323.337
Iustitia 323.337
καταλήψεις 341.495
κατηγορέω 381

L

Lacedæmonij quarã tiõe iuuenibus ex osam fecerint ebrietatem 304.

Lachrymæ facile arescũt 726
Laurentij Vallæ de inductione sententia 482
Lentulitas 367
Leges apud Romanos innouatæ, ac proinde etiam diuersa fortitæ noïa 411
Lex agraria 647
Lex calphurnia de ambitu 410
Lex Cornelia de sicarijs ibidem
Lex Manilia 725
Lex repetundarum 411
Lex sempronia seu Cornelia de sicarijs & ueneficis 696
Liber 178
Literum 666
Loci cões 460.493
Loci dialectici nihil differunt a locis rhetoricis 540
Locorũ dialecticorũ distinctio unde sumenda 169
Locorum dialecticorum diuisio 42
Locorũ dialecticorũ notitia duobus constat 569
Locorum dialecticorum origo 15
Locorum dialecticorum utilitas 14
Locorum dialecticorum usus 566
Locorum explicatio ad rhetorem non pertinet 541.552
Locorum uarietas 139
Locus dialecticus quid 24.26
Locus quid Aristoteli, et quid eo nomine intelligat Rodolphus 139.142
Logicæ artes 391.398
λόγος 298
Lucilij poetæ uerbum 2
L. Piso 725
Lucumo 382
Lullus 166.280
Lysias 381

Macedonũ interrogatio, ecquid uolare possent Romani 141
Manumißio 510

M. Marcelli mors 635 636
Martia à Catone Hortẽsio tradita 386
Mathematicorum mos 274
Materia 81
Materia artium duplex 314
Materia quid 79
Maximæ an addendæ locis 79
Medœæ fuga 210
Medium syllogismi 456. 475 (312
Me mea, te delectant tua
Mendacium difficulter tegitur 447
Mensis 144
Mentẽ q̃ res delectẽt 639
Mihi cane et musis 280
Misericordia quõ mouẽda 297
Mixtum poema 306
Modi pronunciatorum modalium 389
Modus optimus 668
Mouemur rebus & uerbis 293.294
Multi uiuũt ut edãt &c. 646
Murenæ causa 697
Narratio 535
Narratio & expositio idẽ 530.538
Necessitas perspicax est 412
Nemo artifex tãtum remedia nouit 283
Nero uera proles Aeneæ 180
Nihil hoc ad ius, ad Ciceronem inquibat Gallus noster 138
Nili ortus 138
Nomen rei 177
Nomina quõ rebus indita dixerit Anaxagoras 441
Non es mihi Philippe cõsul 198
Notatio 177
Nouus homo 667
Oblectamur duob⁹, rebus & uerbis 293.294
Obuiatio & obuiare 331
Occasio 147

Oppoſita 221
Oppoſita quomodo finierit Boethius 233
Oraculorũ ambiguitas 38
Oratio libera uel expreſſa 190
Oratio pfecta docet, mouet, delectat 12
Oratio quõ ipſa per ſe delectet 643
Oratio tam perpetua q̃ conciſa ad dialecticum pertinet 430
Orationis partes 524. 535
Orationis proprium munus eſt docere 11
Orationis quãta uis 628 635
Orationum alia conciſa, alia continẽs ſeu perpetua 429
Orationũ alia expoſitio, alia argumentatio 432
Orator et rhetor idẽ 554
Orator qui dicẽdus 554
Orator ſubinde ab affectũ ad cauſam reſpicit 299
Ordo triplex, naturalis, arbitrarius, artificialis 671
Oreſtis fabula 726
ὅτι ἐστὶ 360.365
οὐσία 113.115

P

PAedia 182
Panegyris 724
Panegyrici 724
Paræmia 753
Partitio 77
Partitio quo differat à diuiſione 81
Partium diuiſio triplex 77.78
Partium & ſpecierũ diſcrimen 76.81
Partium orationis inter ſe ordo 722
Paßionis per ſe nullus eſt finis 105
Patauinitas 367
Patris poteſtas in filium 2.10. 234
Pedem figere 743
Peloponeſus 408

Pentheſilea 731
Pedere an poßimrogas, ſeruare potui 231.244
Pericles 413.539
Perillus 496
Peripateticorum laus 40.41
Perorandi ratio 535
Peroratiõis munera tria 550
Perſpicuitas oratiõis duplex 291
Perſpicuitas rerum duplex 291
Phalaris 496
φιλανθρωπία 182
Philodamus 699
Philoſophus per ſuos locos explicatur 593
Philoxeni dictum de carnibus & piſcibus 215
Philoxenus Eryxidis filius 215
Pictura poema tacens, 305.294
Piratæ ad Scipionem ueniunt 652.666
Piſo 725 (25
Piſces an ſpirẽt ſub aqua
Piſiſtratus 495
Plato quõ dixerit hoïem eſſe aïal implume 72.75
Platoni primæ deferuntur inter philoſophos 744
Platonis laus 741
Platonitas 366
Plinius iureconſultus 4
Plinius quid ſcriptori faciendum cenſuerit 399 409
Plũbeo iugulare gladio 647
Plumbeo pede ad rem accedere 641.646
Plumbeus pugio 647
Poema pictura loquens 294.305
Poematum genera tria 06
Poetis qui ordo conueniat 675
Poſitis apud Ariſtotelem in finitiõe ſyllogiſmi qd ſignificet 487
Poßibile 380.389
Præcepta utilitati cedũt 664.669

Prædicamenta decem 115
Prædicatum 455
Præstat sua uirtute flore re quàm maiorum opinione niti 667
Prætorium 178
Pragmatici 560
Principiũ cuiusq; rei potissimũ cẽ partẽ 710.711
Priuatio 223
Prius dicitur aliqd quatuor modis 672
Probabile quid 284. 288
Problema 350
Procœmium & in mediam orationem cadit 374
πρόληψις 696
Proloquium 114
Pronunciata conditionalia duplicia 376
Pronũciata modalia 389
Pronunciata pura 389
Pronũciata uniuersalia à rhetoribus in particularia aut indefinita quare uertantur 461
Pronunciatorum compositorum species tres, copulatum, disiunctum cõ nexum quod & conditionale 369
Pronunciatorum genera duo 369 (185
Pronunciatorum locus
Pronunciatorum seu testimoniorum siue autoritatum diuersitas 186
Pronunciatum 114.368
Pronunciatum compositum 369
Pronunciatum simplex 369
Pronunciatum uerũ aut falsum 369.370
Propositio 343.350
Propositio maior quæ & expositio 455
Propositio minor ibi. (455
Propositio ön omnis dialectica 317
Propositio pars syllogismi prima 472 (455
Propositiones syllogismi
Propositum 578.588
Proprij nomine num cõprehendatur & differentia 70.73
Proprium 70

Propriũ quadruplex 71
προτάσις 317.350
Prudentia 287
Punica bella tria 591
Pythagoricorũ sentẽtia de principijs rerum 37
Pyrrhus 91

QValitatis nomẽ qd significet, cum dicitur esse quoddam genus quæstionũ, quod dicatur quale est 361
Quàm sit utile, traditas ab autoribus argumentatiões in suos locos resoluere 568
Quæ laudãda et quæ uituperanda 716
Quæ qbus probandis cõueniant 19
Quærendi duo modi 375
Quærendi duo alij modi 379
Quæstio actionis aut cognitionis 397.398
Quæstio an est & qd est, num in forum ueniant 347.353
Quæstio categorica 375
Quæstio cõposita duplex copulata, disiuncta 362
Quæstio generis, finitionis, proprij, accidentis 359
Quæstio hypothetica 375
Quæstio modalis 379
Quæstio oĩs aut simplex aut composita 357.364
Quæstio pura 379
Quæstio quemadmodum inuenienda 400
Quæstio quid 343.426 350.471
Quæstio una quõ diducẽda in plures 413
Quæstionem aliquã tractant, quicunque de re quauis dicunt aut scribunt 398
Quæstiones plures in eadem causa 403
Quæstionũ diuersitas triſariam sumitur 344
Quæstionũ genera duo, cognitionis unum, alterum actionis 397
Quæstionũ genera quatuor ex sententia Aris-

ſtotelis 346.352
Quæſtionũ genera tria. 40.344
Quæſtionum inter ſe ordo 701.702
Quæſtionum ſimplicium tria genera 344.358
Quipopulus dicatur fundus factus 549.564
Quibus breuitas, quibus rurſum copia conueniat 662.663
Quibus de reb. & apud quos breuiter aut copioſe dicendum ibidem
Quid dicas uideo, qd uelis dicere nõ uideo 19
Quiditas 367
Quintiliani uolumen altercationũ 742.744
Quintiliani de Cicerone & Demoſthene dictum 538
Quintilianus quatenus de locis egerit 35
Quirinus unde 181
Quis in ſcribendo longus 409
Quis modus ſeruandus inter breuitatem & copiam 659
Quis neget Aeneæ magna de ſtirpe Neronem &c. 183
Quod tu igitur facturus non fis, id ego feci &c. 212.213
Quõ ex locis paranda dicendi copia 567
Quõ autorũ ſequi ueſtigia debeamus 749
Quorſum hæc? 5.25
RAdius 274
Ratio 439
Rõcinatio 454
Rectum an ſit 424
Regerendi ratio duplex 500
Regula Leſbia 22.25
Regulus 91
Relatiua ſeu ad aliqd 221
Repugnãtia 159.168.219
Repugnantium genera duo 221
Repugnantiũ locus 219
Rerum publicarum formæ tres 25
Rhetor et orator idẽ 554

Rhetor quatenus oēs res sibi subiectas habeat 556
Rhetorem quem uocarit M. Antonius 557
Rhetores cur tã multa de locis præceperint, cũ ad eos horum tractatus nõ pertineret 546
Rhetoribus olim à iureconsultis in dicẽdo res subministrari solitum 543
Rhetori q̃ multa subiecerint Cicero & Quintilianus 556
Rhetori solam eloquendi rationem proprie subiectam esse 558
Rhetoris nomen quibus tributum 560
Rhetoris officium 541
Rhetoricæ nomen bifariam capitur 339.551
Rhetoricæ unde nomen habeat 562
Rodolphi loca aliquot quæ adhuc lima indigere uideantur 260.269. 514.524.528.537.575
Rodolphi loci quo distẽt à locis cæterorum 244 & deinceps
Rodolphi locus non satis integer 636
Rodolphus Boethij uerba perperã citat 159 168
Rodolphus Boethiũ reprehendit siue causa 156.157.158.166. & deinceps
Rodolphus lapsus memoria 154. 161. 192. 197. 223. 236. 238. 344. 351. 617. 620.
Roma a Gothis capta 153
Romulus dictus Quirinus 181
Rutilius 90
Saguntus 385
Satyricorum diuersitas 617. 620
Scipionem uisunt piratæ 666. 652
Scopulus pro scopo 31. 326. 343. 612.
Scriptor titulum suum subinde legat 403

Sensilia cõmunia & pro pria 99
Sensum quæ res delectẽt. 638
Sensus communis 591
Sensuum obiecta duplicia 99
Sensuũ uoluptas quætur pißima 646
Sententia 753
Seruare potui, perdere an poßim rogas? 231. 244
Sibi discere 280
Sic quosdam affectos esse ut quæ sciant posterita tiinuideant, tamen silere non posse 28
Signa 173.176
Signa an sint referenda inter argumẽta. 173.176
Similia 193
Similitudo 153
Similitudinis inueniendæ ratio 202
Similium locus 202.215
Simonis Terẽtiani narratio ex Andria 514
Sinonis illius Vergiliani oratio explicatur. 443 447
Socrates dicebat nonnullos hoïes uiuere ut edãt ac bibant &c. 646
Socratitas 366
Species à Ciceroẽ forma dicitur 60.62
Species an sit in substantia generis 43.49
Spẽs collata generi, proprie species dicitur: secus habet, cũ indiuiduis comparatur 60.62
Spẽs in locis dicitur, de quocunq; aliud in quid prædicatur, etiãsi proprie illud species nõ sit, sed indiuiduum 62
Species quid 50
Species rei 635
Specierum & partium similitudo & rursum diuersitas 76
Status plures in eadem quæstione 405
Status quid 401
Stoici quem diuitem uocent 505

Subiectum III.455
Sui animã datam pro sale quis dixerit 343
Supinus 494
Suum cuique pulchrum. 313
Syllogismi partes 472. 475
Syllogismorũ figuræ tres 494
Syllogismus. 454. 471. 486
Syllogismi partes tres, non quinq; 469
Syllogismus cornutus. 603
συλλογίζομαι 476
συμμετρία 37.753

T

TArquinius Priscus 382
τεκμήρια 175
Te tua, me delectant mea 312
Tempus quid 144. 146
Temporum diuersitas. 144
Themistius de locis. 36
Theodericus Plinius iureconsultus 4
Theses quatenus & ad rhetorẽ pertineãt 339. 382
Thesis 374.381
Thesis id ipsum quod prædicatiua quæstio. 374.381
Thucydides 523
Tiberius Gracchus. 647
Totũ an sit in substantia partium 49
Tragœdia affectus habet uehementiores. 616
Triplex ratio diducendi unum in multa 67

VArietas quàm placeat auribus 733
Venenum quo Alexander perijt, ab Aristotele fuisse monstratum 91
Verbis nouis q̃tenus utẽdum 366 (634
Vestes in iudicijs scisse.
Vngulæ equinæ uirtus. 91
Vnũ uni opponi, quomodo intelligendũ. 234
Voluptas quæ turpissima 646

Vox an diuidatur in sua significata 67.69
Vsucapio 564
Vsus locorũ dialect. 566. & deinceps.
Vsus omni in re quantum posßit 744
Vsus quibus constet. 748
Vxor per oẽs locos describitur 594.595
ὕλη 326

Z

Zeno 387
Zonæ quinq; 142
Zophyrus Pyrrhi occisor 91

PROVERBIA SEV ADAGIA QVIbus est usus Rodolphus.

Conferre pedẽ. 264.274
Craßis craßa conueniunt 15
In ipso ictu 407.413
Modus optimus 188
Ne quid nimis 188
Pedem figere 738
Tempori seruiendũ 188
Trãsuersum digitum discedere. 30.38
Facilius credere q̃ exquirere 509
Cumulo accipere 126
Dominus seruo monosyllabus 663
Plenis ferri uelis 298.728
Nostræ farraginis 223
Leßbia regula 22
Cerberum ab inferis extrahere 28
De asini umbra certare. 632
Egregia de lente 731
Balbus balbum intelligit 3
Plumbeo pede ad rem deduci 641
Sibi musisq; discere 266
Tabulæ manum admouere 746
Operam perdere 746
Relicto nido uolare. 750
Ventis dare uela 780

VITA RODOLPHI EX TRITTHEMIO.

ROdolphus Agricola Groningẽſis, natione Friſo, uir in ſeculariſbus literis eruditiſſimus, & diuinarum ſcriptu rarum non ignarus, philoſophus, rhetor & poeta oĩm ſui temporis celeberrimus, Græci & Latini ſermonis peritus, & He braicæ linguæ non ignarus, ingenio excel lens, ſermone diſertus, Iohannis Camera rñ de Dalburg Vormaciẽſis epiſcopi, uiri æque doctiſſimi quondam præceptor, in gymnaſio Heidelbergenſi docendo & ſcribẽdo principatũ facile obtinuit inter oẽs etiam cuiuſcunq; facultatis doctores. ſcripſit quædã ingenñ ſui excellentiſſima opuſcula, quibus nomen ſuũ immortalitati conſecrauit, & poſteritati reliquit. De quibus extant ſubiecta:

Vita Franciſci Petrarchæ, liber unus.
Carmen de ſctã Anna, li. unus. Anna parens ſummæ ge.
Dialectica ſubtiliſſima, libri tres
Epiſtolæ & orationes uariæ, liber unus.
Varia inſup & elegãtiſſima carmina edidit, quibus ingenium ſuum prope diuinũ

ostẽdit. Transtulit ex Hebraico psalteriũ, ex Græco quædam opera Platonis. Dionysii Areopagitæ uolumina traducere incipiens, morte immatura præuentus, imperfecta reliquit. scripsit etiã alia. Moritur Heidelbergæ mente in deum porrectissima, sub Friderico imperatore tertio, & Innocentio papa octauo. Anno dñi M.CCCC LXXXV. Indictiõe tertia. Cui Hermolaus Barbarus patriarcha Aquilegiensis hoc epitaphium scripsit:

Inuida clauserunt hoc marmore fata Rodolphum
Agricolam, Frisii spemq; decusq; soli.
Scilicet hoc uno meruit Germania, quicquid
Laudis habet Latium, Græcia quicquid habet.

Sepultus est Heidelbergæ apud frẽs Minores, nõ sine iactura latinarum literarũ.

¶ Admonitio ad lectorem.

Quanquam animus erat lectori nihil negocii exhibere, tñ in tãtillo temporis spatio, quo tres isti libri expediti sunt, fieri nõ potuit quin vel maxime vigilãtibus obrepserit aliquoties somnus. Et obrepsit quidem, sed non adeo, vt studiosos multũ formidemus, præsertim qui in hac palestra exercitati, norũt quam difficile sit in huiusmodi lucta perpetuo stare. nam indoctis et curiosis istis momis, qui in alieno tñ laborẽ ingeniosi sunt, neq; fieri satis quicquam neq; dici põt. Et tñ vt iis etiã quocunq; tandẽ modo valet, satis fiat: sequẽtẽ tabellã ob oculos ponimus, vñ sine laborẽ dꝫ quo loco a nobis erratũ sit. primo statim aspectu deprehẽdant. in qua si cui superstitiosius actum videbitur, meminerit superstitiosis non nisi ad hunc modum satis fieri po-

tuisse. Intelligẽtia porro tabulę hęc est: prior numerus indicat folium seu paginã, posterior versum seu lineam, inde sequitur vera lectio. Sed priusquã ad tabulam accedas, restituẽdus est in cõmune numerus fol. 90. 118. 119. 341. 374. 375. 415. 532. 658 717. 720. 753. hac conditione tamen, si tuus codex eius mendi particeps sit. quibusdã enim tumultuando succursum est.

fo. 4 ꝓsu. 9. hoſce
ſ. 10. aſſer
ibidem. 26. que-
ſ. 9. ſal-
13. 17. expẽditiõꝫ
14. 2. inſt
23. 2. dent. vt
25. 27. prudens
29 19 quem
34. 25. qualibet
37. 30. placita
41. 19. diſcedere
ſ2. 10. orato-
ſ7. 13. ne an
63. 19. animatũ
69. 7. pugnan
ibidem. 19. in
77. 3. lignum
85. 23. plerozũꝫ
86. 19. exſe
90. 8. certé
97. 10. diffici-
107. 27 rio
108. 30. al-
116. 9. Lauren
118. 4. fit
122. 28. dici
139. 3. quemad
141. 8. acci
ibidẽ. 16. deinde
143. 22. temp
150 8. Sic in corp
160. 21. ineſſe
162. 3. prę.
ibid. 20. contingẽ
ibid 24. Utrg
174. 12. vitium
182. 19. endas
186. 14. proſ
190. 23. quę
ibid. 30. comp
191. 2. autem
198. 18. dem
215. 26. erant
237. 23. vel
233. 20. undan
240. 8. obiect
241. 16. ac ſic
253. 8. um.
252. 22 quidem
263. 1. Ber. 11.
286. 24. quę
295. 18. nſę
301. 2. aliqđ ꝛ cer
304. 2. Scho
ibid. quartum
304. 17. caueręt
334. 12. unciandi
338. 15. exclu-
339. 11. operę
343. 9 di-
359 3. capax
364. ſ. quęſtionẽ
366. 8. no
ibid. 27. uinita
370. 3. mũs. a
371. 29. cętera
381. 28. quar-
396 30. lib
397. ſ. autem
409. 15. dictus
412. 26. conſol
413. 13. tó eſſe
415. 23. an recte trad
425. 13. dex
426. 24. car
429. 9. quęſt
437. 12. lib
449. 17. poſcat
450. 19. dolis
459. 17. ꝛ (vt vnõ
462. 3. ſubiecta
479. 11. erata
480. 30. ꝓto-
484. 3. ꝑam
486. 1. Rodol
ibid. 12. dit. qualẽ
488. 2. accõm
495. 9. prę
496. ſ. at cer
516. 1. Iphi
524. 27. agnoſ
526. 6. Cluent
527. 23. docerent
528. 1. Iphi
529 27. gat par-
tes quatuor
533 6. velimus
536. 9. rem
546. 4. tragœ-
554. 12. ſyllog
561. 26. Ianus
563. 15. ſit aũt
570. 13. rem
582 4. Lucu
612. 18. accid
ibid. 20. digno
621. 26 decere
635. verſu. 19.
ἐνέργιαν
640. 27. reliqua
658. 6. ſpecie
688. 13 cauſę
702. 20. quęratur
704. 15. acced
708. 15. verum
725. 3. ttas

Adolescendo in mendacio capite in appellando
sonorifice non sit locutus.

Vincuq est de eo iudicare quod probè noverit

Adolescendo ad promptiandam ad deffiniendū
proclivis esse non debet

Mendacio nihil est abominabilius, nam qē veritas
semidos nos facit, ita mendatiū Diabolos, veritas
enim qē Deū, mendatium Diaboli

Magnum est momentum ad probitatem aut
flagitia nostra atq; eo dabit ab, Idcirco
navandae est opera qē cum dilectione veritatis

Optare omnib; qē quamplurimum adipiscantur
prosecutem, adeptam, eandem accepisse
tanta est finis cognitionis gaudia
atq; securitas.

ratione

BIBLIOT. UNIWERS. W POZNANIU

Contra verbosos ndi contendere verbis

Virtutem primam esse puta compescere linguam

Proximus illi Deo qui scit velle tacere

Plus vipera semper nec somnia dicitus esto

Omnis homo mendax solus Deus
verax et bonus

Rebus sacris interesse cum maxima atte-
tione et veneratia esse debemus

Quicquid in rebus sacris videtur vel
audituar magnum et diuinum est

In Xsto fiducia omnis est collata:
da xabo illusse commendato præcibus

Sacerdotes venerandi sunt ga re:
formam nobis personam Aplor

Magister colendus est tanq pares
mentis

Homo sine scientia non vivius et
sensu q pecus

Homo omnis

